Universidad de Huelva

Departamento de Filología Española y sus Didácticas

Historia romana para tiempos modernos : los Admiranda de Justo Lipsio

Memoria para optar al grado de doctor
presentada por:

Juan Ramón Ballesteros Sánchez

Fecha de lectura: 15 de diciembre de 2008

Bajo la dirección del doctor:

Juan Manuel Cortés Copete

Huelva, 2010

ISBN: 978-84-92944-66-8
D.L.: H 108-2010

Iusti Lipsii Admiranda, sive, De Magnitudine Romana libri quattuor

Lo Admirable o los cuatro libros sobre la grandeza romana de Justo Lipsio

(Traducción castellana con texto latino y notas)

TESIS DOCTORAL
Doctorando: Juan Ramón Ballesteros Sánchez
Director: Prof. Dr. Juan Manuel Cortés Copete
Tutor: Prof. Dr. Luis Gómez Canseco
Presentada en el Dpto. de Filología Española y sus Didácticas
Universidad de Huelva
Junio 2008

Ser[ernissi]mo Alberto Austrio imperatoris filio, nepoti, fratri, S. R. E. Cardinali, Belgicae supremo gubernatori, I[ustus] Lipsius dedicat consecratque. (p.2)

Ad lectorem. (p.8)

INDEX CAPITVM

LIBRI PRIMI

Cap. 1: Occasio et ingressio sermonis. (p.14)
Cap. 2: Communiter Roma et eius Potentia laudata, per elogia pauca veterum. (p.18)
Cap. 3: Fines imperii Romani; quando maximi; et Provinciae breviter adnumeratae. (p.24)
Cap. 4: De Copiis et praesidiis sparsim circa limites, itemque in ipsa Vrbe. (p.32)
Cap. 5: De Copiis in mari aut fluminibus; de Classibus variis, earumque sedibus. (p.44)
Cap. 6: De Coloniis, et modus fructusque deducendi. (p.54)
Cap. 7: Multitudo Romanorum, et ratio adsciscendi gentes, aut transferendi. (p.60)

LIBRI SECVNDI

Cap. 1: De Priscis populi Romani vectigalibus, Decumis, Quintis, Scriptura, Portoriis. (p.70)
Cap. 2: De Tributis et Capitatione. tum inquisitum in modum vectigalium, et quid videantur reddidisse. (p.74)
Cap. 3: Inquisitum item in Capitationis modum, et pensum universorum Tributorum. (p.84)
Cap. 4: De Aerario militari, et Vigesima, Vigesimaquinta, Centesima ad id explendum. (p.94)
Cap. 5: De Metallis, et argenti, auri, aliarumque rerum fodinis. (p.100)
Cap. 6: De Vrinario vectigali et Chrysargyro, item de Meretricio. (p.104)
Cap. 7: De opibus Byzantini imperii: et clausula ac finis Tributorum. (p.108)
Cap. 8: Pecunia e Triumphis, et aliquot eorum inspecti aestimatique. (p.112)
Cap. 9: De Auro Coronario, et Coronis dictum. (p.120)
Cap. 10: Impensae publicae in Militem, Magistratus, Populum: et de Frumentatione. (p.128)
Cap. 11: Impensae in Ludos obiter ostensae. (p.140)
Cap. 12: Dona Principum effusa, et primo Iulii Caesaris. (p.146)
Cap. 13: Augusti Principis dona. (p.154)
Cap. 14: Aliorum Principum dona. (p.164)
Cap. 15: De privatorum aliquot opibus, et materiae huius finis. (p.168)

Dedicatoria y ofrenda de Justo Lipsio al Serenísimo Príncipe Alberto de Austria, hijo, nieto y hermano de emperador, S.R.E. Cardenal, gobernador supremo de Bélgica. (p.3)

Al lector. (p.9)

ÍNDICE DE CAPÍTULOS

DEL LIBRO PRIMERO

Cap. 1: Contexto e inicio del tratado. (p.15)
Cap. 2: Alabanzas genéricas a Roma y a su poder, según algunos elogios de los antiguos. (p.19)
Cap. 3: Los límites del Imperio romano en el momento de su mayor extensión. Breve enumeración de las provincias. (p.25)
Cap. 4: Sobre las fuerzas militares y las guarniciones repartidas en las fronteras y en la propia ciudad. (p.33)
Cap. 5: Sobre las fuerzas marítimas y fluviales. Sobre las diversas flotas de guerra y sus bases. (p.45)
Cap. 6: Sobre las colonias. El modo y las consecuencias de fundarlas. (p.55)
Cap. 7: La población romana. La razón de admitir o transferir naciones. (p.61)

DEL LIBRO SEGUNDO

Cap. 1: Sobre los primitivos vectigales del pueblo romano: diezmos, quintos, escritura y derechos de paso. (p.71)
Cap. 2: Sobre los tributos y la capitación. En primer lugar, la recaudación en concepto de vectigales. Posibles rendimientos de ese concepto tributario. (p.75)
Cap. 3: En segundo lugar, recaudación en concepto de capitación. Monto del conjunto de los tributos. (p.85)
Cap. 4: Sobre el erario militar. La vigésima, la vigésimoquinta y la centésima para financiarlo. (p.95)
Cap. 5: Sobre las minas, y los yacimientos de plata, de oro y de otros minerales. (p.101)
Cap. 6: Sobre el vectigal urinario, el crisargiro y el meretricio. (p.105)
Cap. 7: Sobre los recursos del Imperio bizantino. Conclusión y punto final a los Tributos. (p.109)
Cap. 8: El dinero procedente de los triunfos. Descripción y estimación de alguno de ellos. (p.113)
Cap. 9: Sobre el oro coronario, también llamado para las coronas. (p.121)
Cap. 10: Gastos públicos en el ejército, las magistraturas y el pueblo. Sobre la ‘Frumentatio’. (p.129)
Cap. 11: Gastos en juegos presentados por encima. (p.141)
Cap. 12: Donaciones principescas. En primer lugar las de Julio César. (p.147)
Cap. 13: Donaciones del príncipe Augusto. (p.155)
Cap. 14: Donaciones de otros príncipes. (p.165)
Cap. 15: Sobre algunos recursos privados. Conclusión de este tema. (p.169)

LIBRI TERTII

Cap. 1: Ad Opera Romana transitum, et primo de ligneis aut temporariis dictum. (p.180)
Cap. 2: Diuturna opera, et caput omnium Roma. De situ eius, et in primis de magnitudine indagatum. (p.188)
Cap. 3: Magnitudo Suburbiorum Romae, et hominum in tota Roma multitudo. (p.200)
Cap. 4: De aedificiis urbis Romae communiter et eorum altitudo. (p.212)
Cap. 5: Decor et ornatus aedificiorum. Excerpta quaedam, et primo de templo Capitolino exactius dictum. (p.216)
Cap. 6: Item de templo Panthei, Vrbis, et Pacis. (p. 236)
Cap. 7: Fora Romana descripta; et distincte Romanum, Iulium, Augustum, Transitorium, Vlpium. (p.246)
Cap. 8: De Balneis Thermisque, et breviter de Rostris. (p.258)
Cap. 9: De Statuis, et earum custodela. (p.266)
Cap. 10: De Viarum magnis operibus, et nominatim de Appia. (p.272)
Cap. 11: Aquaeductuum mira. (p.280)
Cap. 12: Cloacarum mira. (p.286)
Cap. 13: Traiani pons in Danubio. (p. 290)
Cap. 14: Privatorum hominum Vrbanae aut Rusticae aedes. (p.294)

LIBRI QVARTI

Cap. 1: Transitum ad Virtutem Romanorum, et ea in genere praedicata. (p.306)
Cap. 2: Triplex ordo in populo ostensus, et quisque in sua parte laudabilis. (p. 312)
Cap. 3: Iustitia et Clementia in bellis. (p.320)
Cap. 4: Fortitudo Romanorum militaris. (p.326)
Cap. 5: Pietas, Probitas, Constantia Romanorum. (p.334)
Cap. 6: Contra Probitatem et Abstinentiam dicta et obducta quaedam. (p.342)
Cap. 7: Pariter contra Continentiam; et de luxu Romano. (p.348)
Cap. 8: Excusati Romani a prioribus: et primum in Raptu vel Saevitia, obiter. (p.362)
Cap. 9: Factum idem in Luxu mensarum, aut vestium. (p.366)
Cap. 10: Doctrinae studia Romae, et Salaria in Doctores. (p.376)
Cap. 11: Diuturnitas Romani imperii, et in occasione de patria Constantini. (p.380)
Cap. 12: Conclusio, et Laudatio magni Imperii. (p.386)

NOTAE (p.394)

DEL LIBRO TERCERO

Cap. 1: Transición a las construcciones romanas. En primer lugar, lo referido a obras en madera o provisionales. (p.181)
Cap. 2: Las construcciones duraderas y al frente de todas, Roma. Se investiga su emplazamiento y, en particular, su tamaño. (p.189)
Cap. 3: El tamaño de los suburbios de Roma. Población de toda Roma. (p.201)
Cap. 4: Sobre los edificios de la ciudad de Roma en general y sobre su altura. (p.213)
Cap. 5: La estética y el ornato de los edificios. Algunos apuntes y, en primer lugar, se precisan aspectos del templo Capitolino. (p.217)
Cap. 6: Sobre el templo del Panteón, el de la Ciudad y el de la Paz. (p.237)
Cap. 7: Descripción de los foros romanos, y particularmente el Romano, el Julio, el de Augusto, el Transitorio y el Ulpio. (p.247)
Cap. 8: Sobre los baños y las termas, además, brevemente sobre los 'Rostra'. (p.259)
Cap. 9: Sobre las estatuas y su vigilancia. (p.267)
Cap. 10: Sobre las grandes obras de vías, y particularmente sobre la Apia. (p.273)
Cap. 11: La maravilla de los acueductos. (p.281)
Cap. 12: La maravilla de las cloacas. (p.287)
Cap. 13: El puente de Trajano sobre el Danubio. (p.291)
Cap. 14: Edificios privados urbanos y rústicos.(p.295)

DEL LIBRO CUARTO

Cap. 1: Transición a la virtud de los romanos, y una exposición general de la misma. (p.307)
Cap. 2: Presentación de la triple ordenación social del pueblo. Alabanza de cada uno de estos órdenes en su parte correspondiente. (p.313)
Cap. 3: Justicia y clemencia en las guerras. (p.321)
Cap. 4: La bravura militar de los romanos. (p.327)
Cap. 5: La piedad, la honradez y la constancia de los romanos. (p.335)
Cap. 6: Algunos argumentos contra la honradez y la abstinencia. (p.343)
Cap. 7: De modo similar, argumentos contra la continencia. Sobre el lujo romano. (p.349)
Cap. 8: Exculpación de los romanos de las primeras acusaciones. En primer lugar, algunas palabras en lo relativo al robo y a su crueldad. (p.363)
Cap. 9: Lo mismo en lo que se refiere al lujo en la mesa y en el vestir. (p.367)
Cap. 10: La educación en Roma. Los salarios de los profesores. (p.377)
Cap. 11: La pervivencia del Imperio romano. Comentario sobre la patria de Constantino que viene al caso. (p.381)
Cap. 12: Conclusión. Alabanza de un gran Imperio. (p.387)

NOTAS (p.395)

Ser[ernissi]mo Alberto Austrio imperatoris filio, nepoti, fratri, S. R. E. Cardinali, Belgicae supremo gubernatori, I[ustus] Lipsius dedicat consecratque.

1. Inter Historiarum fructus, SER[ERENISSI]ME PRINCEPS, ego illum eximium semper habui, qui ad Sapientiam et rerum in orbe ADMIRANDARVM cognitionem ducit. Quis enim paullo altior et attentior eas legit, qui non divina illa opera observet, magna imperia stabilita, aut diruta: et in iis imaginem quamdam Providentiae simul et Potentiae divinae? Ita profecto se res habet. sicut unus in superis Deus est, qui machinam hanc totam moderatur et temperat: sic in terris velut Curatores et Vicarios quosdam suos constituit, qui in partibus eam tueantur et administrent. Atque horum quosdam crescere voluit in magnas opes, copias, opera: quid nisi in imagine ostendens, caelestem illam et sine fine ac modo potentiam; quam ipse habet, et per rivulos ac canales illos deducit? Vt igitur caelum et micantia illa astra cum intuemur, ab iis ad puram, primam, et inaccessam quamdam lucem ducimur: sic ab humana ista MAGNIITVDINE, ad auctorem illius et fontem Deum. Quis ille fuit, qui Assyrios terris et gentibus imposuit? qui Persas, Macedonas, Romanos? quis, qui iterum loco movit et deiecit? magnus ille auriga et rector universi, qui habenas in hoc mundano curru temperat; qui impellit, qui sistit, et poetae verbo,

Divosque mortalesque turmas
Imperio regit unus aequo.

2. Quod magis sentio, et in animum demitto, cum in ipsa potentia et magnitudine, infirmitatem istorum video, aut brevitatem. Quid enim illa omnia nunc, aut ubi sunt? abierunt. ubi supra fidem cumulatae opes? defluxerunt. ubi caelo certantia opera? non apparent. Heu res mortalium vel maximorum parvae! heu validissimorum instabiles! imo omnia illa somnium, umbra, nihil, si cum Aeterno et Aeternitate comparetur. Sicut Solem istum assidue vel nubes aliqua subducit, vel nox condit: talis omnis hic splendor et felicitas, rapitur aut evanescit.

3. Haec et similis cogitatio SER[ENISSI]ME PRINCEPS, iamdiu me impulit Imperiorum magna et ADMIRANDA colligere: atque ut decuit, orsum a ROMANO. Nam fallor, aut non alia maior magisque fundata, addo et laudata MAGNITVDO fuit; quam quattuor his libellis in parte expressi, et ad te multis de caussis misi. Omitto beneficia in patriam publica, in me privata: ipse titulus et argumentum palam ad te ducebant. ROMANI imperii descriptio cui potius aut iustius debebatur, quam Principi e tot ROMANIS Imperatoribus nato? Res certa et inter ADMIRANDAS est, ex una AVSTRIA, vere aurea, stirpe vestra, decem Imperatores, intra hos trecentos circiter annos, orbe Christiano affulsisse: atque id sanguinis et natalium serie, sine ullo fulcro adoptionis. Quid in omni retro Principum classe simile? duo, tres, in una domo, et vix

---

28 nox condit 1605] nox denique denique 1598, 1599 **33** ad te 1605] SER[ENITA]^{TEM} TVAM 1598,1599

20-21 Hor. *C*. 3.4 vv.47-48

Dedicatoria y ofrenda de Justo Lipsio al Serenísimo Príncipe Alberto de Austria, hijo, nieto y hermano de emperador, S.R.E. Cardenal, gobernador supremo de Bélgica.

1. Entre los provechos que procuran las Historias, PRÍNCIPE SERENÍSIMO, siempre he tenido como eximio su capacidad de proporcionarnos Sabiduría por medio de la comprensión de LO QUE DE DIGNO DE ADMIRACIÓN hay en el mundo. En efecto, ¿quién al leerlas, con sólo cierta atención y profundidad, no percibe una obra divina en la solidez o el desplome de los grandes imperios que en ellas se relata? ¿quién no ve en ello el reflejo de la Providencia y Poder divinos? El mundo funciona del siguiente modo: igual que hay un Dios por encima de todo que modera y gobierna todo este artificio, también en la tierra hay, nombrados por Él, ciertos Encargados y Vicarios suyos que velan por ella y la administran cada uno en la parte que le corresponde. Pero a aquellos a los que les permite prosperar con grandes recursos económicos, militares o construcciones, tan sólo la visión del poder, celestial e infinito, que él tiene basta para hundirlos por arroyos y canales. Así pues, del mismo modo a como, al contemplar el cielo y el resplandor de las estrellas podemos afirmar que se debe a otra luz pura, primordial e inaccesible, así también por esta GRANDEZA humana llegamos a Dios, autor y fuente suya. ¿Quién, si no él, proporcionó territorios y vasallos a los Asirios?, ¿quién a Persas, Macedonios y Romanos?, ¿quién fue el que después los desposeyó y precipitó de esa preeminencia? El gran auriga y el rector del universo, que lleva las riendas de este carro terrenal. Él, que lo acelera y lo frena y, en palabras del poeta,

Rige las turmas, tanto de dioses como de mortales,
con un mismo y ecuánime imperio.

2. Todo ello lo percibo con claridad y lo medito dentro de mí, al comprobar, en su poder y grandeza, la frágil brevedad de estos. ¿Qué ha sido, en la actualidad, de todos aquellos?, ¿dónde están? Han desaparecido. ¿Dónde están los inconcebibles recursos que reunieron? Se han perdido. ¿Dónde las construcciones que desafiaban al cielo? No aparecen. ¡Ay, de las cosas de los mortales y de las miserias de lo que creemos importante!, ¡cuán inestable es lo que parece insuperable! Es muy cierto que todo ello no es más que sueño, sombra, nada si se lo compara con el Eterno y con la Eternidad. De la misma manera que con frecuencia alguna nube esconde este Sol, que la noche lo oculta, así ocurre con todo ese esplendor y felicidad que se nos arrebata para desvanecerse.

3. Esta reflexión y otras similares, PRÍNCIPE SERENÍSIMO, hace tiempo que me impulsaron a reunir las grandezas y LO QUE DE DIGNO DE ADMIRACIÓN hay en los Imperios y, por corresponderle, empecé por el ROMANO. Pues mucho me engaño o no se ha fundado GRANDEZA mayor ni más importante, y añado que tampoco la ha habido con más alabanzas, que la que en parte he descrito en estos cuatro libritos que te envío a tí por muchas razones. No pretendo beneficios públicos en la patria ni privados para mi provecho, el propio título del libro y su argumento es lo que me han llevado directamente hacia tí. ¿A quién mejor o con más derecho se le debe la descripción del imperio ROMANO, que a un Príncipe nacido de tantos emperadores ROMANOS? Es cosa cierta y entre las DIGNAS DE ADMIRACIÓN que, descendientes exclusivamente de tu en verdad áurea estirpe AUSTRIA, diez emperadores han brillado sobre el orbe cristiano en los últimos trescientos años y ello en una sucesión ininterrumpida de sangre e hijos, sin necesidad de adopción. ¿Cuándo se ha visto cosa parecida entre todos los Príncipes anteriores? Apenas hubo dos o tres en una sola dinastía. En la primera, la de Julio, la adopción no pudo prorrogar la sucesión

fuerunt: in prima ipsa Iulii, nec ultra sextum etiam adoptio prorogavit. Iterum dico, mirabile. et quid nisi a Deo tacita vox et testimonium, datam hanc familiam et demissam e caelo in terras esse, ad imperia terrarum? Iam et ADMIRANDORVM ille titulus, an non ad te traheret, in varia virtute sic ADMIRANDVM? Privatam tuam vitam si video: Pietas et Relligio occurrit, quae vel sacerdotem deceat; Castitas, quae Vestalem; probitas, et vitae totius Ordo ac compositio, quae ipsum caelum. Nec enim sidera illa profecto magis ordinato et certo cursu incedunt, quam tuae actiones. Quid prudentia, in civili aut militari administratione? quid altitudo consiliorum incredibilis? quid tranquillitas animi et vultus (proprium bonum Austriacae gentis) in omni eventu aut fortuna? ADMIRANDA sunt: et quae Regi nostro, sapientissimo rerum hominumque arbitro, caussam dederunt tui inter alios eligendi, quem ad maxima imperia et Praefecturas admoveret.

4. Ecce Lusitania adiecta Hispaniae suae fuit, et multa in concusso eo corpore adhuc aegra: te elegit qui lapsa erigeres, dilapsa colligeres, exanimata recreares. Et sane ita fecisti, et praefuisti, ut paene optandum fuerit illi regno tam valide concuti, ut te pacatorem fundatoremque aeterni deinceps otii haberet. Quis in discessu tuo non ingemuit? nobilitas patronum, plebs parentem, leges custodem, pietas vindicem visa est sibi amisse. At noster Rex recepisse: et expertus quam bene humeris tuis imperium sederet, porro te misit in Belgicam nostram, id est in ipsum mare et Oceanum (ignosce patria sic loquenti) dissensionum et turbarum. Heu qui hic fluctus? adeo ut alibi civilia atque externa bella fuisse et transisse dixerim, hic sedisse et habitasse. Opportunitas scilicet locorum fecit, et simul conspiratio eorum qui magnitudini Regiae sunt infensi, ut consilia et arma verterentur in has partes; et in nostra ista patria certamen certaretur, paene dicam, de Europa.

5. Ergo missus es et venisti in medium discrimen: quid autem fecisti? Quod nec hostes suspicari, nec nos sperare, imo vix nunc credere possumus cum est factum. Agressus es urbem natura, opere, milite munitam, et opportunitate inter Galliae primas. Vrbem dico, quam {anno 1347} Eduardus ille felix et animosus Anglorum Rex, undecim mensium spatio vix expugnavit; quam {anno 1436} Philippus Bonus tuus proavus, cum quadraginta millium exercitu, nec expugnavit: tu, inquam, aggressus cum modicis copiis, in paucis diebus claudis, oppugnas, capis. Quae haec vis animi, vel benignitas fortunae? utraque enim adfuit: et illa ut auderes dedit, haec ut posses. Scipio Africanus olim (nec alium iustius tecum conferam) cum in Hispaniam missus esset, vel ferocia Poenorum ereptam, vel infortunio Romanorum alienatam, vidit rem longi et infiniti operis, bellum circumferre per singulas et minutas partes. Quid facit divinus iuvenis? Carthaginem Novam, ubi, arma, commeatus, opes hostiles erant, situ et moenibus (ita putabatur) inexpugnabilem, subito et ignaris omnibus exercitum rapit. Venit, aggreditur, ingreditur: et in una urbe capta, animos suis sociisque reddidit, hostibus ademit. O factum Scipione dignum! et quid nisi proludium frangenda

más allá del sexto. De nuevo afirmo que es cosa maravillosa, ¿no lo es, también, que se nos conceda una familia tal por obra de la palabra serena de Dios y por su voluntad, y que se nos la envíe desde el cielo a la tierra para el gobierno de esta? Incluso este título de DIGNO DE ADMIRACIÓN, ¿no te corresponde de por sí a tí, ADMIRABLE como eres por múltiples virtudes? Si me fijo en tu vida privada aparecen la piedad y la religión prácticamente propias de un sacerdote; la castidad propia de una vestal; honradez, orden y concierto en todos los aspectos de la vida, igual que el propio cielo. Pero, si es que ni las estrellas en su progresión regular y resuelta brillan más que tus acciones. ¿Qué lucidez en la administración civil y militar?, ¿qué increíble profundidad poseen tus decisiones?, ¿qué aplomo hay en tu ánimo y en tu gesto (bien propio de la familia Austríaca), ante cualquier azaroso acontecimiento? DIGNO DE ADMIRACIÓN es todo ello, y fue precisamente todo ello lo que dio a nuestro Rey, sapientísimo juez de acontecimientos y de hombres, la razón de elegirte a tí entre otros para promocionarte a altas responsabilidades y gobiernos.

4. Hete ahí que Portugal había sido incorporada a su España, aún hoy forma parte con muchas penalidades de aquel conmocionado cuerpo. A tí te eligió para levantar las ruinas, cohesionar los fragmentos sueltos e insuflarle vida a lo que parecía muerto. Lo hiciste con creces: destacaste de tal modo que, en aquel reino tan violentamente perturbado, prácticamente se llegó a solicitar el tenerte en adelante como pacificador y fundador de un eterno bienestar. ¿Quién no se lamentó por tu partida? La nobleza creyó haber perdido a su patrono, el pueblo a un padre, las leyes su custodio, la piedad su garante. Pero nuestro Rey te reclamaba para, sabedor de lo bien que la responsabilidad del gobierno reposa sobre tus hombros, enviarte por fin a nuestra Bélgica, esto es, a un auténtico mar y Océano (perdona patria al que de este modo habla) de disensiones y perturbaciones. ¿Quién puede dudarlo? Hasta tal punto es esto cierto que yo diría que guerras civiles y externas que se inician y desarrollan en otros lugares, penetran acá para instalarse como en casa. Una situación geográfica absolutamente favorable, acompañada de las artimañas de quienes se oponen a la grandeza regia, facilitan que se derramen intenciones y armas hacia estas partes y que se dilucide en esta patria nuestra una liza que implica, prácticamente, a toda Europa.

5. Por ello, fuiste enviado y llegaste en el momento crítico. ¿Qué hiciste? Algo que no pudieron sospechar los enemigos y que nosotros, a pesar de haberlo visto, tampoco podemos creer. Atacaste a una ciudad fortificada por la naturaleza, por obras, por ejércitos y que, por su situación ventajosa, es una de las primeras de Galia. Una ciudad, insisto, que Eduardo, aquel afortunado y esforzado Rey de los ingleses, rindió con trabajo en 11 meses {en el año de 1347}; la misma que Felipe el Bueno, tu antepasado, no pudo rendir con un ejército de cuarenta mil hombres {en el año 1436}... tú, lo afirmo, la atacas con escasas tropas y, en pocos días, la sitias, la desarmas y la conquistas. ¿Qué te asistió, el arrojo de tu alma o la generosidad de la fortuna? Ambas sin duda: aquella te llevó a osarlo y esta a conseguirlo. Antiguamente, Escipión el Africano (y no voy a encontrar a ningún otro con quien compararte con más justicia) al ser enviado a Hispania que, según se mire, había sido tomada por obra de la ferocidad de los púnicos o perdida por el infortunio de los romanos, observó que el asunto requería pesados e infinitos esfuerzos y que la guerra se propagaba hasta el más ínfimo de los rincones. ¿Qué decide el divino quinceañero? De repente y sin saberlo nadie, encamina el ejército hacia Cartago Nova, donde se encontraban las armas, los víveres y los recursos de los enemigos, plaza inexpugnable por su entorno y sus murallas (así se suponía). Llega, la ataca y la toma. Dentro de una ciudad conquistada, devolvió el coraje a sus aliados y se lo arrebató a sus enemigos. ¡Acontecimiento digno de

magnae illius Carthaginis, et stabiliendi mox imperii pariter ac pacis?

6. A te similia exspectamus, o noster Princeps: et ab hoc initio vince aut paca hostes, iunge divulsos aut rebelles. Hos ipsos quam terres statim facto novo pariter, et inopinato? Abducis ab iis locis copias, et alia agens ac praeferens, Hulstum adducis. Quod istud Hulstum? Non opidum, sed insulam; nec insulam modo, sed propugnaculis variis magnisque, id est vera aestimatione, totidem opidis insessam. Quid facis o consideratissime Princeps? quis ardor te abducit? non Mars solum ea loca, sed Neptunus tuetur et vindicat: et magnus ille Oceanus, ruptis aggerum claustris immissus, una cum suis filiis late dominatur et regnat. Vbi naves, quibus pervadas? ubi alae quibus transvoles? desunt: at non tentandi tibi animus, et patrandi item fortuna.

7. O quam nunc denique didici, anguste vires vestras expendi, si quis ea tantum quae fieri possunt a vobis exspectat! Audetis non audenda, facitis non facienda, humano quidem iudicio: sed Deum adhibetis in consilio, et vos magni cum magno illo Numine participantes, legitis (si fas dicere) in tabulis Fatorum. Itaque invitis aut dissuadentibus omnibus, invadis, pervadis, vincis.

8. Haec tua sunt sub initium opera, cum alii vix operum solent ponere fundamenta. Et quae non maiora magisque ADMIRANDA a te, vel in te, exspectemus? Memini legere ALBERTVM II inter maiores tuos Austrios, uno tempore atque adeo uno anno, factum Regem Bohemiae, et Hungariae, et ROMANORVM. O quae ista felicitas! sed quam brevis felicitas! biennio enim non toto imperavit, et optimum Principem Deus caelo invexit, quia terra virtutum illarum parum capax erat aut digna. Tibi pariter ALBERTO ominamur et vovemus similia, sed firmiora: et an non iamnunc clara signa Deus et Rex dederunt? sed parco dicere, etsi non optare. O dies ille exorere, non laetus solum sed salutaris Belgis; nec Belgis tantum, sed vicinis; nec vicinis, sed dissitis, et quicunque sunt in religione aut orbe Christiano. Plura vellem: sed ut ii qui apud Deum verba faciunt, corpore, gestu, sermone modici sunt ac reverentes: sic nos decet apud vos Principes, et colere atque ADMIRARI magis, quam laudare. Facio in animo, et illo dico atque impleo, siquid ore aut stilo omisi.

Lovanii, Kal[endas] Martiis, MDXCVIII.

Escipión!, ¿qué era si no un preludio de la destrucción de la gran Cartago y del pronto restablecimiento del imperio de Roma, a la vez que de su paz?

6. De tí aguardamos hechos similares, Príncipe nuestro. Con estos inicios, vence e impón la paz a los enemigos, reúne a los segregacionistas y a los rebeldes. ¿Cuánto puedes llegar a amedrentar en un momento dado a estos mismos con un hecho nuevo a la vez que inesperado? Te traes tropas de aquellos lugares y las llevas a Hulst demostrando tu voluntad de acometer nuevas gestas. ¿Cómo es esta Hulst? No es una ciudad amurallada, sino una isla, y no una isla cualquiera sino una equipada con múltiples y grandes baluartes y, cosa de gran valor, con otras tantas ciudades amuralladas. ¿Qué hacer, respetabilísimo Príncipe?, ¿dónde encontar el ardor con el que acometerla? No es sólo Marte el que protege estos lugares, Neptuno vela por ellos y también los reclama bajo su protección: el gran Océano, que penetra entre las prietas rocas de los diques, la gobierna y domina ampliamente con la ayuda de sus hijos. ¿Dónde están las naves con las que invadir la plaza?, ¿dónde las alas con las que asaltarla? Faltan, y tampoco cuentas con el ánimo necesario para intentarlo, ni con la fortuna que te conceda el éxito...

7. ¡Qué bien he descubierto, en definitiva, la simpleza desde la que valoré vuestras fuerzas por esperar de vos sólo lo factible! Osáis lo temerario, hacéis lo imposible, todo ello valorado, claro está, desde la razón humana, pero tenéis a Dios de vuestra parte. Compartiendo vuestra majestad con la del mismísimo Espíritu supremo, leéis, (si es lícito decirlo) en las tablas del destino. De modo que, tras convencer y disuadir a todos, la acometéis, sometéis y vencéis.

8. Estos son tus logros, realizados al inicio, cuando otros apenas han puesto las bases de los suyos. Y ¿qué cosas mayores y más DIGNAS DE ADMIRACIÓN debemos esperar no digo que por obra tuya sino por tu manera de ser? Recuerdo haber leído que ALBERTO II, perteneciente a tus ancestros de la familia Austria, en la misma época, incluso en el mismo año, había sido coronado Rey de Bohemia, de Hungría y de los ROMANOS. ¡qué dicha la suya!, pero, cuán breve. No había gobernado durante un bienio entero cuando Dios se llevó al cielo a este óptimo príncipe, porque no era un sitio adecuado la tierra para sus virtudes. De modo parecido, ALBERTO, a tí te auguramos y deseamos venturas similares, aunque más sólidas, ¿no han dado ya Dios y el Rey claros signos de que así será? Pero me abstengo de afirmarlo, aunque no de rogarlo. Que llegue de una vez el día, no sólo feliz sino de salvación para los Belgas, y no para los Belgas sólo sino para sus vecinos y no sólo para estos, sino también para los exiliados y para cualquiera que se mantenga dentro de la religión y en el orbe cristiano. Muchas son las cosas que deseo, pero al igual que aquellos que ruegan ante Dios se muestran moderados y reverentes en cuerpo, actitud y palabra; de igual modo, más conviene, ante vosotros, Príncipes, la actitud reverente y la ADMIRACIÓN, que dedicaros alabanzas. Tal es mi intención y así lo afirmo y lo prometo por si algo de esto se me olvida en el momento de contar o escribir.

En Lovaina en las Kalendas de marzo de 1598 (1 de marzo de 1598).

Ad lectorem.

1. ADMIRANDA *in Imperiis, Lector, quae olim colligere coepimus, nunc disponere, ut vides, et vulgare. Orsi sumus a* ROMANO*, quod quattuor his libellis damus: an totum? negabit aliquis, et scio esse quae possint addi. Sed an debeant, nescio: non certe pro mea mente, cui propositum fuit eminentia tantum et vere* MAGNA *colligere, atque eaipsa dumtaxat ostendere in primo vultu, et designare. Omnia si penetrassem, aut delineassem, praesertim quae ad* Opera*, quis finis fuisset? Sed architectonica etiam haec cura sit, non nostra, nec libuit supra plantam, quod dicitur, evagari.*

—ουδ᾽ἄρα πως ἦν
Εν πάντεσσ᾽ἔργοιτι δαήμονα φῶτα γενέσθαι.
{nec fuit unquam Omnibus in rebus gnarum unum esse atque scientem}

2. *Et vere fateor, nimia iam etiam cura an curiositate peccari a plerisque nostrum, qui omnia haec antiqua avide scrutamur, et in maris illo fundo paene dicam arenas. Ah, quis fructus est? vita et mores praeeant, tum prudentia, sed et elegantia quaedam accedat: tamen ultima haec cum modo. Peccavimus et nos fortasse olim: sed nunc cum aliis annis mens est alia, et clamo libere,* Quaedam esse quae malo ignorare, quam discere. *Timonis illud saepe mihi in mente:*

πουλυμαθημοσύνης ὣς οὐ κενεώτερον ἄλλο.
{Multiscentia, ut haud quidquam vel vanius exstat!}

Sed siquid tamen scitu dignum omisi, alius explebit me volente et addet, ut fiat illud Homericum

—πλεόνων δέ τοι ἔργον ἄμεινον. {melius multorum opus}

3. *Etsi quaedam tamen seposita mihi, non omissa, et in altera* ADMIRANDORVM *parte opportune reddenda. Atqui et alia mihi culpa, aut certe nota, deprecanda est, in attollendo nimium fortasse alibi fuisse. Si ita est, excusetur: et quis nescit, ubi animus et stilus incalvit, trahere hoc secum has* πανηγύρεις {laudationes}*? Et tamen non* arcem e cloaca feci*, ut ait ille,* nec lapidem e sepulchro veneratus sum pro Deo*; sed res laudatissimas laudavi et extuli: si nimis, tu moderare et deprime, quisquis frigore et sedatiore affectu haec legis.*

---

22 *Adag.* 3651 (=Ath. 13) **34-5** *Adag.* 3494 (=Cic. *Pro Planc*. 49.95)

Al lector.

1. *Ha llegado el momento, Lector, de ordenar y divulgar según ves cuanto* DE DIGNO DE ADMIRACIÓN *hay en los Imperios, algo que comenzamos a recopilar hace tiempo. Hemos empezado por el* ROMANO, *del que te ofrecemos estos cuatro libritos. ¿Está todo en ellos? Habrá quien lo niegue y bien sé que hay contenidos que pueden añadirse. Pero yo no sé si deben añadirse. Ciertamente, según mi opinión, por la cual me he propuesto recopilar exclusivamente cuestiones sobresalientes y verdaderamente* GRANDES, *darles forma y mostrarlas simplemente a grandes rasgos, no lo es. Si me pusiera a desentrañar y describirlo todo, particularmente aquello relativo a las Construcciones, ¿hasta dónde podría llegar? Que la arquitectura y no nosotros asuma tales preocupaciones, ya que tampoco suele ser de mi agrado, como habitualmente se dice, divagar más allá de lo fundamental*,

—ουδ᾽ ἄρα πως ἦν
Εν πάντεσσ᾽ ἔργοισι δαήμονα φῶτα γενέσθαι.
{ni jamás se dio persona alguna que fuese ducha y versada en todos los saberes}

2. *Reconozco con sinceridad que la mayor parte de cuantos investigamos con ahínco todos estos temas antiguos venimos pecando por exceso de celo y atención al detalle. Yo, sin ir más lejos, hay ocasiones que podría ponerme a contar las arenas del mismo fondo del mar. Pero, ¿qué provecho se saca de ello? Que la vida y las costumbres comparezcan y añádanse entonces una perspectiva política y cierto grado de estilo, aunque esto último con moderación. Posiblemente en otros tiempos, también nosotros cometiéramos algún error en este sentido, pero hoy, con otra edad, mi opinión es diferente y proclamo sin temor que* Hay cosas que prefiero ignorar a ponerme estudiar. *A menudo le doy vueltas en la cabeza a aquello de Timón*:

— πουλυμαθημοσύνης ὣς οὐ κενεώτερον ἄλλο.
{¡Nada más vano que querer saberlo todo!}

Si, no obstante, omití algo digno de saberse, otro habrá que con mi aprobación repare la omisión y complete, como dice aquel paso homérico,

---- πλεόνων δέ τοι ἔργον ἄμεινον. {una obra mejor que muchas}

3. *De todos modos, algunos temas más que olvidarlos, los he dejado a un lado, y se expondrán en un lugar oportuno de una segunda parte* DE LO DIGNO DE ADMIRACIÓN. *Con todo, debo pedir perdón también por otro defecto que con certeza es una característica de la obra: un posible exceso de exaltación en varios puntos. Si eso sucede, excúsese, ¿quién ignora que cuando ánimo y pluma se apasionan, resultan estos* παναγύρεις {alabanzas}? *Bien es cierto que* no hice de una cloaca una noble ciudad*, como dijo aquel,* ni honré la lápida de un sepulcro en lugar de a Dios*, sino que he alabado y ensalzado asuntos muy dignos de alabanza. Si lo hice en demasía, a tí te conmino, quienquiera que seas el que esto lee con frialdad y más sosegado afecto, a moderarlo y rebajarlo.*

4. *Denique in clausula, magnum etiam imperium miratus sum, et approbavi: cur contra hodiernum morem (dicet aliquis) fortasse et usum? Nam divisiones istae factae iamdudum, et inveteraverunt, et moveri sine motu Christiani orbis vix possunt. Non temere igitur suadeo; nec sane innovo: si tamen Fatis et Deo visum, hodiernam aliquam et novam* MAGNITVDINEM *dare, cur culpa sit laudare et approbare? Multiplex ratio eam commendet: et firmissime ista. quod etiamnunc, quidquid tranquilli et pacati est in re Christiana, id manat ab unico illo capite, quod auctoritate sacra nobis praeest. Romanus ille Dictator, ut sic appellem, et Pontifex, fulcrum aut vinculum est, quod sustinet, quod ligat, labentes aut dissidentes in male compacto hoc aedificio partes. Abite non impii solum, sed imperiti, qui aliter. nobis constat hanc ipsam Romam, et sacrum in ea imperium,* fuisse et esse velut anchoram fluctuanti diu Europae. *Mira Dei benignitas in hanc urbem! cum legionum vim eripuit, legum attribuit; cum armis imperare noluit, sacris indulsit: et sic quoque fecit eam decus, tutelam, columen rerum.*

5. *Atqui Senatus ille vetus non est, inquiunt. Non ille, sed alius: et vide mihi in ista purpura ex omni nostro orbe selectos proceres, moribus, prudentia, annis spectandos. Si vetus ille Cyneas redeat, et hunc consessum videat, nihil ambigat vel cum Regibus iterum, vel cum Heroibus comparare. Quid Tributa? non tam multa, sed magis innoxia et ultronea sunt. Quid Legationes gentium? nec ea desunt, et ex noto ignotoque orbe (tanta diffusio maiestatis huius est) concurritur, et iura ac leges sacrorum hinc petunt. Ipsi Reges et Principes adeunt et inclinantur, et obnoxia capita uni huic capiti submittunt. Quid Principes aut homines loquor? aerei, terreni, inferi spiritus sive Genii verentur ac trepidant, et caelestem illam in terris potestatem vel inviti ac reluctantes agnoscunt.*

6. *Gaude igitur non maior, sed melior iam* ROMA*; non cultior, sed sanctior; et diu sedes et habitaculum sacri huius imperii (ex animo vovemus) esto.*

---

9 dissidentes 1599, 1605] dissentientes 1598 **18** ea 1599, 1605] eae 1598

---

11 Plu. *Moralia* (*De fort. rom.*) 317A (=*Adm.*IV.12.6) **16** Liv. 34.4.11; Cic. *Tusc. disp.* 1.24.59; Frontin. *Strat.* 4.3.2; Plin. 7.38; Plu. *Pyrrh.* 19.6; Amm. 16.10.5

4. *En definitiva y para concluir, diré que he admirado, sobre todo, a un gran imperio y le he otorgado mi aprobación. ¿Por qué (habrá quien diga), te opones a la costumbre y quizá a la práctica actual? Las divisiones del mundo están hechas desde hace tiempo, han echado raíces y no pueden transtornarse sin transtornar con ellas el orbe Cristiano. Mis consejos, de todos modos, no son precipitados, ni tampoco propongo novedades, si el Destino o Dios creen oportuno que haya una nueva y actual* GRANDEZA*, ¿por qué es un error alabarla o aprobarla? Muchas razones la recomiendan y de modo definitivo la siguiente: que hoy en día cuanta tranquilidad y paz hay en la Cristiandad dimana de una única cabeza que nos gobierna con sagrada autoridad. Aquel Romano Dictador, por llamarlo así, y Pontífice es el puntal y el vínculo que mantiene unidas y anuda las partes equivocadas y las que están en discordia dentro de este edificio a medio hacer. Aléjate del que, no sólo impío sino también ignorante, piensa de distinto modo. Para nosotros es algo irrefutable que esta misma Roma y su sagrado imperio* han sido y son como el ancla de una Europa inestable durante tanto tiempo. *¡Asombra la bondad que Dios ha mostrado con esta ciudad! Cuando perdió la fuerza de las legiones, acudió a la de las leyes, cuando no quiso mandar con la fuerza de las armas, se consagró a las cosas sagradas. Fue así como se convirtió además en el esplendor, la salvaguarda y el pilar universal.*

5. *Hay quien dice, con todo, que no existe ya aquel viejo Senado. No aquel, mas sí otro: observa en esta dignidad a próceres escogidos dentro de todo nuestro orbe, a ellos se les debe consideración por sus costumbres, buen juicio y años. Si aquel viejo Cyneas volviese y viese este círculo de personas no tendría inconveniente en volverlo a comparar con reyes y héroes. ¿Qué decir de los tributos? No sólo no son muchos, sino que además son honestos y de concesión voluntaria. ¿Qué a propósito de las embajadas procedentes de otras naciones? Tampoco faltan y vienen desde el mundo conocido y desconocido (tan grande es la reputación de esta majestad) para pedir aquí leyes civiles y religiosas. Los propios reyes y príncipes se dirigen a él, e inclinan y someten humildemente su cabeza a esta única cabeza. ¿Por qué hablar de príncipes y personas comunes? espíritus del cielo, de la tierra, inferiores o genios la respetan, temen y aunque de mala gana y a su pesar la reconocen como poder celestial que está en la tierra.*

Por lo tanto, disfruta ahora, ROMA*, tú que no eres más grande sino mejor, no más culta, sino más santa, que seas (de corazón lo deseamos) largo tiempo sede y morada de este sagrado imperio.*

Lib. I cap. 1: Occasio et ingressio sermonis.

1. Dies aestuosus erat, et quales Iulio mense per Caniculam solent. Venit ad me AVDITOR, et Numquid turbo?- inquit- non opinor. Otiari te cum tempus, tum et mos iubet, qui publicas Ferias nunc indixit.

2. Lips.- Otiamur. non ob caussas a te dictas solum, sed ob quam minime vellem. Ea valetudo est, semper molesta, nunc magis in isto aestu. O si Spada me habeat! quam me recreem et refrigerem ambulando, bibendo!

3. Aud.-Omitte Spadam, illam cursus tui palaestram. Satis nobis, semel sic pro te timuisse. Nam quid propius factum, quam ut nobis eripereris, ad alios translatus?

4. Lips.- Factum. nec umquam ego propior periculo fui, nec manifestiore Dei manu ereptus. Ille me tuitus est, et reddidit vobis. Vtinam et eos redderet iungeretque per bonam pacem, qui sic abiuncti! O quam suavis vita sit! quam iuvet communione illa terrarum hominumque frui!

5. Aud.- Ne despera.

> Οὔπω μῆνας ἄγων ἔκαμ᾽οὐρανὸς, οὐδ᾽ ἐνιαυτούς.
> {*Nondum aether menses, nec volvere desiit annos.* Theocr[itus]}

Dies, inquam, ista componet et dabit; aut denique Deus.

6. Lips.- Certe Dei hoc opus: quem toto pectore invoco venerorque, uti velit, Respiciat afflictam Belgicam tot iam lustris, et satis sit accisam eam, non excisam. Sed quid tu volebas?

7. Aud.- Fabulari.

8. Lips.- Publica habes?

9. Aud.- Curiose ea non curo: sed tamen et publica tangit, quod volebam.

10. Lips.- Dic autem.

11. Aud.- Sponde autem.

12. Lips.- Quid istud est? captas me?

---

20 Theoc. 16 v.71

Lib. I cap. 1: Contexto e inicio del tratado.

1. Era un día de verano, como los que suelen darse en el mes de julio, bajo la constelación de la Canícula. Me llegó un DISCÍPULO y me dijo: "¿Por ventura molesto? Creo que no. Haces bien descansando cuando lo manda el tiempo y la costumbre que en estos días ha fijado fiestas públicas."

2. Lipsio.- Descansamos, en efecto, pero no es sólo por lo que tú bien dices, sino por algo que en absoluto está en mi voluntad. Esta salud mía, siempre quejosa, más lo está en un verano como este. ¡Quién estuviera en Spa!, ¡cómo me restablecería y refrescaría, paseando y tomando las aguas!

3. Discípulo.- Olvídate de Spa, allí aprendiste a correr. Ya nos hizo pasar bastantes sufrimientos por tí. ¿No fue allí donde faltó poco para que se nos privara de tí, para llevarte con otros?

4. Lipsio.- Cierto es, y jamás estuve más cerca del peligro, ni de un modo más claro me privó de él la mano de Dios. Él me protegió y devolvió a vosotros. ¡Ojalá también a otros que permanecen escindidos los devolviera y reincorporara mediante una paz justa!, ¡qué agradable sería la vida!, ¡qué gran gozo llegaría con la comunión de territorios y personas!

5. Discípulo.- No desesperes, que

> Οὔπω μῆνας ἄγων ἔκαμ᾽οὐρανὸς, οὐδ᾽ ἐνιαυτούς.
> {*Todavía no se ha parado el tiempo ni el cielo.* Teócrito}

Estoy seguro de que el día a día dispondrá y hará posible tales cosas, de lo contrario será Dios quien, finalmente, lo haga.

6. Lipsio.- Es verdad que se trata de un trabajo para Dios, a quien desde lo más profundo de mi corazón invoco y suplico que, cuando lo desee, se vuelva Él hacia Bélgica, sacudida desde hace ya tantos lustros y dé por suficiente con que quede agotada y no desgarrada... Pero, ¿qué es lo que querías?

7. Discípulo.- Charlar.

8. Lipsio.- ¿Tienes algún asunto público?

9. Discípulo.- No le dedico especial atención a esos temas, aunque bien es cierto que también afecta a lo público lo que venía a proponerte.

10. Lipsio.-Dime, pues.

11. Discípulo.- ¡Prométeme una cosa antes!

12. Lipsio.- ¿De qué se trata?, ¿es que tratas de pillarme?

13. Aud.- Non nego. utinam ceperim! Iam diu est quod DE MAGNITVDINE ROMANA polliceris aliquid dicere, sive scribere. Si hoc nondum potes, illud fac quod potes.

14. Lips.- Hoccine agebas, et eo ibas? et hoc illud otium quod suadebas?

15. Aud.- Agebam, ibam, suadebam. Et quid tibi hic magni negotii? scio iamdiu talia et observata tibi, et prompta.

16. Lips.- Prosus. ecce, os aperiam? sponte se effundent. O te bellum! scilicet memoria, dispositione, ad eas res non opus, etiam quas notas iam habeas et paratas.

17. Aud.- Non nego. sed priorem Deus tibi dedit, alteram iudicio semper assumpsisti. In scriptis tuis hoc me delectat, ordinem et seriem rerum videre: interdum earum, quarum nec ordo videbatur.

18. Lips.- Malus es.

19. Aud.- Quid ita?

20. Lips.- Quia vere captatorem agis, et blandiris, sed ut in retia tua compellas.
— γέρων δ᾽ἀλώπηξ (ait verbum) οὐχ ἁλίσκεται. {Vulpecula haud capitur senex}

21. Aud.- Imo patiare te capi vel mea hac cupidine, quam amare et laudare in adolescentia nostra soles.

22. Lips.- Non nego, adamo: sed et et argumentum invitet, quod valde item amo. Quomodo non veterem illam Romam? tot ingeniorum, artium, virtutum, vel matrem vel sedem? Nam Potentia quidem et Militia ADMIRANDA sunt, et magni illius imperii Opes: Virtutes amandae.

23. Aud.- Neque aliud a te volo, quam in umbra quasi et imagine repraesentari Formam faciemque illam veterem: et qualis, et quanta Roma fuit.

24. Lips.- Ego vero sic subito nec umbram tibi ausim polliceri: fortasse umbellam, et imaginem aliquam imaginis, ut sic loquar.

25. Aud.- Quidlibet, iuvabit et docebit.

26. Lips.- Sic volendo, volentem et me facis. Sub hac trichila umbrosa igitur sedeamus, et ducamus MAGNITVDINIS ROMANAE umbras.

---

29 Potentia 1599, 1605] potentia 1598 Militia 1599, 1605] militia 1598 **30** Opes 1599, 1605] opes 1598 Virtutes 1599, 1605] virtutes 1598

---

22 *Adag.* 917 (≅ 1422)

13. Discípulo.- No te digo que no. ¡Ojalá pudiera! Hace tiempo que me prometiste contarme o escribir algo SOBRE LA GRANDEZA ROMANA. Si por ahora no puedes hacer esto último, haz por lo menos lo primero ahora que tienes tiempo.

14. Lipsio.- ¿Con que eso es lo que querías, ese era tu objetivo?, así que ese es el descanso que me aconsejas.

15. Discípulo.- Tienes razón en todo, pero no por ello era menos sincero en mi deseo... Pero, dime, ¿por qué va a ser esto para ti un trabajo enorme? Sé que desde hace tiempo tienes este asunto estudiado y listo.

16. Lipsio.- Ea, ¿voy a tener que decirte lo que pasa? Por sí mismas las cosas se desvanecen. ¡Ay, querido! Como si no fueran necesarias memoria y una estructura para acometer trabajos como ese, y eso, aunque uno tenga ya notas preparadas.

17. Discípulo.- No te digo que no, pero Dios te dio lo primero y lo segundo siempre lo has empleado tú juiciosamente. En tus escritos es precisamente eso lo que tanto me gusta: el poder apreciar el orden interno y la sucesión de los temas, incluso en aquellos que parecen carecer de relación.

18. Lipsio.- Eres un pillastre.

19. Discípulo.- ¿Y eso?

20. Lipsio.- Porque actúas como un auténtico embaucador, me lisonjeas pero para pillarme en tu red, mas como dice el refrán, — γέρων δ᾽ἀλώπηξ οὐχ ἁλίσκεται. {*Zorra vieja no se deja cazar*}.

21. Discípulo.- Vamos... déjate convencer, aunque sólo sea por lo mucho que lo deseo, tú mismo sueles gustar y alabar esta actitud entre nuestros adolescentes.

22. Lipsio.- Ahora soy yo el que no lo niega. Me gusta. Y ante todo, el asunto, que aprecio sobremanera, invita a ello. ¿Cómo no iba a hacerlo aquella antigua Roma? Madre y sede de tantos genios, tantas artes y virtudes. El poder político y el arte militar son, en efecto, DIGNOS DE ADMIRACIÓN, así como los recursos de aquel gran imperio, y sus muy apreciables virtudes.

23. Discípulo.- Yo sólo te pido que me representes el aspecto de aquella antigua estructura mediante un retrato, casi con la sombra que dejó, y que me muestres con ello, cómo y cuán grande fue Roma.

24. Lipsio.- Así, de pronto, no me atrevo a prometerte una sombra, quizá una sombrilla, el retrato de un retrato, si es que puedo decirlo así.

25. Discípulo.- Sea lo que sea, me será útil y me enseñará.

26. Lipsio.- Con esa buena voluntad haces que lo esté deseando. Vamos a sentarnos, entonces, en este sombreado cenador y consideremos las sombras de la GRANDEZA ROMANA.

Lib. I cap. 2: Communiter Roma et eius Potentia laudata, per elogia pauca veterum.

1. Ego inter Imperia et MAGNITVDINES, quas Deus a condito orbe esse voluit, eminere censeo et primas ferre hanc ROMANAM. Hoc e *Finibus*, *Copiis*, *Opibus*, *Operibus*, denique *Viris et Virtutibus*, liquere posse arbitror: quibus rebus singulis, aut et iunctis quibusdam, aliae fortasse gentes se ostenderunt; nulla sic omnibus, ut nunc ostendam. Tu Deus lux temporum, rerum, hominum, scintillam aliquam tui, si non radium, in mentem hanc immitte: ut ea videre, adire, sed et reserare possim, thesauros Antiquitatis et Memoriae; quos in Aevi diffuso implexoque sinu, reponis et servas.

2. Prisquam igitur distincte de quinque illis Magnitudinis partibus dicam, lubet universe aliquid de tota ea praefari, et quam istam, una mecum, illustres magnique omnes viri admirati sint. Atque illa vulgata omitto, *Romanos rerum dominos*: *Romam mundi caput*: *Mundi miraculum*: *Mundi compendium*: *Arcem nationum ac regum*, *lumen gentium*: magna sunt, et a magnis: sed compendio laudasse eam magnifice Martialis videtur,

Terrarum Dea Gentiumque Roma,
CVI PAR *est nihil, et nihil* SECVNDVM.

3. Subtiliter nec falso vult, nihil accedere ad eam, nihil vel sequi. Quod an ab illo mutuatus Frontinus est? in cuius libro de Aquaeductibus legimus: *Regina et domina orbis, quae terrarum dea gentiumque consistit, cui par nihil, et nihil secundum*. Sed vereor ut allitum adscriptumve aliena manu sit, et gravis atque eruditus reliquus Frontini stilus non probat aut amat lasciviam poëtarum.

4. Compendio igitur Martialis: sed pulchre item et ubertim Claudianus.

Qua nihil in terris complectitur ALTIVS *aether,*
Cuius nec SPATIVM *visus, nec corda* DECOREM,
Nec LAVDEM *vox ulla capit. quae luce metalli*
Aemula vicinis fastigia conserit astris.
ARMORVM LEGVMQVE PARENS*, quae fundit in omnes*
Imperium, primique dedit cunabula iuris.
Haec est exiguis quae finibus orta, tetendit
In GEMINOS AXES*, parvaque a sede profecta*
Dispersit CVM SOLE *manus. Haec obvia satis,*
Innumeras uno gereret cum tempore pugnas,
Et Gallum terris prosterneret, aequore Poenum.
Numquam SVCCVBVIT DAMNIS*, et territa nullo*
Vulnere, post Cannas MAIOR *Trebiamque fremebat.*

---

1 MAGNITVDINES 1599, 1605] Magnitudines 1598 **27** ALTIVS 1599, 1605] altius 1598 **28** DECOREM 1599, 1605] decorem 1598 **29** LAVDEM 1599, 1605] laudem 1598

13-14 Verg. *Aen*. 1 v. 282 (=Suet. *Aug*. 40.5) **17-18** Mart. *Epigram*. 12.8 vv. 1-2 **21-22** Frontin. *Aquaed*. 88.1 **27-39** Claud. *Cons. Stil*. 3 vv. 131-145 (desunt vv. 135, 142)

Lib. I cap. 2: Alabanzas genéricas a Roma y a su poder, según algunos elogios de los antiguos.

1. Entre los Imperios y las GRANDEZAS que Dios ha decidido que existan desde la creación del orbe, yo creo que sobresale y que destaca como una de las primeras, esta grandeza ROMANA. Juzgo que esto puede verse claramente en *sus Territorios*, *sus Fuerzas*, *sus Recursos*, *sus Construcciones* y, finalmente, *en sus Hombres y Virtudes*. Otras naciones, quizá, se vanagloriaron con alguno de estos bienes o con varios de ellos, ninguna con todos a la vez, como voy a mostrar inmediatamente. Dios, tú que eres la luz de los tiempos, de acontecimientos y hombres, envía a esta mente alguna chispa tuya, si no un rayo, para que con ella pueda comprender, acometer y revelar los tesoros de la Antigüedad y del Pasado, que renuevas y conservas a lo largo del transcurso sucesivo e interminable de la Eternidad.

2. Empero, antes de hablar uno por uno de los cinco aspectos de aquella Grandeza, es preciso decir algo para introducirla en su conjunto, a la que admiran junto a mí tantos hombres ilustres y eminentes. No me refiero a aquellas palabras de uso corriente: *Romanos, señores del universo; Roma cabeza del mundo; maravilla del Mundo; compendio Universal; Culmen de países y de reyes; luz de naciones*. Son palabras eminentes y proceden de hombres eminentes, pero me parece que una breve cita de Marcial la ha alabado excelsamente:

> *Roma, Diosa de Tierras y de Naciones*
> A LA QUE *nada le es* IGUAL*, ni nada se le* APROXIMA.

3. Con delicadeza y no sin razón pretende que nada está a su nivel y que tampoco nada le sigue. ¿Es posible que Frontino le tomara prestada esa cita? En su libro sobre los acueductos leemos: *Reina y señora del orbe, que se yergue como diosa de tierras y de naciones, a la que nada le es igual, ni nada se le aproxima*. Yo me temo, de todos modos, que el texto ha sido interpolado o anotado al margen por otra mano, pues el estilo grave y erudito de Frontino que nos ha llegado no aprueba ni gusta de la incontinencia de los poetas.

4. Por otro lado, junto a la máxima de Marcial, y también con elegancia y abundancia expresiva, dice Claudiano:

> *El aire no envuelve nada* MÁS ALTO *en el mundo que lo que allí hay,*
> *la vista no alcanza su* EXTENSIÓN*, ni los corazones su* BELLEZA*,*
> *ni palabra alguna sirve para* ALABARLA.*Con brillo de metal*
> *equipara sus cumbres desafiantes con cercanos astros.*
> MADRE DE EJÉRCITOS Y LEYES *que difunde por todo*
> *el Imperio, en ella se encuentra la cuna del derecho original.*
> *Nació dentro de estrechas fronteras, se extendió*
> EN TODAS DIRECCIONES*, creció desde una humilde sede,*
> *alcanzó* EL SOL *con la mano. Nada más evidente que cuando*
> *afrontó a la vez innumerables batallas,*
> *abatió al galo en tierra y en la mar al cartaginés,*
> *jamás* SUCUMBIÓ ANTE LOS FRACASOS*, ninguna herida la amedrenta,*
> *ella resuena* MÁS FUERTE *tras Cannas y Trebia*.

5. Habes pleraque versibus iis ab alto et animoso poëta (talis fuit) inserta, quae ordine meo imus laudatum. Sed Erinna etiam poëtria audienda est: quam vixisse oportuit, ut hoc carmen est, sub Pompeii, aut circiter, aevum. Nam alioqui plures eo nomine fuisse, non debes nescire. Ea igitur, ad ipsam Romam:

Χαῖρέ μοι Ρῶμα θυγατὴρ ἄρηος,
Χρυσεόμιτρα, δαΐφρων ἄνασσα,
Σεμνὸν ἃ ναίεις ἐπὶ γᾶς ὄλυμπον
Αιὲν ἄθραυστον.
Σοὶ μόνᾳ πρέσβιστα δέδωκε μοῖρα
Κῦδος ἀῤῥήκτω βασιλήϊον ἀρχᾶς,
Ὄφρα κοιρανήϊον ἔχοισα χάρτος
Αγεμονεύῃς.
Σᾷ δ᾽ὑπὸ ζεύγλᾳ κρατερῶν λεπάδνων
Στέρνα γαίας καὶ πολιᾶς θαλάσσας
Σφίγγεται. σὺ δ᾽ἀσφαλέως κυβερνᾷς
Ἄστεα λαῶν.
Πάντα δὲ σφάλλων ὁ μέγιστος αἰὼν,
Καὶ μεταπλάσσων βίον ἄλλοτ᾽ ἄλλως,
Σοὶ μόνᾳ πλησιήσιον οὖρον ἀρχᾶς
Οὐ μεταβάλλει.
Ἦ γὰρ ἐκ πάντων σὺ μόνα κρατίστους
Ἄνδρας αἰχματὰς μεγάλως λοχεύεις,
Εὔσταχυν δάματρος ὅπως ἀνεῖσα
Καρπὸν ἀπ᾽ἀνδρῶν.

Filia o Martis, mihi Roma salve,
Aureo Regina decora cultu,
Quae vel in terra stabiles Olympi
Incolis arces.
Nam dedit soli tibi cana Parca
Regium sceptrum, minime atterendum,
Vt potens rerum domineris una,
Imperitesque.
Ad tuum currum, retinente fraeno,
Colla telluris tumidique ponti
Illigas, et tu populos gubernas
Firma per aevum.

6-25 Stob. 3.7.12 (=Melino, la lesbia) [ed. Hense: σᾷ δ᾽ὐπὰ σδεύγλᾳ pro Σᾷ δ᾽ὑπὸ ζεύγλᾳ; πλησίστιον pro πληστήσιον; μεγάλους pro μεγάλως]

---

7 Χρυσεόμιτρα, = nota 1

5. Intercalados en los versos de aquel poeta, profundo y ardiente (así era él), se encuentran muchos de los conceptos que vamos a ir loando según mi propia ordenación de contenidos. La poetisa Erina, por su parte, también merece ser oída. Debió vivir, poco más o menos, en época de Pompeyo, como se desprende de este poema. No debes dejar de saber, no obstante, que hubo muchas con ese nombre. Estas son, pues, las palabras que dedicó a la propia Roma:

Χαῖρέ μοι Ρῶμα Θυγατὴρ ἄρηος,
Χρυσεόμιτρα, (1) δαΐφρων ἄνασσα,
Σεμνὸν ἃ ναίεις ἐπὶ γᾶς ὄλυμπον
Αιὲν ἄθραυστον.
Σοὶ μόνᾳ πρέσβιστα δέδωκε μοῖρα
Κῦδος ἀῤῥήκτω βασιλήϊον ἀρχᾶς,
Ὄφρα κοιρανήϊον ἔχοισα χάρτος
Αγεμονεύης.
Σᾷ δ᾽ὑπὸ ζεύγλᾳ κρατερῶν λεπάδνων
Στέρνα γαίας καὶ πολιᾶς θαλάσσας
Σφίγγεται. σὺ δ᾽ἀσφαλέως κυβερνᾷς
Ἄστεα λαῶν.
Πάντα δὲ σφάλλων ὁ μέγιστος αἰὼν,
Καὶ μεταπλάσσων βίον ἄλλοτ΄ ἄλλως,
Σοὶ μόνᾳ πληστήσιον οὖρον ἀρχᾶς
Οὐ μεταβάλλει.
Ἦ γὰρ ἐκ πάντων σὺ μόνα κρατίστους
Ἄνδρας αἰχματὰς μεγάλως λοχεύεις,
Εὔσταχυν δάματρος ὅπως ἀνεῖσα
Καρπὸν ἀπ᾽ἀνδρῶν.

Yo te saludo, Roma, hija de Ares,
prudente soberana de mitra dorada,
que sobre la tierra habitas respetable
Olimpo siempre intacto.
A ti sola, venerable, te concedió
la Moira gloria real de imbatible
imperio, para que gobiernes manteniendo
tu potestad soberana.
Y bajo tu gamella de potentes
coyundas, uncidos están los pechos
de la tierra y el canoso mar y con firmeza
pilotas ciudades de pueblos.

Ipsa, quae gaudet variare cuncta,
Resque transformare hominum, Vetustas,
Spirat haec uni tibi semper auram a
Puppe secundam.
Denique, in cunctis populis valentem
Procreas bellis sobolem. utque laeta
Surgit e terra seges, ipsa abundas
Fruge virorum.

6. Atque heus tu, virile et plenum spiritus muliebre hoc carmen est; et cur talia tam multa perierunt? Sed poëtarum haec laudatio est: audi Historicum. *Nulla umquam Respublica nec* MAIOR *nec* SANCTIOR*, nec bonis exemplis ditior fuit* {Liv[io] I}. Laudat a duplici illo capite quod nos attigimus, et in sermone persequemur, Potentiae et Virtutis. Quod ipsum utrumque Ammianus: cum *Romam* IMPERII VIRTVTVMQVE *omnium Larem* appellat. Et plura se offerunt, quae differo, in suis locis opportunius reddenda.

7. Hieronymi elogia audiamus, aevo iam inclinante {Lib[ro] II adv[ersus] Iovin[iannum]}: *urbs* POTENS, *urbs Domina, urbs Apostoli voce laudata, interpretare vocabulum tuum. Roma aut* FORTITVDINIS *nomen apud Graecos est, aut* SVBLIMITATIS *apud Hebraeos*. Duplicem interpretationem nominis rei aptam reddit: ego et tertiam, quam dederit lingua nostra: quia Roma {*Roem*}, *Gloriae et famae* nomen est Germanis: Quid, quod apud Orientales Indos *Rumes* appellantur (Osorio ita traditum) milites boni et fortes: an quasi Romani, et admiratio vetus apud eos mansit? an vox indigena id quoque notat?

8. [[Divus Augustinus, pro summis, tria olim videre desiderat: *Christum in carne, Paulum in cathedra, Romam in flore*. Hoc ultimum paramus, et]] ad rem partesque nostras iam imus: aliquid tamen a te praestipulati.

9. Aud.-Quid illud est?

10. Lips.-Assensum et fidem.

11. Aud.-Tibi non dem, aut habeam? vel nutu me ducas, quo velis.

12. Lips.-Memento. nam erunt quaedam inopinata, et vere ADMIRANDA. Poëta iure cecinit {Propert[ius]}:

Omnia Romanae cedant MIRACVLA *terrae,*
Natura hic posuit, quidquid VBIQVE *fuit.*

---

1 *Ipsa,* 1599, 1605] *Ipsa* 1598 **2** *transformare* 1599, 1605] *transformans* 1598 *Vetustas* 1599,1605] *vetustas* 1598 **21** Germanis: 1599, 1605] Germanis. 1598 **25-26** [[Divus...et]]1605] Sed 1598, 1599

11-12 Liv. *Praef.* 11-12 **14 –15** Amm. 16.10.13 **17-20** Hier. *Adv. Iovin*. 383 **38-39** Prop. 3.22 vv.17-18

El poderoso tiempo que todo
abate y transforma diversamente
las vidas, a ti sola no trueca el viento
de un imperio a toda vela.
Pues en verdad tú sola pares
los mejores guerreros de todos, tal
como la tierra cría la fruta de Deméter
de bellos racimos (trad. de J. A. Martín García, Gredos, p. 311-2).

6. ¡Qué te parece!, este poema de espíritu varonil y recio es obra de una mujer, ¿por qué desaparecieron tales abundancias? Pero, en fin, este tipo de alabanza es propio de los poetas, escucha las de los historiadores. *Nunca hubo un Estado más* GRANDE*, ni más* SAGRADO*, ni más rico en buenos ejemplos* {en Livio I}. Este la alaba en función de los dos aspectos que hemos trazado antes y que seguiremos a lo largo del discurso, el del Poder y el de la Virtud. De ambos trata también Amiano cuando llama *a Roma, hogar del* IMPERIO *y de todas las* VIRTUDES. Otros hay que dejo para más adelante, ya compareceran en un lugar más oportuno.

7. Escuchemos los elogios de Jerónimo, en una época en la que empezaba la decadencia {en el libro II «adversus Iovinianum»}: *Ciudad* PODEROSA*, ciudad señora, ciudad alabada por palabra del Apóstol, explica tu nombre: Roma significa* BRAVURA *entre los griegos y lo* SUBLIME *entre los hebreos*. Presenta dos interpretaciones posibles del término. Yo propongo incluso una tercera que se puede extraer de nuestra lengua, porque Roma {*Roem*} significa *gloria y fama* entre los germanos. Y el hecho de que los indios orientales llamen *rumes* (según Osorio) a los soldados nobles y valerosos, término tan parecido al de romanos, ¿no puede deberse a que entre ellos ha quedado antigua admiración por ellos? ¿O es que el término indígena designa el mismo concepto?

8. Antiguamente, San Agustín había deseado ver tres cosas, que consideraba sumamente elevadas: *a Cristo reencarnado, a Pablo en la cátedra y a Roma en su esplendor*. A esto último nos disponemos y para hacerlo pasemos, por fin, a la materia según la hemos dividido. Aunque antes te voy exigir algo.

9. Discípulo- ¿De qué se trata?

10. Lipsio- Aprobación y confianza en lo que diga.

11. Discípulo- ¿Lo primero no te lo doy, no tengo lo segundo? Llévame con un gesto a dónde quieras.

12. Lipsio- Recuérdalo, porque llegarán cosas inesperadas y en verdad DIGNAS DE SER ADMIRADAS. Con razón cantó el poeta {Propercio}:

Todas las MARAVILLAS *se ven superadas por la tierra romana,*
la Naturaleza depositó aquí cuantas EN EL MUNDO *hubo.*

Lib. I cap. 3: Fines imperii Romani; quando maximi; et Provinciae breviter adnumeratae.

1. Initia nos tenent: nec temere olim dictum, *Portam itineris longissimum esse*. At serio viam ingredior, et quidem per eos limites sive terminos, quos ante obiter posui, *Potentiae* ac *Virtutis*. In potentia considero, *Fines*, *Copias*, *Opes*, *Opera*: in hanc quadrigam, nisi fallor, subiungam et veham, quidquid ea secum trahit.

2. Ergo de *Finibus* primo. ii vero quam amplissimi fuerunt, et spatia terrarum ac maris, uno velut sinu et iunctim inclusa, quanta in ullo priorum aut posteriorum imperiorum nego fuisse. Itaque attollunt haud vane haec veteres, et magnifice loquuntur, ut Cicero: *Nulla gens est, quae non aut ita subacta sit, ut vix exstet; aut ita domita, ut quiescat; aut ita pacata; ut victoria nostra imperioque laetetur*. Et passim illi sermones, *Romanos orbis dominos: Solem utrumque in eorum imperio currere*: et talia, animose magis, quam superbe dicta. Petronius:

> *Orbem iam totum victor Romanus habebat,*
> *Qua mare, qua terrae, qua sidus currit utrumque.*

3. Dionysius Halicarnassaeus plane cum ipso, etsi ante ipsum: ἡ δὲ ῥωμαίων πόλις ἁπάσης μὲν ἀρχεῖγῆς, ὅση μὴ ἀνέμβατὸς ἐστιν, ἀλλ᾽ὑπ᾽ἀνθρώπων κατοικεῖται. πάσης δὲ κρατεῖ θαλάσσης, οὐ μόνον τῆς ἐντὸς ἡρακλείων στηλῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς ὠκεανίτιδος, ὅση πλεῖσθαι μὴ ἀδύνατός ἐστι, πρώτη καὶ μόνη τῶν ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος μνημονευομένων, ἀνατολὰς καὶ δύσεις ὅρους ποιησαμένη τῆς δυναστείας: *Romana urbs imperat toti terrae, qua quidem inaccessa non sit, habitaturque ab hominibus; sed et toti mari imperat, non solum huic intra columnas Herculeas, sed ipsi Oceano, quacumque est navigabilis;* PRIMAQVE ET SOLA *ab omnis aevi memoria terminos sibi potentiae fecit, Orientem et Occasum.* Vbi terras omnes et maria tribuit, sed ut decuit historicum bonae fidei, cum aliqua restrictione aut exceptione: seiungitque inaccessa aut inhabitata loca, itemque maria ignota. Enimvero, si propius inscipias, nec habitata quidem omnia loca sub imperio habuit: non hercules: et multa sub Parthorum iure ad Orientem fuere; multa libera, aut sub regibus, ad Septentrionem ac Meridiem: sed ut ego quoque pro vero magis coërceam, quidquid opportunum aut dignum vinci videbatur, vicit. Cetera non tam non potuit, quam contempsit, et iudicio reliquit. Sed illud nemo negaverit, florem Asiae, Africae, Europae in hoc imperio fuisse: ipsa gentium robora, ingenia, opes.

---

6 potentia 1599, 1605] Potentia 1598 **26-27** PRIMAQVE ET SOLA 1599, 1605] *primaque et sola* 1598 **32** Septentrionem 1599, 1605] Septemtrionem 1599

---

4 *Adag*. 3496 **11-12** Cic. *De prov. cons*.12.31 **13** Verg. *Aen*. 1 v. 282 (=Suet. *Aug*. 40.5) **16-17** Petr. *Satyr*. 3.119 vv.1-2 **19-24** DH 1.3.3

Lib. I cap. 3: Los límites del Imperio romano en el momento de su mayor extensión. Breve enumeración de las provincias.

1. Comencemos por el principio que no sin motivo se dice, ya desde antiguo, aquello de *Muy lejos queda el fin del camino*. Con gravedad voy a emprenderlo y para hacerlo tomaré los senderos que, a grandes rasgos, presenté más arriba: *el del poder* y *el de la virtud*. Dentro del poder considero que se encuentran *los territorios*, *las fuerzas militares*, *los recursos económicos* y *las construcciones*. En esta cuádriga, si no me equivoco, voy a poder cargar y traer todo lo que tiene que ver con él.

2. Por ello, en primer lugar hablaré de los *territorios*. Afirmo que en ningun otro imperio que haya existido antes o después, se han reunido en un solo seno territorios tan amplísimos como los que entonces hubo, ni semejantes extensiones de tierra y de mar. Así se encargan de decirlo los antiguos sin vanidad y con excelsas palabras, como Cicerón: *No existe nación que no haya sido sometida hasta postrarla, que no haya sido domeñada hasta calmarla, y que no se regocige después de ser pacificada con nuestra victoria y gobierno*. Por doquier hay discursos a *los romanos, señores del orbe;* que hablan de que *en su imperio el Sol no se pone*. Existen otras frases similares, todas ellas dichas con más pasión que soberbia. Dice Petronio:

> *El romano, victorioso, tenía por fin todo el orbe,*
> *se enseñorea del mar, de la tierra y de los cielos*

3. Dionisio de Halicarnaso coincide con este, pero lo dice antes que él: ἡ δὲ ῥωμαίων πόλις ἁπάσης μὲν ἀρχεῖγῆς, ὅση μὴ ἀνέμβατός ἐστιν, ἀλλ᾽ὑπ᾽ἀνθρώπων κατοικεῖται. πάσης δὲ κρατεῖ θαλάσσης, οὐ μόνον τῆς ἐντὸς ἡρακλείων στηλῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς ὠκεανίτιδος, ὅση πλεῖσθαι μὴ ἀδύνατός ἐστι, πρώτη καὶ μόνη τῶν ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος μνημονευομένων, ἀνατολὰς καὶ δύσεις ὅρους ποιησαμένη τῆς δυναστείας: *La Ciudad romana gobierna sobre toda la tierra. Lo hace sobre la parte que no es inaccesible y que está habitada por hombres. Rige también sobre todo el mar, no sólo a esta parte de las columnas de Hércules, sino en el mismo Océano, hasta donde es navegable. Es* LA PRIMERA Y LA ÚNICA *en la Historia Universal en hacer de Oriente y del Ocaso las fronteras de su poder*. En este texto se le atribuyen todas las tierras y mares, pero, como corresponde a un historiador de buena fe, establece alguna restricción y salvedad. Deja a un lado las regiones inaccesibles y deshabitadas, y también los mares desconocidos. Realmente, si te fijas bien, tampoco tuvo bajo su dominio todos los lugares habitados, ¡no por Hércules! Muchas regiones hacia oriente estuvieron bajo la jurisdicción de los partos, y muchas de las que caen hacia septentrión y meridión fueron libres o eran gobernadas por reyes. De todos modos, he de mantener con ahínco en favor de la verdad que se impuso allí donde lo creyó conveniente y digno. El resto, no tanto no pudo conquistarlo como que lo desdeñó y, con buen juicio, lo abandonó. Lo que nadie negará es que dentro de este imperio estuvo la flor de Asia, África y Europa: el vigor, el talento y los recursos de sus naciones.

4. Quod ut clarius tibi liqueat; in triplici hac mundi plaga quid habuerint, strictim et per indicem dicam: atque id, cum imperium maximum et in culmine suo fuit, ut ab Augusto ad Traianum. Termini igitur finesque imperii sub Augusto erant, ab Oriente *Euphrates*; a Meridie *Nili catarractae*, et *Deserta Africae*, *et mons Atlas*; ab Occidente, *Oceanus*; a Septentrione, *Danubius et Rhenus*. Ita enim ipse, bono consilio, instituit, claudere imperium naturae aliquibus limitibus, et custodes ac milites ad eos habere. Hoc Tacitus in eo laudat {I Annal[ium]}: *Clausum mari, aut amnibus longinquis imperium*. Atque idem scribit, Augustum libello, quo Rationes imperii conscripserat, *consilium addidisse, coërcendi intra terminos imperii, incertum metu, an per invidiam*. Nolebat, inquam, posteros Augustus proferre terminos: sive quia satis iam partum videbatur, et metuendae bellorum ac fortunae vices; sive per invidiam, et ne gloriam suam vinceret, ut Tacitus suspicatur.

5. Sane posteri consilium hoc neglexerunt, nec solum regna aliquot, defunctis aut eversis sociis Regibus, imperio adiecerunt; sed etiam, ultra terminos, nova quaesiverunt. ut Claudius, qui *Britannias* in ipso Oceano devicit; ut Traianus maxime, qui ab Oriente, *Arabiam, Armeniam, Mesopotamiam*; a Septentrione, *Daciam* subegit. Ita moti prolatique tunc termini trans Euphratem, ad *Tigrim*: iterumque parte alia, ad *Mare rubrum*; et trans *Danubium* ipsum, tota *Dacia* addita fuit. Hoc est, quod Tacitus noster in suo illo Principe laudat {II Annal[ium]}: *Ventum inde Elephantinen ac Sienen, claustra* OLIM *Romani imperii, quod* NVNC *Rubrum ad mare patescit*.

6. Sed, inquies, quae haec dictio est, quasi pro magno ad *mare Rubrum* ventum nunc esse: nonne et antea fuit? Ipsa illa *Siene* et *Elephantine* ad Nili cataractas, ostendunt quidquid Aegypti interiacet Nilum et Sinum Arabicum, iam olim Romanorum fuisse. Atqui Sinus ille, *Rubrum mare*. Respondeo, latius olim Rubrum mare patuisse, et paullo aliter quam ut vulgo hodie, appellatum. Nam in Taciti, et aliorum veterum verbis, in hoc nomen venit *mare Indicum*, vastum illud et magnum, quod ab extremo Sinu Arabico, sive ab Africa ea, in *Auream* Ptolomaei *Chersonesum* se protendit. Itaque Pomponius Mela, duos Sinus in mare Rubro agnoscit, *Arabicum* et *Persicum*. Et Seneca Tragicus, *Tigrim in mare Rubrum* exonerat atque immittit: Curtius *Indum* et *Gangem*: quos certum est in magnum illud mare, longe a Sinu Arabico, evolui. Haec vera et clara sunt: promoti igitur termini ad mare Rubrum sive *Indicum*, per Arabas adiectos. Eadem mens Graeci scriptoris in Suida: qui *terminos imperii ad Orientem* facit *Indos et mare Rubrum;* et *Nili Catarractas, et lacum Maeotin*. Sicut et Appianus ita capiendus, cum in Praefatione operis sui, distincte Romanum imperium limitat: *Tendit*, inquit, *ab Occasu et illo Oceano occiduo, ad Caucasum montem, et flumen Euphratem, et ad Aethiopas superiores, per Aegyptios et Arabas, ad Orientalem Oceanum*. Hic Oceanus *Orientalis*, non aliud quam *Mare Indicum* sive *Rubrum*, iam dictum. Sed obiicies, Si ista de Traiani terminis Appianus; quid ita *Euphratem* ponit, *Tigrim* omittit? Hoc ideo, quia Hadrianus Imp[erator] (sub eo Appianus scripsit) statim a morte Traiani, hoc mutaverat. de quo

---

5 Septentrione 1599, 1605] Septemtrione 1598 **13** consilium hoc 1599, 1605] deest 1598 **20** OLIM 1599, 1605] *olim* 1598 NVNC 1599, 1605] *nunc* 1598

---

7 Tac. *Ann*. 1.9.5 **8-9** Tac. *Ann*. 1.11.4 **19-20** Tac. *Ann*. 2.61.2 **27** Ptol. Geog. 7.2.5 **28** Mel. 3.72-74 **29** Sen. *Q. N.* 6.8.2 Curt. 7.3.7; 8.9.5 **34-35** App. *Praef*. 9

4. Para que te quede más claro, voy a describirte de modo preciso primero, y con un índice después, qué tuvieron en estos tres continentes, y ello en el momento en que el imperio estuvo más crecido y en su culmen, esto es, en la época que media entre Augusto y Trajano. De modo que, bajo Augusto, las fronteras y los límites del imperio eran los siguientes: *el Éufrates* por oriente, al sur *las cataratas del Nilo, los desiertos de África y el monte Atlas*; por oriente, *el Océano*; al norte, *el Danubio y el Rin*. Fue él mismo quien, con buen juicio, estableció que el imperio quedara cerrado por accidentes geográficos, y apostar en ellos vigilantes y soldados. Tácito se lo alaba cuando dice {en I de los «Anales»}: *Imperio cerrado por el mar y ríos remotos*. También escribió que, en un memorial en que se resumían el estado del Imperio, Augusto *había dejado el consejo de mantener dentro de las fronteras el Imperio, por temor a lo desconocido o por envidia*. Augusto no quería, añado yo, que los que le siguieran llevaran más lejos las fronteras, bien porque creía que la parte que poseía era ya suficiente y que había que temer las vicisitudes de las guerras y la fortuna, bien por envidia y para que no superaran su gloria, como sospecha Tácito.

5. Pues bien, los que le siguieron desoyeron este consejo. No sólo incorporaron algunos reinos al Imperio tras la muerte o expulsión de reyes aliados, sino que también se procuraron nuevos reinos más allá de las fronteras. Es el caso de Claudio que sometió *las Bretañas*, en el mismo Océano; y sobre todo el de Trajano que subyugó *Arabia*, *Armenia* y *Mesopotamia* por el oriente y *Dacia* por el norte. Entonces se llevaron las fronteras al otro lado del Éufrates hasta *el Tigris* y, también, por la otra parte, hasta *el mar Rojo*, mientras que el conjunto de *Dacia* se incorporó al otro lado del Danubio. Esto es lo que nuestro Tácito alaba de su Príncipe {en los «Anales» II}: *Después llegó a Elefantina y a Siene, cercas* EN OTRO TIEMPO *del Imperio romano, que* HOY EN DÍA *se abre al mar Rojo*.

6. Mas, dirás, qué quiere decir con eso, como si el haber llegado al *mar Rojo* supusiera entonces algo extraordinario, ¿no llegaba Roma allí desde antes? Es evidente que aquella misma zona de *Siene* y *Elefantina* en las cataratas del Nilo demuestra que todo lo que de Egipto media entre el Nilo y el golfo Arábigo ya había sido de los romanos con anterioridad. También que aquel golfo es *el mar Rojo*. Yo respondo que antiguamente el mar Rojo se concebía más ancho y algo diferente a como actualmente la gente lo entiende. Pues en Tácito y por referencias de otros antiguos, se puede deducir que dentro del concepto del mar Rojo cabe el *mar Índico*, inmensamente grande, que se extiende desde la punta del Golfo Arábigo, o incluso desde África hacia *el Quersoneso Áureo* de Ptolomeo. Es por ello por lo que Pomponio Mela conoce dos golfos en el mar Rojo: el *Arábigo* y el *Pérsico*. Séneca el trágico dice que *el Tigris* desagua y se dirige *al mar Rojo*. Curcio dice que *el Indo y el Ganges*, que con certeza van hacia aquel gran mar, desembocan lejos del golfo Arábigo. Estas palabras son claras y ciertas, de modo que las fronteras se ensancharon hacia el mar Rojo o *Índico* mediante la anexión de los Árabes. Esa misma opinión se encuentra en el autor griego que se lee en Suidas y que establece *como fronteras del imperio por el Oriente a los Indios y el mar Rojo, las cataratas del Nilo y el lago Meotis*. Así también ha de entenderse Apiano cuando, en el prefacio de su obra, define con precisión los bordes del Imperio romano. *Se extiende*, dice, *desde el ocaso y el Océano occidental hasta el monte Cáucaso, el río Éufrates y hasta los etíopes del norte, a través de los egipcios y los árabes, llega al océano Oriental*. Este océano *Oriental* no es sino el *mar Índico* o *Rojo*, ya mencionado. Pero, objetarás, si estas son las fronteras de Trajano para Apiano, ¿por qué cita el *Éufrates* y omite el *Tigris*? Esto se debe a que el emperador Adriano (en cuya época escribió Apiano), había cambiado la situación inmediatamente después de la muerte de Trajano. Al respecto Festo Rufo dice: *Como envidiaba la gloria de Trajano, entregó*

Festus Rufus: *Invidens*, inquit, *Traiani gloriae, sponte Armeniam, ac Mesopotamiam, et Assyriam reddidit, ac medium inter Persas et Romanos Euphratem esse voluit*. [[Tamen de Tigri etiam Claudianus:

Subdidit Oceanum sceptris, et margine caeli
Clausit opes. quantum distant a Tigride Gades,
Inter se Tanais quantum Nilusque relinquunt.]]

7. Aud.- Sed et alia dubitatiuncula, de *Mesopotamia*. quam tu et Rufus ab Traiano adiectam imperio significatis; at Aurelius Victor iamdiu a Claudio.

8. Lips.- Claudio? nemo hoc dixit, nec potest.

9. Aud.- Imo verba Victoris sunt: *Retenti fines, seu dati, imperio Romano, per Orientem Mesopotamia; Rhenus Danubiusque ad Septentrionem; et a Meridie Mauri accessere provinciis.*

10. Lips.- Hoc eo sensu, ut ipsa Mesopotamia finis esset, non ut in finibus contineretur. Eo usque, inquam, productum imperium, non et ultra ipsam. Ea mens Victoris; aut si alia, est error. Et habes ecce in istis finibus, quid? per Indicem, si placet, videamus, et per singulas orbis partes.

IN ASIA: *Colchidem, Iberiam, Albaniam, Pontum, Bosphorum, Cappadociam, Galatiam, Bithyniam, Armeniam, Syriam, Arabiam, Palaestinam, Ciliciam, Pamphiliam, Lydiam, et Asiam totam minorem.*

IN AFRICA: *Aegyptum, Cyrenaïcam, Marmaricam, Gaetuliam, Africam propiam, Numidiam, Mauretaniam, Aliasque* minores aut ignotiores.

IN EVROPA: *Italiam, Hispanias, Gallias, Inalpinos, Rhaetiam, Noricum, Illyricum, Macedoniam, Epirum, Graeciam, Thraciam, Moesiam, Daciam, Pannoniam.*

11. Habes hic, dico, optima terrarum, latissima terrarum: et magna tamen partem consulto omisi, quidquid *Insularum* mari ambitur. Eae quam multae, et magnae quaedam, in toto illo mari mediterraneo fuerunt, a Columnis Herculis, ad Pontum usque? profecto, quae vel decimam partem paene provinciarum terrestrium aequent, si *Britannias* in exteriore mari (ut debes) adiungas. Pulchra autem ista facies, et non nisi a Providentia sic ordinata et ornata: quam mecum vide.

2-7 [[Tamen...*reliquunt*]] 1605] deest 1598, 1599 **25** *Pamphiliam* 1599, 1605] *Pamphyliam* 1598 **36** decimam 1599, 1605] quintam 1598

1-2 Fest. Ruf. 12.33 **5-7** Claud. *IV Cons. Hon*. vv. 42-44 **14-16** Aur. Vict. *De Caes*. 4.2

por su cuenta Armenia, Mesopotamia y Asiria, y decidió que el Éufrates fuera el espacio que separara a persas de romanos. Aunque Claudiano, refiriéndose al Tigris, dice:

> *Sometió el Océano a los cetros, y con el borde del cielo*
> *puso límite a sus posesiones: cuanto hay del Tigris a Gades,*
> *cuanto queda entre Tanais y el Nilo.*

7. Discípulo- Todavía me queda una dudilla sobre *Mesopotamia*. Rufo y tú indicáis que estaba incorporada al imperio desde Trajano, pero Aurelio Víctor dice que lo estaba ya desde tiempo atrás, desde tiempos de Claudio.

8. Lipsio- ¿Desde tiempos de Claudio? Nadie ha afirmado eso ni puede hacerlo.

9. Discípulo- Por cierto que sí, la cita de Víctor es la siguiente: *Las fronteras del Imperio romano se mantuvieron y confirmaron; por oriente, Mesopotamia; el Rin y el Danubio al septentrión; y al mediodía los moros se sumaron a las provincias*.

10. Lipsio- Esto, en su justo sentido, significa que la propia Mesopotamia era una frontera, no que cayera dentro de las fronteras. Y afirmo que hasta la ampliación del Imperio no se pasó más allá de ella. Esta es la verdadera intención de Víctor, pero si es otra, está equivocado. De todos modos, ¿sabes qué hay dentro de esas fronteras? Veámoslo si te parece, con un Índice siguiendo el orden de los continentes:

EN ASIA*: la Cólquide, Iberia, Albania, el Ponto, el Bósforo, Capadocia, Galacia, Bitinia, Armenia, Siria, Arabia, Palestina, Cilicia, Pamfilia, Lidia y el conjunto de Asia Menor.*

EN ÁFRICA: *Egipto, Cirenaica, Marmárica, Getulia, África propiamente dicha, Numidia, Mauritania y otras regiones* menores y menos conocidas.

EN EUROPA: *Italia, las Hispanias, las Galias, las regiones alpinas, Recia, Nórico, Ilírico, Macedonia, Épiro, Grecia, Tracia, Mesia, Dacia y Panonia.*

11. Ahí tienes, te lo aseguro, las mejores y más amplias tierras y, con todo, he dejado a propósito de lado la parte mayor: todas las *islas* bañadas por mar. ¿Me refiero a la multitud de ellas, algunas ciertamente grandes, que hubo en todo aquel mar mediterráneo, desde las Columnas de Hércules hasta el Ponto? Desde luego que sí, islas que equivalen aproximadamente a una décima parte de las provincias continentales si, como debes, incluyes a las *Britanias* del mar exterior. Bella estampa, en efecto, que sólo la Providencia ha podido disponer tan engalanada: veámosla juntos.

12. Vtrimque ad hoc mare mediterraneum Provinciae se porrigunt et extendunt; ipsum in medio, tot portubus et insulis distinctum, quasi via et limes est, per quem commerciis iungantur. Nec aliud mihi pulchrius commodiusque videtur in hoc imperio, quam iste velut in medio corpore baltheus, bullis insularum interstinctus: qui et dividit simul, et constringit. Dabis mihi aliud tale, et tantum? non dabis.

13. Aud.- Imo Lipsi, *Turcicum*, Regis quoque nostri *Hispanicum* imperium, haud longe absunt.

14. Lips.- De Turcico, fatendum est, in Asia et Africa late se extendisse: sed in validissima Europa nostra quid habet, aut potius non habet? Certe vel sola Italia, Hispania, Gallia iunctae, opibus viribusque pares sint, aut superent illum hostem. O si Deus daret! adeo nec provinciae illae Orientales pro opibus et frequentia prisca sunt; et nostrae istae florem nunc habent et vigorem. Quid de Germania dicam? Illa olim horrida et rerum inops, quam artibus, opidis, copiisque exculta est, et abundat?

15. Aud.- Mirifice et haec tamen Imperio tuo etiam deest.

16. Lips.-Non sic, ut opinare. Nam si terminos meos cogitas, videbis ad Danubium usque, *Raetias, Noricum, Carnos, Pannones* inclusos: et parte altera ad Rhenum, *Helvetios, Rauracos, Argentoratenses, Nemetes, Vangionas, Treviros, Vbios, Menapios, Batavos*, ad Oceanum ipsum. Quae pleraque omnia Germaniae hodiernae nomen, et linguam, et leges etiam habent: at detracta, vides quam eam arctent, et pulcherrimis membris spoliatam relinquat. Certum autem, haec postrema omnia, cis Rhenum, Galliae fuisse olim accensa. [[Itaque sub iugo Romano.]] Sed de *Hispanico* imperio quod aiebas; id sane, spatia terrarum si consideras, praesertim in Novo illo orbe et insulis, Romanum longe vel superat: sed iunctio et devinctio provinciarum, viri et copiae, quam deficiunt et delinquunt? Nunc quidem. nam postea quid futurum sit, nescio: florebunt, crescent fortasse. et sensum meum dicam? Nescio quo Providentiae decreto, res et vigor ab Oriente (consiera, si voles) in Occasum eunt.

---

1 mediterraneum 1599, 1605] deest 1598 **2** portubus 1605] partibus 1598, 1599
11 potius 1605] deest 1598, 1599 **25** olim 1599, 1605] deest 1598
[[Itaque...Romano]] 1605] deest 1598, 1599 **26** et insulis 1599, 1605] deest 1598
27 longe 1599, 1605] deest 1598

12. Las provincias se extienden y crecen a ambos lados de este mar Mediterráneo. Él mismo, en el centro, provisto de gran cantidad de puertos e islas, es la vía de comunicación y ruta a través de la cual se entablan relaciones comerciales. Y no hay otra cosa, en mi opinión, más bella y positiva en este Imperio, que ese cinturón en mitad del conjunto. Está remachado con bellas tachuelas: las islas, y a la vez que parte en dos, mantiene unido al Imperio. Es imposible que encuentres otro con las mismas características y el mismo tamaño.

13. Discípulo- Pues lo he hecho, Lipsio, el Imperio *turco* y también el *hispánico* de nuestro Rey, ninguno de los dos le queda muy lejos.

14. Lipsio- El turco, hay que confesarlo, se extiende ampliamente por Asia y África, pero ¿qué tiene en nuestra vigorosísima Europa, o, por mejor decir, cuánto es lo que no tiene? Con certeza, sólo Italia, España y Francia juntas le igualan en recursos y fuerzas, si no superan a este su enemigo. ¡Ay si Dios quisiera! … Tanto más cuanto que las provincias orientales no son las antiguas en lo que se refiere a riqueza y población, mientras estas nuestras florecen ahora con vigor. ¿Qué decir de Alemania? Ruda y desprovista de todo en otro tiempo, ¿cuánto ha mejorado y abunda en industrias, ciudades y tropas?

15. Discípulo- Parece mentira que, a pesar de ello, falte de tu Imperio.

16. Lipsio- No es así, como creo que se piensa. Si reflexionas sobre mis fronteras, te darás cuenta que por la parte del Danubio se incluyen *las Recias, el Nórico, carnuntos, y panonios*, mientras por la otra parte, hacia el Rin, hay *helvecios, rauracos, argentoratenses, nemecios, vangiones, treviros, ubios, menapios y batavos* sobre el propio océano. La práctica totalidad de estos pueblos tienen el nombre, la lengua y las leyes de la actual Alemania, y si se los quitas, comprueba cómo la debilitan y la dejan despojada de sus más bellas piezas. También es verdad que toda esta parte última, a este lado del Rin, antiguamente estuvo unida a las Galias y, con ella, bajo el yugo romano. En cuanto a lo que decías del Imperio *hispánico*, no cabe duda de que si consideras el tamaño de los territorios, particularmente los del Nuevo Mundo y sus islas, este supera con creces al romano. Pero, ¿cómo se echa en falta y deja que desear la unión y cohesión de sus provincias, el número de sus hombres y tropas? Esto, ciertamente, es lo que ocurre hoy en día. Quién sabe lo que ocurrirá en el futuro: quizá florezcan y crezcan. ¿Quieres que, de todos modos, te diga lo que pienso? Yo no sé a qué decreto de la Providencia se debe (considéralo tú si quieres) el que dinamismo e ímpetu pasen de oriente al ocaso.

Lib. I cap. 4: De copiis et praesidiis sparsim circa limites, itemque in ipsa urbe.

1. Isti Fines igitur Romani et quidem mari, amnibus, montibus clausi ac muniti, sed Milite et *Copiis* multo magis. Nam Romanus mos et institutio, duplici via provincias munire, *Copiis* et *Coloniis*: de quibus utrisque breviter dicendum. *Copias* intelligo, perpetuum militem, qui ad tutelam imperii, ex instituto Augusti, fuit. Triplices eas reperio, *Provinciales*, *Vrbanas*, *Classicas*: illas maximas, alteras satis validas, et tertias utiles atque opportunas.

2. Omnia haec ab Augusto; qui sapienter pleraque in novo imperio aut instituit, aut restituit, ut res visae postulare. Hoc autem inter nova: et in laudibus Augusti iam mortui Tacitus ponit {I Anna[lium]}, *Legiones, provincias, classes, cuncta inter se connexa*. Narrat et Suetonius: *Ex militaribus copiis, legiones et auxilia provinciatim distributa*. Sed bene Tacitus, *cuncta connexa*: nam ita ordo et dispositio fuit, ut limitanea loca militem haberent, interiora vix haberent: et essent, ut in magna urbe, circa moenia dispositi et vallum. Cohaerebant autem provinciae; ideoque et legiones, per cohortes suas et alas sparsae, et inter se vicinae.

3. Aud.- Sed non igitur Arces in locis interioribus saltem erant, si non legiones?

4. Lips.- Apage a Romano hoc more. nusquam in iis praesidium aut spes posita Martiali huic populo, sed in milite tantum et armis. Et sane de Arcibus varie disputari potest: sed non tempestive in hoc loco. pergamus.

5. Miles igitur ad Limites, ubi minimo oneri subditis, maximo usui in hostes esset. Quantus? sub Augusto et Tiberio *vigintiquinque* legiones fuerunt, ex Dione et Tacito: quin postea tamen auxerint, vix dubito, et sub Traiano atque Hadriano certum fuisse *triginta*, aut supra. Columella, in qua legionum nomina, tum et alia quaedam hoc evincunt: diximusque aliquid in *Analectis Militiae Romana*, illic, si lubet, videndum. Hae legiones, Augusti et Tiberii aevo; sic dispositae:

In Hispania, legiones III.
In Gallia ad Rhenum, VIII.
In Africa, II.
In Aegypto, II.
In Syria ad Euphratem, IIII.
In Moesia ad Danubium, II.
In Pannonia ad Danubium, II.
In Dalmatia, II.

---

3 Romani 1599, 1605] Romani: 1598

---

11 Tac. *Ann*. 1.9.5 **12** Suet. *Aug*. 49.1 **24** DC 55.23.2 **25** Tac. *Ann*. 4.5
26 CIL 6. 3492 (≅ Smet. fol. 86, nº 1) **27** Lips. *De Mil.* II.5 (*Analect*.)

Lib. I cap. 4: Sobre las fuerzas militares y las guarniciones repartidas en las fronteras y en la propia ciudad.

1. Por lo tanto, estos territorios romanos están encerrados y, en efecto, quedan resguardados por mar, ríos y montes, pero son el ejército y las *fuerzas militares* quienes asumen esta función de forma específica. Y es que la costumbre y la ordenación general romanas dispusieron fortificar las provincias por dos vías: *con fuerzas militares* y c*on colonias*, de ambas hay qué decir aunque sea brevemente. Por *fuerzas militares* entiendo al ejército permanente que se dedicó a la salvaguarda del imperio desde la ordenación general de Augusto. Las encuentro de tres tipos: *Provinciales*, *Urbanas* y *Navales*: las primeras eran las más grandes, las segundas bastante vigorosas, útiles y simplemente aprovechables las terceras.

2. Todo este dispositivo existe desde Augusto, que sabiamente instauró o restauró la mayor parte de las instituciones en el nuevo Imperio, según lo exigían las nuevas condiciones. Una de las novedades, que Tácito explica en la alabanza que dedica a Augusto en el momento en que este acaba de morir {en el libro I de los «Anales»} fue que *Legiones, provincias y flotas quedaron conectadas todas entre sí*. Suetonio también narra que: *Legiones y cuerpos auxiliares de las fuerzas armadas se repartieron por las provincias*. Pero bien dice Tácito que estaban *conectadas entre sí*, pues la estructura y dispositivo militar se trazó de modo que los lugares fronterizos tuvieran ejército y que los del interior lo tuvieran en menor medida y que, como en una gran ciudad, las tropas quedaran como parapeto dispuestas extramuros. Las provincias también se vinculaban entre sí y por ello las legiones fueron distribuidas en sus correspondientes cohortes y alas, quedando unas vecinas de otras.

3. Discípulo- Pero, si no había legiones, ¿al menos habría fortalezas en los lugares del interior?

4. Lipsio- ¡Lejos del romano tal costumbre! La defensa y la esperanza para este marcial pueblo, nunca se depositaron en ellas, sino exclusivamente en el ejército y en sus armas. De las fortalezas se puede discutir largo y tendido, pero en este momento está fuera de lugar. Prosigamos, pues.

5. El ejército estaba, por lo tanto, sobre las fronteras donde menor era su carga para los súbditos y proporcionaba mayor provecho contra los enemigos. ¿Cuántos lo formaban? Bajo Augusto y Tiberio hubo *veinticinco* legiones, según Dion y Tácito. No me cabe la menor duda de que la cifra aumentó posteriormente y que en la época de Trajano y Adriano como mínimo eran *treinta*, o incluso más. Una columnilla en la que se da la lista de las legiones, y también otros textos, demuestran cuanto digo. Algo también dijimos en las «Analecta Militiae Romanae», a donde se debe acudir si interesa. Estas legiones, en tiempo de Augusto y Tiberio, estaban distribuidas del siguiente modo:

En Hispania, 3 legiones.
En Galia, sobre el Rin, 8.
En África, 2.
En Egipto, 2.
En Siria, sobre el Éufrates, 4.
En Mesia, sobre el Danubio, 2.
En Panonia, sobre el Danubio, 2.
En Dalmacia, 2.

6. Sed mutabant interdum, quod Tacitus in IIII Annalium notat, et ob caussas huc atque illuc ibant, aut sedebant. Quaedam autem legiones et in opidis erant, etsi pleraeque in castris: sed in opidis dico, quae valida aut magna, et ideo motui aut rebellioni opportuna. Talis *Alexandria* in Aegypto: de qua Strabo. *Sunt tres in Aegypto legiones. quarum una in urbe collocata est, aliae per regionem. Praeter has, sunt et novem cohortes Romanorum, tres in urbe item, tres in Aethiopiae finibus ad Syenen, praesidium locis; tres in aliis partibus. Sunt et alae equitum tres*. [[Sed et idem scribit, *in Babylone castello supra Delta, legionem unam consistere e tribus, quae Aegyptum custodiunt*.

7. Aud.- Itane bis, *ternas* hic legiones collocat? at tuus Index *binas*.

8. Lips.-E Tacito meus index, et sub res Tiberii iam vergentes. Recenter id tunc mutaverat, et abducta legionum una, ut saepe. Ante, et a Iulio iam Caesare legiones ibi ternae, ut in Suetonio leges: tenuitque Augustus, et Tiberius ad id aevi, quo Strabo scripsit.

9. Sed de nostra iam re, legiones dico saepe in opidis. atque ita]] de Beryto Syriae idem Strabo: *Haec eversa fuit a Tryphone, instaurata et suscitata a Romanis, duas legiones suscipiens, quas Agrippa ibi collocavit*. Caussa fuit, sedes item urbis ad ipsum mare, et locorum eorum claustrum. Ita a tergo aliae legiones Syriam defendebant aut premebant, haec sita in fronte. In Hispania, ut idem Strabo, Baetica quae populi erat, milite vacabat: reliqua Hispania habebat. Similia adnotare plura possim, et caussas dare aut tangere: sed diffusione non gaudeo, ubi res non poscit.

10. Hoc magis e primis illis Strabonis observo, *socias etiam cohortes alasque* fuisse, praeter ipsas Legiones: et ut illic vides, numero satis grandi. Enimvero *novem illae cohortes* (sociales fuisse dico, etsi ipse *Romanas* appellat: sed hoc ideo, quia militabant sub Romanis signis) paene legiones tres aequarunt, nec minores eas *millenariis* fuisse opinamur. Tacitus id quoque dixit: *apud idonea provinciarum, socias triremes, et alas, auxiliaque cohortium, nec multo secus in iis virium fuisse. Sed persequi*, inquit, *incertum fuit, cum ex usu temporis, huc illuc mearent, gliscerent numero, et aliquando minuerentur*. Ecce disertim, *haud secus*, id est, non minus in iis virium fuisse, quam in legionibus ipsis: imo plus interdum, idem ostendit. ubi legionis *Decimaequartae auxilia, octo cohortes Batavorum* facit {III Hist[oriarum]}.

11. Atque alibi, in minoribus provinciis, solae cohortes aut alae fuerunt, ut in Raetia, Iudaea, talibus, et quae Procuratoribus regebantur. Interdum et in opidis interioribus, ad coërcendum: ut Lugduni in Gallia, Tacitus *cohortem* XVIII^{am} locat; idem Foroiulii *Ligurum cohortem, vetus loci auxilium*. Et tale alibi. Huc equidem

---

7-17 [[Sed...ita]] 1605] Simile 1598, 1599 **24** *alasque* 1598] *aliasque* 1599, 1605 **27** legiones 1599, 1605] Legiones 1598 **35** regebantur 1599, 1605] coercebantur 1598 **41-43** [[essent...haec]] 1605] . Haec 1598, essent. Haec 1599

---

1 Tac. *Ann*. 4.5.4 **4-7** Str. 17.1.12 **8-9** Str. 17.1.30 **15** Suet. *Caes*.76.3 **18-19** Str.16.2.19 **28-31** Tac. *Ann*. 4.5.4 **33** Tac. *Hist* 1.59.1 **36** Tac. *Hist*. 1.64.3 **37** Tac. *Hist*. 2.14.1

6. Pero cambiaban de vez en cuando, cosa que Tácito apunta en el IV libro de los «Anales». Según las circunstancias se trasladaban de acá para allá o permanecían estables en un lugar. Por lo demás, algunas legiones estaban en ciudades, si bien, la mayoría estaban en campamentos. Cuando digo ciudades, me refiero a las importantes y grandes y, por ello, propensas a motines y rebeliones. Entre ellas estaba *Alejandría* en Egipto, de la cual habla Estrabón: *En Egipto hay tres legiones, de las cuales, una ha sido situada en la ciudad, las otras en el territorio. Además de estas hay también nueve cohortes romanas, tres de nuevo en la ciudad, tres en las tierras de Etiopía, sobre Siene como guarnición del lugar, y tres en otras zonas. También hay tres alas de caballería*. El mismo vuelve a escribir que *de las tres legiones que custodian Egipto, una se sitúa en el castillo de Babilonia sobre el Delta*.

7. Discípulo- ¿Pues no sitúa por dos veces *tres* legiones en este lugar? En cambio, en tu Índice, hay *dos*.

8. Lipsio- Mi índice se ha elaborado a partir de Tácito, cuando lo establecido por Tiberio comenzaba a sufrir cambios. Al poco se había transformado la distribución de las legiones y, como es frecuente, se trasladó a una de las legiones. Antes, ya desde la época de Julio César, había habido allí tres legiones como puedes leer en Suetonio, Augusto mantuvo la situación y después Tiberio, hasta la época en que escribió Estrabón.

9. Pero volviendo a nuestro tema, yo afirmo que a menudo hubo legiones en ciudades. Así lo dice el mismo Estrabón hablando de la Beirut de Siria: *Había sido arrasada por Trifón y tras ser renovada y reconstruida por los romanos, acogía dos legiones que había establecido allí Agripa*. Ello se debió a que el asentamiento de la ciudad estaba justo sobre el mar y era la llave de aquellos lugares. De la misma manera que otras legiones defendían y cubrían Siria por la espalda, estas estaban situadas en la parte delantera. En Hispania, también según Estrabón, la Bética que era senatorial carecía de ejército, pero el resto de Hispania sí tenía. Podría añadir muchos casos similares, dar y explicar los pormenores, pero no me gustan las exposiciones prolijas allí donde el asunto no lo requiere.

10. Detienen mi atención aquellas primeras palabras de Estrabón, creo que viene a decir que hubo *cohortes y alas aliadas* además de las propias Legiones y, como puedes comprobar en ese mismo texto, en número bastante elevado. Sin duda alguna, *aquellas nueve cohortes* (yo digo que fueron aliadas, si bien él mismo las llama *romanas*, pero ello se debe a que servían bajo las insignias romanas), casi equivalían a tres legiones, pues opinamos que no fueron menores a las llamadas *milenarias*. También dice Tácito que *en las provincias correspondientes hubo trirremes aliadas, alas y cuerpos auxiliares de las cohortes, y no tenían fuerzas muy diferentes de las de aquellas. Pero*, continúa, *rastrear la evolución de las mismas me ha resultado difícil porque con el paso del tiempo pasaban de un lugar a otro y aumentaban o, en ocasiones, disminuían en número*. Ahí queda dicho explícitamente que *no había diferencia*, esto es, que no tenían menos efectivos que las propias legiones. Y, por cierto, que en alguna ocasión dice que tenían más, como cuando otorga *ocho cohortes de batavos como auxiliares de la decimocuarta* legión{en el libroIII de las «Historias»}.

11. Además, ya en otro sentido, en las provincias más pequeñas sólo hubo cohortes y alas, como en Recia, Judea y en otras semejantes, así como en las que se gobernaban con procuradores. De vez en cuando, incluso, las hubo en ciudades de interior para mantener el orden. Como en Lyón, en la Galia, allí Tácito sitúa *la 18ª cohorte*; también en Fréjus *la cohorte de los Ligures era el antiguo cuerpo auxiliar del*

Iosephi verba referam, alioqui paraloga, non solum paradoxa: apud quem Agrippa ad Iudaeos loquens adserit, Galliam illam tam validam, tam latam, *mille ducentis militibus in officio contineri*. Profecto octo legiones totae fuerunt, sed quia istae in extrema Gallia, ipse copias modo numerat, quae introrsus in ea [[essent: si tamen numeri illi in Iosepho sani, quos saepe in eo observamus vitiatos.

12. Sed haec]] ita sub Augusto: ut tamen tetigi, creverunt, et primum Claudius Imp[erator] Britannia domita, legiones in ea *tres* locavit, manseruntque. Tum Vespasianus *duas* etiam in Cappadocia: et Traianus deinde in Dacia *duas*.

13. Istae *Provinciales* copiae: *Vrbanae* fuerunt, quae sedem Romae et in ipsa domina urbe habuerunt. Quo fine? duplici, ut Principem in ea tuerentur, et ut ipsam urbem. Principis custodiae triplex miles fuit, *Praetoriani*, *Evocati*, *Batavi*. Primi in *novem* cohortes divisi ab Augusto, flos militum, fide, robore, et gente. Exemplum instituti huius fuit, a Praetoriis cohortibus in exercitu, quae circa ipsum Imperatorem, et ad eius tutelam erant[[: sed plerumque una:]] Augustus autem in bellis civilibus plures habuit, et victor quoque retinuit in pace, contra motus subitos, et ad plebem Romamque coërcendam. Nam fuere *novem millia* militum, non robore solum, ut dixi, sed stirpe et domo eximii: nec capti nisi ex *Etruria, Vmbria, Latio, et Coloniis antiquitus Romanis*, quod Tacitus {lib[ro] IIII Annal[ium]} ita etiam notavit. Gloriabantur igitur hoc sanguine: et ideo Otho iis blandiens, et in concione alloquens, *Italiae*, inquit, *alumni, et Romana vere iuventus* {Tac[ito] I His[toriarum]}. Nam legionibus aliis, exteri iam et civitate donati, crebri miscebantur. *Novem* dixi fuisse: idque aperte Tacitus: at Dio decem scribit. Nam ita in rebus Augusti {Lib[ro] LV}: οἱ σωματοφύλακες μύριοι ὄντες, καὶ δεδαχῆ τεταγμένοι: *Custodes corporis Augusti* (Praetoriani) *decem mille erant, atque ii in decem partes,* sive cohortes *divisi*. Haec dissonant: et fallitur Dio? an pro suo aevo dicit? Illud potest, hoc vix potest: quia eius aevo (vixit, sub Alexandro Severo, et prioribus) iam plures denis illis erant. Exemplum a Vitellio, qui primus, opinor, auxit. Tacitus de eo, Romam ingresso {II Hist[oriarum].}: *Confusus pravitate, vel ambitu, ordo militiae. Sedecim Praetoriae, quattuor Vrbanae cohortes scribebantur, quis* SINGVLA MILLIA *inessent*. Sed an ille tamen primus? an non Claudius Imp[erator] antea fecerat? Lapis vetus (quid contra eum dixerim?) affirmat: C. GAVIO. L. F. STEL. SILVANO TRIB. COH. II. VIGILVM. TRIB. COH. XIII. VRB. TRIB. COH. XII. PRAETOR. DONIS. DONATO. A. DIVO. CLAVDIO. BELLO. BRITANNICO. En, ille vero sub Claudio vixit, et *donis ab eo donatus* in Britannia: et tamen *Tribunus* scribitur *Duodecimae Praetoriae cohortis*. Sculptor errat? sed idem est in *Vrbanis*, ubi *Decimatertia* nominatur. Quid? an hic Gavius potius, iuvenis Britannico bello interfuit,

---

4-6 [[essent...haec]] 1605] .Haec 1598, essent. Haec 1599 **14** [[:sed...una:]]1599, 1605] . 1598 **17** *antiquitus Romanis* 1605] *antiquis Romanis* 1598, 1599 **37** dixerit aliquis 1599, 1605] opinor 1598

2-4 J. *B. J.* 2.16.4.373 **17** Tac. *Ann*. 4.5.3 **19-20** Tac. *Hist*. 1.84.3 **21** Tac. *Ann*. 4.5.3 **22-23** DC 55.24.6 [ed. Boissevain δεκαχῆ] **27-28** Tac. *Hist*. 2.93.2 **30-32** CIL 5. 7003 (=Smet. fol. 165, nº 5)

lugar. Y de igual modo en otros lugares. Voy a referir, en este punto, las palabras de Josefo, por sorprendentes y no sólo inesperadas. Según él, Agripa en un discurso a los judíos comentó que Galia, con todo lo aguerrida y grande que era, *se conserva con mil doscientos soldados en servicio*. En realidad hubo ocho legiones completas, pero como estas estaban en la Galia exterior, él sólo enumera las fuerzas que hubiese en el interior. Y ello si, no obstante, los números son correctos en Josefo, pues a menudo los encontramos viciados en él.

12. Pues bien, así estaban los efectivos militares en época de Augusto, pero, como anuncié, crecieron. En primer lugar, el emperador Claudio situó en Britania *tres* legiones tras su sometimiento, y allí se quedaron. Más tarde, Vespasiano situó *dos* en Capadocia, y después Trajano *dos* en Dacia.

13. Estas eran las fuerzas *provinciales*. Las *urbanas* eran aquellas que tenían su sede en Roma, en la misma capital. ¿Con qué fin? Uno doble: para proteger al príncipe en ella y para protegerla a ella propiamente. Para la custodia del príncipe existían tres cuerpos de ejército: los *pretorianos*, los *veteranos reenganchados* y los *batavos*. Los primeros habían sido divididos en *nueve* cohortes por Augusto y eran la florinata del ejército por su lealtad, coraje y origen. El precedente de esta institución se encuentra en las cohortes pretorianas del ejército que, para su salvaguarda, acompañaban al propio general. Normalmente, no obstante, sólo había una, pero Augusto tuvo varias durante las guerras civiles y las conservó cuando salió vencedor, en tiempos de paz, contra revueltas inesperadas y para mantener en orden a la plebe y a Roma. Fueron *nueve mil* soldados, extraordinarios no sólo por su coraje como he dicho, sino por su linaje familiar, pues sólo se reclutaban *de Etruria, Umbría, el Lacio y de las primitivas colonias romanas*, cosa que Tácito apunta tal cual {en el libro IV de los «Anales»}. Se enorgullecían, pues, con esta sangre y, por eso, Otón, para lisonjearlos durante una arenga militar, dijo que eran *los hijos de Italia y la verdadera juventud romana* {en Tácito, libro I de las «Historias»}. Pues en otras legiones comenzaban a mezclarse abundantemente extranjeros y aquellos a quienes se concedía el derecho de ciudadanía. He afirmado que hubo *nueve*, también lo hace manifiestamente Tácito, pero Dion refiere *diez*. Cuando trata de los asuntos de Augusto {en el libro LV}, dice: οἱ σωματοφύλακες μύριοι ὄντες, καὶ δεδαχῇ τεταγμένοι: *La guardia de corps de Augusto* (los pretorianos) *la formaban diez mil hombres que estaban divididos en diez grupos* o cohortes. Algo falla: ¿se equivoca Dion o está hablando a propósito de su tiempo? Es posible que lo primero sea la verdad, y no creo probable esto último, porque en su tiempo (vivió en época de Alejandro Severo y de sus antecesores) había ya más de esas diez. El precedente se encuentra en Vitelio que, según creo, fue el primero en aumentarlas. Tácito dice al respecto, cuando cuenta la entrada en Roma {en el libro II de las «Historias»}: *La estructura militar fue transtornada de forma irregular y, desde luego, corrupta. Se dispuso el alistamiento de dieciséis cohortes pretorianas y cuatro urbanas,* CADA UNA DE LAS CUALES *se componía de* MIL HOMBRES. Pero, ¿fue él el primero en hacerlo?, ¿no lo había hecho antes el emperador Claudio? Una vieja inscripción (¿qué puedo decir en su contra?) establece lo siguiente: A CAYO GAVIO SILVANO, HIJO DE LUCIO, DE LA TRIBU DE ESTELA, TRIBUNO DE LA II COHORTE DE LOS VIGILES, TRIBUNO DE LA XIII COHORTE URBANA, TRIBUNO DE LA XII COHORTE PRETORIANA, CONDECORADO POR EL DIVINO CLAUDIO EN LA GUERRA DE BRITANIA. Ea, este vivió sin duda en época de Claudio y fue *condecorado por él* en Britania y, sin embargo, se anota que era *Tribuno de la duodécima cohorte pretoriana*. ¿Se equivoca el escultor? Ocurre lo mismo con las *urbanas*, de las que se nombra a una *decimotercera*. ¿Y bien?, ¿no es posible que, más bien, este Gavio, de joven participara en la guerra de Britania y, en la madurez,

et tum senior sub Vitellio militavit? Omnino dixerim: nec tempora refragantur, potuitque vel sub illo, aut statim ab illo, Tribunatus hos gessisse. Nam eam auctionem dixerit aliquis mansisse: argumento eorumdem lapidum, in quibus crebro, grandiore numero sic legas. Istis *Castra Praetoria* fuere, ad Portam Viminalem: ut arctius et in disciplina haberentur, secreti a civibus et urbe.

14. Sed *Evocatos* iam addo: de quibus Tacitus atque alii silent (quod equidem observaverim) at non Dio Cassius, qui adiungit aperte {Lib[ro] LV}. *Evocatis*, inquit, *Augustus uti iam coeperat in Antonium olim, eosque et postea servavit. Sunt autem hodieque propria quaedam et separata manus, et vites ferunt, instar Centurionum*. Hoc ille, ubi ex professo de custodia Principis scribit. Facere huc videtur, quod Suetonius in Galba notat, *dilegisse eum equestris ordinis iuvenes, qui manente aureorum anulorum usu,* EVOCATI *appellarentur, excubiasque circa cubiculum suum, vice militum, agerent*. Instituisse hoc eum plane dixeris, exemplo custodiae Principalis, quia Principem scilicet nunc agebat: etsi non veteranos quosdam milites, sed Equites ipse elegit. An non ibidem et munus istorum Evocatorum expressum? nempe ut *circa cubiculum Principis excubias agerent*? ego omnino opinor: etsi valde miror, nusquam (nec occasio defuit in urbanis illis motibus, aut Principum caedibus) nusquam, inquam, a Tacito vel Suetonio, vel ipso Dione alibi, nominatos. Tamen quod in lapidibus crebro legitur, EVOKATVS AVGVSTI, me iudice haud alio est referendum.

15. Tertii sunt *Batavi*, equites peditesque. Dio Cassius: *Sunt et exteri Equites selecti, quibus Batavorum nomen est, iique equitandi peritissimi*.

16. Aud.- Da veniam, interpello te: Batavi equites? hoc est simile, ac si dicam Venetos equites esse. Et Batavi sane nostri, aliis illis equis velivolis et ligneis, per Neptuni aequor optime discurrunt: hos terrestres, parce aut parum dextre tractant.

17. Lips.- Vetera loquimur: gens ea tunc Martem potius, quam Mercurium colebat. Et quae gloria vicinis illorum {Menapiis et Geldris} in equite nostra etiam memoria fuit: ea ipsis olim. Credo autem intellegi tunc quoque superiores illos Batavos maxime, qui Geldriae nunc accensentur: nam inferi et ad mare, nec ipsi, nec regio eorum equis satis facti, aut apti. Sed Batavi igitur boni Equites: fuere et Pedites, etsi Dio silet. Tacitus aliique dicent, qui tamen hos modo Batavos, modo Germanos appellant: sed dixeris Dionis aevo Pedites non fuisse. Caussa, quia Galba *Germanorum cohortem, institutam iam olim a Caesaribus, ad custodiam corporis, et multis experimentis fidissimam dissolvit, ac sine vllis commodis remisit in patriam*: quod Suetonius in eo scribit. Dicit

---

12 quia 1605] quem 1598, 1599 **13** scilicet 1599, 1605] deest 1598

7-9 DC 55.24.8 **11-13** Suet. *Galb*. 10.3 **18** Smet. fol. 77, nº 10; fol. 90, nº 10; fol. 91, nº 9 **20-21** DC 55.24.7 **31** Tac. *Hist*. 4.12.3 **33-35** Suet. *Galb*. 12.2

sirviera en época de Vitelio? Voy a decir, por lo menos, que esta interpretación no es incompatible con la cronología y que pudo en época de aquel o poco después, haber desempeñado estos tribunados. A partir de entonces, se afirmará, tal incremento perduró: entiéndelo así con la prueba de estas mismas inscripciones en las que estos cuerpos se encuentran con profusión y en gran número. Para ellos se hicieron los *campamentos pretorianos*, junto a la puerta Viminal, para tenerlos más controlados y bajo disciplina, apartados de los ciudadanos y de la ciudad.

14. Voy a hablar ahora de los *veteranos reenganchados*. De ellos Tácito y otros no dicen nada, (cosa que desde luego me he preocupado en comprobar), pero no así Dion Casio {en el libro LV} que abiertamente los incluye en su relato. *Augusto se sirvió*, dice, *según ya había comenzado a hacer anteriormente cuando luchaba contra Antonio, de veteranos reenganchados. Hoy en día son, en efecto, un cuerpo autónomo e independiente, y llevan el bastón de mando a la manera de los centuriones*. Esto lo dice cuando escribe específicamente sobre la custodia del príncipe. Parece que en este mismo sentido hay que entender lo que Suetonio apunta en la vida de Galba, *que había elegido a jóvenes del orden ecuestre que dispondrían del uso del anillo de oro y, con el nombre de* VETERANOS REENGANCHADOS*, actuarían como centinelas de su aposento en lugar de los soldados*. Afirmarás sin temor que esto lo instituyó según el modelo de la custodia del príncipe porque, evidentemente, ahora actuaba como tal, si bien no eligió a veteranos sino a 'equites'. Sea como fuere, ¿no se describe allí mismo de modo explícito que era obligación de estos veteranos reenganchados *actuar como centinelas del aposento del príncipe*? Yo opino que sí, aunque, y esto no deja de asombrarme, nunca (y no faltó ocasión durante las revueltas urbanas o con motivo del asesinato de príncipes) nunca, insisto, fueron mencionados por Tácito, Suetonio o en algún otro pasaje de Dion. No obstante, VETERANO REENGANCHADO DE AVGVSTO, que se lee frecuentemente en inscripciones, a mi juicio no debe referirse a otra cosa.

15. En tercer lugar están los *batavos*, soldados de caballería e infantería. Dion Casio dice: *También se ha reclutado a unos jinetes extranjeros llamados batavos, muy expertos en la monta*.

16. Discípulo- Permíteme la interrupción...¿jinetes batavos? Eso es como si yo digo que hay jinetes venecianos. Está claro que los batavos de nuestro tiempo surcan sin problemas la llanura de Neptuno sobre otras monturas de velas y madera, pero las terrestres las manejan poco y mal.

17. Lipsio- Hablamos de tiempos antiguos, entonces aquella nación rendía más culto a Marte que a Mercurio. Igual que aún hoy queda el recuerdo de que sus vecinos {*los menapios y los de Güeldres*} alcanzaron la gloria a caballo, también ellos mismos pudieron tenerla en la Antigüedad. Creo, por lo demás, que entonces también se referían con este nombre a los batavos del sur que ahora viven en Güeldres, pues los del norte que viven junto al mar, ni ellos ni su región son apropiados y aptos para los caballos. Los batavos, en definitiva, fueron buenos soldados de caballería y también lo fueron de infantería, si bien Dion no dice nada al respecto. Tácito y otros así lo afirman, aunque unas veces llamándolos batavos y otras germanos. Es posible que afirmes que en tiempo de Dion ya no quedaban los soldados de infantería, porque Galba *licenció la cohorte de los germanos, creada desde antiguo por los Césares para la custodia de su persona, que se había mostrado fiel en extremo en medio de todo tipo de abatares, y la envió a su patria sin paga*, según escribe Suetonio al respecto. *Cohorte* dice, luego fueron soldados

C*ohortem*: ergo pedites fuere: et addit ab ipso solutam militia ac dimissam, nec postea fortasse restitutam. Non reperio quidem ultra nominari: et in Notitia imperii, dumtaxat *Batavi equites*, *Seniores Iunioresque*. Vtraque autem haec manus quanta fuerit, et Dio ignorare se fatetur: *Batavorum*, inquit, *numerum, sicut nec Evocatorum, satis certo possim dicere*: quid ergo nos conemur? Puto tamen Batavos haud minus duabus alis plenioribus fuisse, et ut minimum *mille Equites*: Pedites etiam olim ad *mille*. Evocati autem, ii quoque cohors una millenaria sunto.

18. Alter nunc miles in urbe, [[et pro urbe,]] duplex est: *Vrbanae, et Vigilum cohortes*. De prioribus Tacitus {IIII Ann[alium]}: *Quamquam insideret urbem proprius miles, tres urbanae cohortes*: et mox ostendit eam quoque lectam, et non nisi Italam manum fuisse. Sed *tres* ipse dicit, Dio in Augusti dispositione, *quattuor*. οἱ τῆς πόλεως φρουροὶ, inquit, ἑξακισχίλιοι, καὶ τετραχῇ νενεμημένοι: *Vrbis custodes sex millia, et in quattuor partes divisi*. Miror et hic dissensum, nec concilio. Si tamen numerus tantus; vides grandes istas Cohortes fuisse, atque etiam supra Praetorianas. [[Nam singulae fuerunt *mille quingentorum* militum.]] In Taciti autem ante verbis, de Vitellio, notare potuisti, ab eo denique factas *quattuor urbanas cohortes*, sed quae non nisi *singula millia* haberent[[: unde igitur tantas sub Augusto?]] Intrincata haec fateri oportet, et mihi paene libido in Tacito ibi legendi, *quattuordecim urbanae cohortes*. Cum enim tam largiter Praetorii militem auxerit, cur non pariter et Vrbis? Vnica ista cohors adiecta, in parvo sit: et facit valide, quod lapides ab illo aevo grandiorem hunc numerum suadent. In illo superius recitato erat, TRIB. COH. XIII. VRB. et in alio sub Antonino Imp[eratore]: C. CESTIO. C. F. STEL. SABINO. TRIB. COH. XIII. VRB. DONAT. AB. IMP. ANTONINO. AVG. HASTA. PVRA. Pluribus etiam lapidibus hi tales numeri in utrisque cohortibus, sed nomina Imperatorum ut aevi certa indicia non semper adiecta. Hic ipse Antoninus quis fuit? fortasse *Caracalla* Severi filius: atque ita minus miror, quoniam in Herodiano Severus gloriatur et loquitur, ubi filios ad concordiam hortatur {Lib[ro] III}: *Posse eos secure agere, si velint, pecunia multa a se parata*, τῆς τε ἐν ῥώμῃ δυνάμεως ἀυτῆς τετραπλασιασθείσης, καὶ στρατοπέδου τοσούτου πρὸ τῆς πόλεως ἱδρυθέντος, ὡς μηδεμίαν εἶναι δύναμιν ἔξωθεν ἐχέγγυον μηδ᾽ἀντίπαλον, πλήθει στράτου, μήτε μεγέθει σωμάτων, μήτε χρημάτων περιουσίᾳ: *et copiis iis quae Romae sunt* IN QVADRVPLVM *auctis, tantoque exercitu ad Vrbem sedente, ut nulla externa vis par esse ei possit, sive* MVLTITVDINEM *spectes, sive corporum magnitudinem, sive cultum et abundantiam*. Hanc mutationem et augmentum facta a Severo, cum Iuliani Praetorianos circumvenit et armis exuit, probabile est; et in eorum locum Illyricanos grandi numero factos. Verba quidem Herodiani clara sunt, et sic mansisse ad

---

6 [[et...urbe,]] 1599, 1605] deest 1598 **13** [[Nam...militum.]] 1605] deest 1598, 1599 **15** [[:unde...Augusto?]]1599, 1605] . 1598

---

3 Not. *Pars occ*. 6 **4-5** DC 55.24.8 **9-10** Tac. *Ann*. 4.5.3 **11-13** DC 55.24.6
16-18 Tac. *Hist*. 2.93.2 **21** CIL 5. 7003 (=Smet. fol. 165, nº 5)
22-23 Smet. fol. 162, nº 13 **27-30** Hdn. 3.13.4

de infantería y añade que por obra de este quedó desvinculada y apartada del ejército, quizá no fue restablecida posteriormente. No encuentro, en efecto, que se la cite en adelante, pues en la «Notitia Imperii» sólo se menciona a *los soldados de caballería batavos, adultos y jóvenes*. Por lo demás, el mismo Dion confiesa que ignora cuantos componían ambos cuerpos y añade, *no puedo fijar con la suficiente certeza ni el número de los batavos ni tampoco el de los veteranos reenganchados*. ¿Qué aventuraremos, pues, nosotros? Yo supongo, no obstante, que los batavos no fueron menos de dos alas bien completas, esto es, como mínimo, *mil soldados de caballería*; antiguamente los de infantería también debieron ser unos *mil*. Que, por su parte, los veteranos reenganchados formen ellos también una cohorte milenaria.

18. Ahora le toca al segundo ejército de la ciudad y de sus cercanías, que es doble: *las cohortes urbanas y las de los vígiles*. Sobre las primeras dice Tácito {IIII de los «Anales»}: *Por lo demás en la ciudad estaba instalado un ejército propio, las tres cohortes urbanas*, e, inmediatamente, también expone que el cuerpo fue selecto y reclutado sólo en Italia. Pero él afirma que eran *tres*, mientras Dion en lo relativo al dispositivo de Augusto dice, con las siguientes palabras, que *cuatro*: οἱ τῆς πόλεως φρουροὶ ἑξακισχίλιοι, καὶ τετραχῇ νενεμημένοι: *seis mil guardias de la Ciudad divididos en cuatro unidades*. En este punto, me extraña la divergencia y no encuentro cómo conciliar los testimonios. En caso de que el número fuera tan crecido, puedes comprobar la importancia de estas cohortes que, incluso estaría por encima de la de las pretorianas. Pues cada una de ellas estuvo formada por *mil quinientos* soldados. A este respecto, en la cita anterior de Tácito sobre Vitelio pudiste darte cuenta de que en tiempos de aquel se acabaron creando *cuatro cohortes urbanas*, pero dotada *cada una con mil*: ¿de dónde, pues, tan crecido número en época de Augusto? Se hace necesario confesar que este asunto es intrincado y hay en mí casi ansia por leer en el pasaje de Tácito *catorce cohortes urbanas*. En verdad, tras aumentar tan extensamente el número de soldados del Pretorio, ¿por qué no hacer lo mismo con los de la Ciudad? Al añadir una cohorte únicamente, en poco se nota. Y conviene perfectamente porque inscripciones de aquel tiempo abogan por una cifra mayor. En aquella citada más arriba había un TRIB. COH. XIII VRB, y en otra de época del Emperador Antonino se lee: GAYO CESTIO SABINO, HIJO DE FLAVIO, DE LA TRIBU DE ESTELA, TRIBUNO DE LA XIII COHORTE URBANA, CONDECORADO POR EL EMPERADOR AUGUSTO ANTONINO CON EL HASTA PURA. Tales cifras aparecen también en muchas otras inscripciones y se refieren a ambos tipos de cohortes, pero no siempre están acompañadas por nombres de emperadores o indicios ciertos del momento histórico al que se refieren. Este mismo Antonio, ¿quién fue? Quizá *Caracalla*, hijo de Severo, de este modo mi sorpresa sería menor puesto que Severo, en Herodiano, se vanagloriaba diciendo cuando exhortaba a sus hijos a mantener la concordia {en el libro III} que: *Pueden gobernar tranquilamente si lo desean, gracias a las sumas de dinero que les he reunido* τῆς τε ἐν ῥώμῃ δυνάμεως ἀυτῆς τετραπλασιασθείσης, καὶ στρατοπέδου τοσούτου πρὸ τῆς πόλεως ἱδρυθέντος, ὡς μηδεμίαν εἶναι δύναμιν ἔξωθεν ἐχέγγυον μηδ᾽ἀντίπαλον, πλήθει στράτου, μήτε μεγέθει σωμάτων, μήτε χρημάτων περιουσίᾳ: *y con las fuerzas militares que hay en Roma y que se han multiplicado* POR CUATRO*, igual que con el ejército acantonado a las afueras de Roma, de modo que ninguna fuerza exterior puede comparársele, atendiendo a la* TROPA*, al tamaño de las unidades, o a su preparación y mantenimiento*. Es probable que esta reforma e incremento la hiciera Severo cuando acorraló a los pretorianos de Juliano y los desarmó, para después alistar en su lugar a un gran número de ilirios. En efecto, las palabras de Herodiano son claras y parece que así

Constantinum videntur: qui faventes Maxentio sustulit, nec alios ordinavit.

19. Aud.- At enim si in quadruplum ita auxit Severus, et Vitellius iam tot Cohortes fecerat: quid dicemus? oportuit vel supra LX cohortes fuisse.

20. [[Lips.- Neque absurdum sit, si verba pensites Herodiani. Dubitet tamen aliquis an illa Vitelliana auctio tota manserit: sed quidquid eius, illud tenendum haud dubie auxisse valde Severum, cum Herodianus diserte scribat, *cuicumque* VI EXTERNAE *parem aut superiorem hanc internam et urbanam fuisse*. Sed redeo]] ad *Vrbanas* meas cohortes: quarum officium praecipuum, tueri urbem. id est, [[motus aut turbas plebis coërcere;]] noctu circum templa, fora, basilicas excubare; stationes agere contra grassatores aut sicarios; itemque Praefecto urbis (qui caput iis erat) apparere. Itaque et extra urbem interdum puto dispositos, cum eius Iurisdictio ad centesimum lapidem porrigeretur. Quod autem Praefectus caput, in Tacito clare scriptum {III Hist[oriarum]}, de Flavio Sabino, qui tunc in eo munere: *Esse illi* PROPRIVM *militem cohortium urbanarum: nec defuturas Vigilum cohortes*.

21. Quas nunc adiungo (*Vigilum* dico:) et moneo eas quoque ab Augusto esse. Nam is cum crebra incendia in magna illa et frequenti urbe videret; remedium quaesivit firmum et perpetuum, militemque ex libertinis collegit, et in septem cohortes digessit. Id factum anno urbis DCCLIX. [[Et quamquam praecipuus hic finis et instituendi caussa fuit, tamen serviisse etiam tutelae urbis, et contra nocturnos fures aut grassatores, non est ambigendum.]] Minus lecta haec manus fuit, et ministerio potius quam militiae facta: tamen ut regi melius iuberique possent, digesti in Cohortes, et Centuriones Tribunosque suos accepere.

6-9 [[Lips.-...redeo]] 1605] LIPS. Bene oppugnas: ego labasco, et iam de Vitellii dubitare incipio, an dicam mansisse. Tenet unus ille Claudianus lapis: sed an non ad *Claudium* Imperatorem posteriorem referendus? Dicerem, si ullum Britannicum bellum gestum ab eo legerem: tu aut alius cogitato. Redeo 1598, LIPS. Bene oppugnas: et iam de Vitellii dubitare incipio, an dicam mansisse. Illud teneamus tamen, haud dubie auxisse valde Severum, cum Herodianus diserte scribat, *cuicumque vi externas parem aut superiorem hanc internam et urbanam fuisse.* Sed redeo 1599 **10-11** [[motus ... coërcere;]] 1599, 1605] deest 1598 **20** quamquam 1605] quanquam 1599, deest 1598 **20-22** [[Et...ambigendum.]] 1599, 1605] deest 1598

15-16 Tac. *Hist*. 3.64.1

quedaron las cosas hasta Constantino que suprimió el cuerpo por ser partidario de Majencio, sin encuadrar después a otros en su lugar.

19. Discípulo- Pero, vamos a ver, si Severo los multiplicó por cuatro y Vitelio había establecido tantas cohortes como dices, ¿en qué queda la cosa? Para que todo cuadre es necesario que hubiera más de 60 cohortes.

20. Lipsio- No es absurdo lo que dices si examinas detenidamente las palabras de Herodiano. No obstante, hay quien pone en duda que el aumento Viteliano perdurara íntegro. Sea lo que fuere lo que aquel dejara, no cabe duda de que Severo después lo aumentó con creces y así lo refiere Herodiano expresamente cuando dice que *esta fuerza interna y urbana era igual o superior a cualquier otra* EXTERIOR. Mas quiero volver a mis cohortes *urbanas*, cuyo cometido principal era proteger la ciudad y con ello quiero decir evitar revueltas y perturbaciones de la plebe; patrullar de noche los templos, foros y mercados; hacer guardia contra maleantes y asesinos; así como escoltar al prefecto de la ciudad (que era su jefe). También supongo que llegaron a ser desplegados fuera de la ciudad en alguna ocasión, porque su jurisdicción se extendía en cien millas a la redonda de Roma. Que el prefecto era, efectivamente, su jefe lo refiere claramente el texto de Tácito sobre Flavio Sabino que, por entonces, ejercía este cargo {en el libro III de las «Historias»}: *Disponía* PRIVATIVAMENTE *del cuerpo de las cohortes urbanas y no le faltarían tampoco de las cohortes de los vígiles*.

21. A estas las incluyo en este momento (me refiero a los *vígiles*) y advierto que existen también desde Augusto. Y es que, al comprobar este la proliferación de incendios en una ciudad tan grande y habitada, buscó un remedio firme y definitivo, y para ello reunió un cuerpo militar de entre los libertinos, que organizó en siete cohortes. Esto ocurrió en el año 759 de la ciudad. Y aunque este fue el fin principal y la razón de ser de la institución no debe discutirse que, sin embargo, se ponía al servicio de la salvaguarda de la ciudad y de la lucha contra ladrones y maleantes nocturnos. Este cuerpo era menos selecto y se creó más como servicio cívico que como milicia, sin embargo, para que pudieran gobernarse y tener mejor capacidad de decisión, fueron organizados en cohortes y recibieron sus respectivos centuriones y tribunos.

Lib. I cap. 5: De copiis in mari, aut fluminibus; de Classibus variis, earumque sedibus.

1. Terrestri milite satis limites, itemque vitalia imperii, id est Romam ipsam, munivimus: nunc et maritimo, sive fluviatili etiam, muniamus. Nam cum mare medium per totum illud imperium iret, ut diximus; cum etiam flumina magna clauderent vel ambirent; utile censuerunt, *Classes* perpetuas in utravis parte esse, quae et piratas cohiberent, et hostes excluderent; et suis etiam transitum aut transvectionem, cum opus esset, statim darent. Prudens et pulchra inventio: fueruntque *Classes in ipso mari* quattuor; in *Fluminibus* tres, nisi fallor. Videbimus ordine, et quod occurret, dicemus.

2. Primae duae maiores se offerunt, et *Praetoriae* dictae, *Misenensis* et *Ravennas*. Quare Praetoriae? (saepe enim ita in lapidibus:) opinor dignitatis caussa, et quia inter minores alias, ut Praetoria aliqua navis, eminerent. Nam Praefectus sane earum non fuit Praetor. [[Possunt et exemplo Praetoriarum cohortium esse dictae, quia ad Italiae et Principis tutelam. Sed eae]] quoque ab Augusto institutae, notante Suetonio: *Classem Miseni, et alteram Ravenna, ad tutelam superi et inferi maris collocavit*. Et Tacitus de iisdem {IIII Ann[alium]}: *Italiam utroque mari duae classes, Misenum apud et Ravennam, praesidebant*. Sed distinctissime Vegetius {lib[ro] IIII}, qui numerum et plura aperit, his verbis: *Apud Misenum et Ravennam* SINGVLAE LEGIONES *cum classibus stabant, ne longius a tutela urbis abscederent et cum ratio postulasset, sine mora, sine circuitu, ad omnes mundi partes pervenirent. Nam Misenatium classis, Galliam, Hispanias, Mauretaniam, Africam, Aegyptum, Sardiniam, atque Siciliam, habebat in proximo: classis autem Ravennatium, Epiron, Macedoniam, Achaiam, Propontidem, Pontum, Orientem, Cretam, Cyprum, petere directa navigatione consueverat*. Ait *singulas legiones* in singulis fuisse: pro more sui aevi, aut parum conspecte, locutus. Non enim Legiones proprie erant, sed dumtaxat *Cohortes*, eaeque *decem*, et Tribunos suos sive *Chiliarchos* (a numero cui praeerant) habebant, itamque Centuriones. Enimvero Tacitus non semel ostendit, Classiarios militiam legionariam, ut honestiorem petiisse: et aliquando impetrasse: non ergo habebant. Quomodo autem? exteri plerique, et nec cives erant. Tacitus de classe Ravennate: *Ambiguos militum animos, quod magna pars Dalmatae Pannoniique erant*. Et in Tabula, quae Venetiis adservatur: HADRIANVS. IMP. IIS. QVI. MILITAVERANT. IN. CLASSE. PRAETORIA. MISENENSI. SEX. ET. VIGINTI. STIPENDIIS. EMERITIS. DIMISSIS. HONESTA. MISSIONE. IPSIS. LIBERIS. POSTERISQVE. EORVM. CIVITATEM. DEDIT. Si dedit, non ante habebant. Clara et vera haec sunt, ac navalis militia, vilis semper et vilium, apud Romanos. De Miseni igitur classe, liquet apud Misenum, pulcherrimo sinu, eam stetisse, Virgilius docte indicavit, cum Misenum illic sepelit Aeneas,

Imponit suaque arma viro, remumque tubamque.

3. Nam et *Remum* et *Tubam* dat, praesignificans locum hunc futurum ubi et Remiges et Milites in classe essent: Milites inquam, quos Tuba notat. Etsi autem

---

3 itemque 1605] et 1598, 1599 **13-14** [[Possunt...eae]] 1605] Hoc 1598, 1599
14 institutae 1605] institutum 1598, 1599 **42** inquam 1605] deest 1598, 1599

15-16 Suet. *Aug*. 49.1 **16-17** Tac. *Ann*. 4.5.1 **18-24** Veg. 4.31.4-6 **27-28** Tac. *Hist*. 3.50.3 **30** Tac. *Hist*. 3.12.1 **31-34** CIL 5. 4091 (=Smet. fol. 93, nº 10)
39 Verg. *Aen*. 6 v.233

Lib. I cap. 5: Sobre las fuerzas marítimas y fluviales. Sobre las diversas flotas de guerra y sus bases.

1. Con el ejército hemos reforzado sobradamente fronteras y regiones vitales del imperio, esto es, la propia Roma: reforcemos ahora la región marítima y la fluvial. Al transcurrir el mar por el centro de todo el Imperio, según dijimos, y al cerrarlo y rodearlo grandes ríos, se pensó que sería provechoso establecer *flotas* de guerra permanentes en ambas zonas. Ellas debían mantener a raya a piratas, alejar a enemigos y también, si se hacía necesario, facilitar el tránsito y el transporte a los suyos. Sabio y preclaro descubrimiento. Hubo cuatro *flotas en el propio mar* y tres *en los ríos*, si no me equivoco. Las veremos por orden y hablaremos de lo que vaya surgiendo.

2. En primer lugar, aparecen dos mayores, las llamadas *pretorias*: *la de Miseno* y *la de Rávena*. ¿Por qué motivo pretorias? (en efecto, así aparecen a menudo en las inscripciones). Opino que a causa de su dignidad y porque debían destacar entre las otras, que eran más pequeñas, por la presencia de alguna nave de dignidad pretoria. Por lo demás, no cabe duda de que su prefecto no fue pretor. Puede ser que reciban este nombre siguiendo el ejemplo de las cohortes pretorianas, ya que se encargaban de la protección del príncipe y de Italia. También las instituyó Augusto al decir de Suetonio: *Estableció una flota en Miseno y otra en Rávena para la protección de las zonas oriental y occidental del mar*. Y Tácito, a propósito del mismo tema, dice {en el libro IV de los «Anales»}: *Dos flotas, en Miseno y en Rávena, defendían Italia en ambas zonas del mar*. Pero es Vegecio {En el libro IV} quien con gran detalle aclara su número y muchos otros aspectos en esta cita: *En Miseno y Rávena se situaban* SENDAS LEGIONES *con cada una de las flotas, de modo que no quedaban muy lejos para salvaguardar la ciudad y, tal y como lo pedía la previsión, para que pudieran llegar sin demora ni rodeo a todas las partes del mundo. La flota de los misenios tenía al alcance la Galia, las Hispanias, Mauritania, África, Egipto, Cerdeña y Sicilia; y la flota de los de Rávena alcanzaba sin problemas por ruta directa el Épiro, Macedonia, Acaya, Propóntide, el Ponto, Oriente, Creta y Chipre*. Sostiene que hubo *una legión* en cada una. Habla según la costumbre de su tiempo, pero con poca transparencia. En efecto, no eran legiones propiamente, sino simplemente *cohortes* y eran *diez*, con tribunos propios o *chiliarcos* (por el número de hombres al frente del cual estaban), y también centuriones. Tácito explica más de una vez que los marineros solicitaron el rango militar legionario por ser más digno y que finalmente lo obtuvieron: por lo tanto antes no lo tenían. ¿Cómo se explica esto? La mayoría eran extranjeros y no ciudadanos. Tácito dice, sobre la flota de Rávena: *Los ánimos de los soldados estaban indecisos porque la mayor parte eran dálmatas y panonios*. Y en una tabla que se conserva en Venecia se lee: EL EMPERADOR ADRIANO CONCEDIÓ LA CIUDADANÍA A LOS QUE SIRVIERON EN LA FLOTA PRETORIA DE MISENO, QUE HAN SERVIDO DURANTE 26 AÑOS Y SE HAN LICENCIADO TRAS UN SERVICIO INTACHABLE, A ELLOS, A SUS HIJOS Y A LOS DESCENDIENTES DE ESTOS. Si la concedió es porque antes no la tenían. Es esto claro y cierto, pues el servicio en la marina siempre fue tenido entre los romanos por vil y propio de gente vil. Por lo demás se refiere a la flota de Miseno, esto es, a la fondeada en Miseno, golfo inmejorable. Virgilio indicó doctamente, cuando Eneas entierra allí a Miseno, que,

Impone sus insignias al cuerpo, tanto el remo como la tuba.

3. Le otorga, pues, el *remo* y la *tuba* mostrando con antelación que este sería el lugar donde estarían los remeros y soldados de la flota. Soldados, añado, a los que

naves ibi et classis, tamen Castra etiam in terra et ad portum ipsum fuisse, commoditas eorum exigit, et lapides qui saepe effodiuntur, dicunt. Inter eos isti:

D. M.
C. IVLIO. QVARTO
VET. EX. PR. N. GALLO.

D. M.
TI. PETRONI. CELERIS
NAT. ALEX. EX. III. ISIDE

D. M.
C. SENIO. SEVERO. MANIPLARIO
EX. III. FIDE. NATIONE. BESSVS.

4. Notae breviores in iis, hoc volunt: *Veterano ex Praetoria nave Gallo.* item*: Natione Alexandrino, ex tertia Iside*. iterumque: *Ex tertia Fide. Gallus* autem, *Isis*, *Fides*, nomina navium sunt, ab imagine aut tutela.

5. In his item portibus, praeter Castra, *Pharos* sive Turres quasdam ad praelucendum noctu fuisse, Plinius mihi suggerit: ille Plinius, qui ipse fuit classi Misenatium Praefectus. {Lib[ro] XXXVI cap[ite] XII}*Vsus Phari, nocturno navium cursui ignes ostendere, ad praenuncianda vada, portusve introitum: sicuti compluribus iam locis flagrant, ut Puteolis, et Ravennae*. Pharus Puteolana, ad hanc Misenensem fuit.

6. At vero altera, sicut et ipsa Classis, *Ravennae*. Notum et nobile etiam opidum, ob sedem ibi postea regni Gothorum. Et ipsam, et Classem autem, Iornandes optime notificat, ex Dione: *A meridie*, inquit, *Padus, qui et Eridanus, ab Augusto Imp*[*eratore*] *altissima fossa demissus: qui septima sui alvei parte mediam influit civitatem: ad ostia sua amoenissimum* PORTVM *habens, qui* CLASSEM *ducentarum quinquaginta navium, Dione referente, tutissima dudum credebatur recipere statione. Qui nunc, ut Fabius ait, quod aliquando portus fuerat, spatiosissimos hortos ostendit, arboribus plenos, verum de quibus pendeant non vela, sed poma*. In fronte verborum vides, Augustum aptasse locum et portum, fossa percussa: in medio, Dionem auctorem, de navibus CCL quae illic caperent. Sed ubi hoc Dio? nusquam in libris, qui nunc sunt, sed dixit (opinor) in Vitellii rebus, ubi multa mentio classis Ravennatis, ob transfugium eius et turbas, quas et in Tacito habes. [[Ingens autem numerus: neque minor in classe Misenatium, ut ratio poscit.]] In ultimo autem ostendit, esse desiisse et portum et classem.

7. Atque hae duae sunt *Maiores* illae classes *maritimae*: sequuntur duae *Minores*. prior in Gallia, colonia et portu *Foroiuliensi*: [[tum ad ipsam Galliam, tum ad Hispaniae illam oram tuendam.]] Tacitus de ea, eiusque auctore {IIII Ann[alium]}: *Galliae proximum Litus* ROSTRATAE *naves praesidebant, quas Actiaca victoria*

35-36 [[Ingens...poscit.]] 1605] deest 1598, 1599 **36** autem 1605] deest 1598, 1599
39-40 [[tum...tuendam.]] 1599, 1605] deest 1598

4-6 CIL 10. 1759 **8-10** Smet. fol. 93, nº 6 **12-14** Smet. fol. 93, nº 7 **21-23** Plin. 36.83 [ed. André: *Ostiae ac Ravennae* pro *Puteolis et Ravennae*] **27-32** Jornand. 29.149-151 **36** Tac. *Hist*. 2.100.3; 3.6.2; 3.12.1; 3.36.2; 3.40.1 **42-*1*** Tac. *Ann*. 4.5.1

apunta el término tuba. Aunque aquel era lugar de naves y flotas, también hubo campamentos, en tierra firme y sobre el mismo puerto, así lo exige la maniobrabilidad de la tropa, y así lo afirman las inscripciones que se exhuman frecuentemente. Entre ellas estas:

D.M.
C. IVLIO. QVARTO
VET. EX. PR. N. GALLO.

D.M.
TI. PETRONI. CELERIS
NAT. ALEX. EX. III. ISIDE

D.M.
C. SENIO. SEVERO. MANIPLARIO
EX III. FIDE. NATIONE. BESSUS.

4. Sus abreviaturas quieren decir lo siguiente: *veterano de la nave pretoria 'Gallus'*. En la siguiente: *de origen alejandrino, de la tercera Isis*. Y por último: *de la tercera 'Fides'*. *'Gallus'*, *Isis* y *'Fides'* son nombres de nave, por su enseña o patrón tutelar.

5. En estos puertos además de campamentos hubo *faros* que eran como torres preparadas para alumbrar por la noche. Esto me lo sugiere Plinio, el mismo Plinio que fue prefecto de la flota de los misenios {en el libro 36, capítulo 12}: *La función del faro es ofrecer luz a la navegación nocturna para avisar de los bajíos o del acceso al puerto, según ocurre ya en varios lugares como Puzzoles o Rávena*. El faro de Puzzoles estuvo cerca de esta flota misenense.

6. Había otro faro y otra flota también en *Rávena*. Noble y conocida ciudad, por ser sede después del reino de los godos. Jornandes a partir de Dion informa magníficamente tanto de ella como de su flota: *Al sur*, dice, *el Po que también recibe el nombre de Eridano, fue ahondado por el emperador Augusto con un profundísimo canal de modo que una séptima parte de su caudal fluye por el centro de la ciudad. Tiene un* PUERTO *amenísimo en su desembocadura que, según refiere Dion, se pensaba no hace mucho que podía acoger una* FLOTA *de doscientas cincuenta naves en una estancia segurísima. Ahora, como sostiene Fabio, este lugar, que en otro tiempo había sido puerto, muestra amplísimos huertos bien arbolados, pero en ellos no cuelgan velas sino manzanas*. Comprueba al principio de la cita que Augusto adaptó el lugar y el puerto con la construcción de un canal. En su desarrollo, que Dion es el que asegura aquello de que allí cabían 250 naves. Pero, ¿dónde lo dice? En ninguno de los libros que quedan actualmente, lo debió decir (opino) al tratar los hechos de Vitelio, donde se hace continua referencia a la flota de Rávena a causa de su deserción y de las perturbaciones que provocó, asunto que también encuentras en Tácito. Debía tener unos efectivos crecidos, no menores a los de la flota de los misenios, según lo dicta la razón. Al final, en fin, muestra que tanto el puerto como la flota habían dejado de existir.

7. Estas dos son las flotas *marítimas mayores*, les siguen dos flotas *menores*: la primera en Galia, en la colonia y puerto *de Fréjus*, para proteger tanto la propia Galia como la costa de Hispania. Tácito habla de ella y de su creador {en el libro IIII de los «Anales»}: *Las naves* ROSTRADAS *defendían el litoral vecino de la Galia.*

captas Augustus in opidum FOROIVLIENSE *miserat,* VALIDO *cum remige*. Habes Augustum auctorem, habes *Rostratas* et bellicas, itemque *Validum remigium*. Satis ergo et grandis, et instructa ea classis: cuius idem Tacitus in rebus belloque Othonis cum Vitellio meminit. Est autem hoc *Forum Iulii* in Gallia Narbonensi, loco quem Strabo designat: *Navale*, inquit, *Caesaris Augusti, quod Forum Iulium vocant. Situm est inter Olbiam et Antipolim, abestque Massilia stadiis circiter sexcentis*. Notat *navale* sive receptaculum classis esse: ideoque et a Plinio ipsa urbs *Classica* dicta, itemque *Colonia Octavanorum*, quod octava legio eo deducta.

8. Altera minor in ipso *Ponto*: id est, in capite et fonte mediterrei maris. De ea Tacitus capiendus {III Hist[oriarum]}: *Mucianus classem e Ponto Byzantium adigi iussit*. Ergo statio ei supra Byzantium fuit: sed ubi, ignoro {Vide notas}. Numerum eius e Iosepho possum dare {Lib[ro] II Excid[ii]}: *Ponticae*, inquit, *omnes gentes tribus millibus militum subduntur, et* QVADRAGINTA *naves longae* (rostratae) *illud asperum et innavigabile pelagus tutum pacatumque praestant*.

9. An non et tertia etiam Ostiae? Suetonius suggerere videatur in Vespasiano: *Classiarios qui ab Ostia et Puteolis Romam per vices pedibus commeant*. Nam Classiarios Ostiae ponit: et fortasse Claudius instituit, portu eo instructo. Sed certum non habeo: et potuit esse ibi pars e classe Misenensi.

10. Transeo ad *Classes fluminum*: et prima est in Rheno. de qua Panegyricus: *Cum totus* ARMATIS NAVIBVS *Rhenus instructus sit*. Ait *totum Rhenum*: ergo divisam per partes censeo, ut et militem ipsum terrestrem. Florus ostendit, Bonnae et Geldubae (si proba modo lectio) fuisse, ex instituto Drusi: *Bonnam et Geldubam pontibus iunxit,* CLASSIBVSQVE FIRMAVIT. Ergo ibi pars, pars et certo ad exitum fluvii, ubi *Pharus* olim, quam nunc *Arcem Britannicam* vocant. Hanc opinor esse, quam *Classem Britannicam* Tacitus in bello cum Civili appellat[[: quia et in Britanniam ea commeabat]]. Sed tota classis communiter *Germanica* dicta: et sic in eodem Tacito leges, *Iulium Burdonem, Germanicae classis Praefectum*. Haec partitio classium Taciti loca aperiet, aut conciliabit, quae pugnaturire inter se videntur. ut cum scripsit {V Hist[oriarum]}, *Vniversam quattuor et viginti navium classem transfugisse* (ad Civilem) *aut captam esse*. An igitur *universa* ea, non nisi tot navium? Imo postea iterum facit Cerialem navibus pugnasse, etsi *numero imparem, sed magnitudine earum potiorem*. Atqui struere tam cito non potuit: sed nempe ex alia parte, atque adeo grandiores triremium, quae ad Oceanum et Pharum, sumpsit. De his navibus Hegesippus ex Iosepho ita scribit: *Rhenus itaque iam non Germanorum copiis repletur, sed Romanorum liburnis, quae per errantes* TOT VSQVE AD MARE *bicornis amnis fluenta, quondam liberas gentes servitio premunt*. Legendum autem illic, *Copulis Germanorum*: estque navium minorum genus, quod ipsi Germani sic a {*Koppelen*}

---

11 {Vide notas} 1605] deest 1598, 1599 **13** QVADRAGINTA 1599, 1605] *quadraginta* 1598 **18** Misenensi. 1605] Misenensi. Potest et sensus esse, ut Puteolis Ostiam navibus venerint, inde pedibus Romam ad res celeriter nunciandas. 1598, 1599 **25-26** [[: quia... commeabat]] 1599, 1605] deest 1598

5-6 Str. 4.1.8 **7-8** Plin. 36.83 **10-12** Tac. *Hist*. 2.83.2 **10-12** J. *B. J*. 2.16.4.367 **16** Suet. *Vesp*. 8.3 **20** *Pan. Lat*. 6.13.1 **22-23** Flor. 2.30.26 [ed. Jal: Bonam; ed. Rossbach: Bormam] **25** Tac. *Hist*. 4.79.3 **27** Tac. *Hist*. 1.58.1 **29-30** Tac. *Hist*. 4.16.3 **31** Tac. *Hist*. 5.23.2 **34-36** Heges. 2.9.1 (p.151) [ed. Ussanus: *caupulis* pro *copiis*]

---

9 {Vide notas}= nota 2

Capturadas en la victoria de Accio, Augusto las había enviado a la ciudad de FRÉJUS *con sus* AGUERRIDAS *tripulaciones*. Tienes a Augusto como creador, tienes naves *rostradas* de guerra, finalmente una *aguerrida tripulación*. Por lo tanto, era una flota suficiente en cuanto a tamaño e instrucción, que Tácito mismo recuerda al tratar los asuntos y la guerra de Otón contra Vitelio. Por lo demás este *Fréjus* está en la Galia Narbonense, en un lugar que Estrabón señala: *El Arsenal*, dice, *de César Augusto, que llaman Fréjus. Está situado entre Olbia y Antípolis, a una distancia de aproximadamente seiscientos estadios de Marsella*. Apunta que es *arsenal* o fondeadero de la flota, y por ello Plinio llama a esta ciudad *marinera*, además de *colonia de los octavanos*, porque allí se retiró la octava legión tras el licenciamiento.

8. La segunda flota menor está dentro del *mar Negro*, esto es, en la parte superior y en el nacimiento del mar Mediterráneo. Sobre ella hay que acudir a Tácito {en el libro III de las «Historias»}: *Muciano mandó llevar la flota a Bizancio desde el Mar Negro*. Por lo tanto su base estuvo por encima de Bizancio aunque ignoro dónde. (2) Puedo dar el volumen de sus efectivos a partir de Josefo {En el libro II de la «Caída»}: *Todas las naciones pónticas*, dice, *están controladas con 3000 soldados, y* CUARENTA *naves largas* (rostradas) *mantienen seguro y pacífico aquel mar rudo e impracticable*.

9. ¿Hubo una tercera flota en Ostia? Suetonio parece sugerirlo en la vida de Vespasiano: *Hay marineros que a pie acuden por turnos a Roma desde Ostia y Puzzoles*. Sitúa por lo tanto marineros en Ostia: quizá Claudio estableció esta dotación en el momento de la construcción del puerto. Pero no lo tengo por seguro y puede ser que allí sólo hubiera una parte de la flota de Miseno.

10. Paso a las *flotas fluviales*: la primera está en el Rin y sobre ella dice el Panegírico: *Estando el Rin en su conjunto provisto de* NAVES ARMADAS. *El Rin en su conjunto*, por lo tanto, desde mi punto de vista, hay que convenir que la flota estaba dividida en partes, al modo del ejército de tierra. Floro demuestra que la hubo en Bonn y Gelduba (si esa es la lectura correcta), desde que lo estableció así Druso: *Enlazó Bonn y Gelduba con puentes, y* CONSOLIDÓ EL NEXO CON FLOTAS. Por lo tanto, en esos lugares hubo una parte. Con certeza hubo otra situada hacia la desembocadura del río, donde antiguamente estaba el *faro* que ahora llaman *Fortaleza británica*. Creo que esta es la que Tácito denomina *flota británica* cuando habla de la guerra contra Civil, porque podía llegar a Britania. A pesar de ello, globalmente, toda la flota recibía el nombre de *germánica* y así, también en Tácito, puedes encontrar *a Julio Burdón, prefecto de la flota germánica*. Esta distribución de las flotas hará inteligibles pasajes de Tácito o permitirá conciliar aquellos que parece que se contradicen, como cuando escribió {en el libro V de las «Historias»} que *toda la flota de 24 naves se pasó* (a Civil) *o fue apresada*. ¿*Toda* ella no contaba más que con ese número de naves? Y por cierto que, más adelante, dice de nuevo que Cerial combatió con naves, si bien *en desventaja por el número, pero con ventaja por su tamaño*. No es posible, no obstante, que las construyese tan rápido, y está claro que las tomó de otro lugar, sin duda se trata de aquellos grandes trirremes que había en el océano, junto al faro. Sobre estas naves Hegesipo escribe lo siguiente a partir de Josefo: *El Rin, en fin, ya no está repleto de tropas germanas, sino de naves ligeras romanas que patrullan regularmente* HASTA EL MAR *por los dos brazos del río, y van reduciendo a servidumbre a naciones libres*. Ahora bien debe leerse en este punto *garfios germanos*, que es un tipo más pequeño de nave al que los germanos llamaban así por la manera de amarrarlas y encadenarlas {*Koppelen*}. Se afirma que en su lugar había entonces *liburnas* rostradas romanas, creo

vinciendo et ligando dicebant. Dicit earum loco *Liburnas* iam rostratasque Romanorum esse: credo, biremes. quas et *pererrasse* totum amnem identidem scribit: et an *Lusorias* dictas? Vox crebra in Ammiano, Vegetio, aliisque.

11. Altera classis Fluviatilis, in *Danubio*. de qua Tacitus {XII Ann[alium]}: *Vannius funditur proelio, et ad classem in Danubio operientem perfugit*. Nominantur et Vegetio *Lusoriae, queis in Danubio* COTTIDIANIS *utuntur* EXCVBIIS. In Codice Theodosiano titulus, *De Lusoriis Danubii*. In Novella quadam: *Castrorum quinetiam ipsis, luxuriarumque curam mandamus*: legendum, *Lusoriarumque*.

12. Credo et tertiam fluviatilem in *Euphrate* fuisse: quidni in magno flumine, et contra Parthos? Ammiani aliquot loca suadent, etsi non cogunt: nec alibi certo legi.

13. Habes totam munitionem imperii, terra marique: an non validam, utilem, opportunam? sed et adspectu aut cogitatu pulchram, cum imaginem proponis (Aristide delineante) *magnae urbis, cuius fossae, flumina essent; turres et propugnacula, militaria in finibus castra aut castella; ipsa moenia, non e latere ullo aut lapide, sed aere ac ferro tot praetendentium legionum*.

14. Aud.- Mehercules delector, et cogitatione peragro ac iungo, quae locis situque divisa. Sed ipsam summam totius praesidii cur non expressisti?

15. Lips.- Facile est, et per te possis: quantum quidem certus partium dictarum est numerus. Vbi non, divinetur. Aio igitur in provinciis copias non minus fuisse, *Legionum, Cohortium, Alarum, ducentis quinquaginta millibus*, aut circa : et sic, ut legiones nec plenissimas, sed IIII millium accipiamus. In Vrbe, ponere liceat in universum ad XXVI millia militum: et post Severum vel ad *sexagena*. In classibus omnibus, haud minus *centum millibus* militum remigumque. Ita fiant in universum, supra *quadringenta millia* ordinariorum: etsi Agathias Historicus plures etiam, et largiter, fuisse asseveret. Nam de Iustiniani aevo loquens, *negat copias Romanorum tantas, quantas* OLIM *esse: nec iam sufficere tutelae imperii, contra hostes. Cum enim,* inquit*, ad* SEXCENTA QVADRAGINTAQVINQVE MILLIA *militum universas eas colligere oporteret; vix tunc in centum quinquaginta millibus consistebant*. Haec ille scriptor, et credo vera atque explorata (cum tam curiose numeret) attulisse. [[Oportuit igitur Auxiliares copias grandes fuisse[[: et tu considera vim copiamque Romanam]].

16. Aud.- Imo an non]] legiones fortasse plures faciendae sunt, et vel ad XLIIII. ordinariae sub Augusto ac deinceps locandae? Hoc enim et Orosius et Appianus dicere videntur: et vir doctissimus ita affirmat.

17. Lips.- Errat ille vir doctissimus: nec aliter sub Augusto fuit, ac dixi. De Orosio et Appiano, hoc saltem dicunt, Sexto *Pompeio in Sicilia victo* XLIIII *legiones, iunctis omnibus copiis* (et Lepidi nempe, et Sexti, et ipsius) *in universum, Augustum habuisse*:

---

24 asseveret 1599, 1605] adseveret 1598 **28-31** [[Oportuit...non]]1605] AVD. Nempe 1598 **29** [[: et...Romanam]] 1605, deest 1599 **33** affirmat 1599, 1605] adfirmat 1598

---

3 Amm. 17.2.3; Veg. 2.1.4, 4.46.9 **5** Tac. *Ann*. 12.30.1-2 **6** Veg. 4.46.9 **7** *Cod. Theod.*7.17 **7-8** *Nov. Theod*. 24.1.1 **13-15** Aristid. 26.79-84 **27-30** Agath. 5.13.7 **39-40** Oros. 6.20.6 **39-40** App. *BC*. 5.127

que se trata de birremes. De ellas se escribe *que patrullaron* por todo el río sin cese, ¿es posible que también recibieran el nombre de *recreativas*? El término es frecuente en Amiano, Vegecio y otros.

11. La segunda flota fluvial se encuentra en el *Danubio*, sobre la cual dice Tácito {XII de los «Anales»}: *Vannio es derrotado en la batalla y acude a la flota que operaba en el Danubio*. También se cita en Vegecio *a las recreativas que se usan en el Danubio para las* RONDAS DIARIAS. En el Código Teodosiano hay un título *sobre las recreativas del Danubio*. En cierta Novella se lee: *Les encargamos también la supervisión de campamentos y de lujurias*, pero debe leerse *y de recreativas* .

12. Creo también que hubo una tercera flota fluvial en el *Éufrates*, ¿por qué no habría de haberla en un río grande para oponerla a los partos? Algunos pasajes de Amiano abogan a favor de ello, si bien no concluyentemente y en ningún otro lugar, a decir verdad, se lee algo parecido.

13. Tienes así la estructura defensiva del imperio en su conjunto, por tierra y por mar, ¿no te parece aguerrida, provechosa y eficaz? Hasta era hermosa en su forma y planificación, si te la imaginas (siguiendo los trazos de Aristides) como *la de una gran ciudad, cuyos fosos son ríos; sus atalayas y baluartes, los campamentos y fortificaciones militares de las fronteras; su misma muralla no está hecha de ladrillo ni de piedra sino del bronce y del hierro de todas sus fulgurantes legiones*.

14. Discípulo- Por Hércules, qué gozada, con la imaginación puedo escrutar y dar forma precisa a lo que se encuentra esparcido en citas olvidadas. Pero, ¿por qué no has dado una cantidad de todas las guarniciones?

15. Lipsio- Eso es fácil, tú mismo puedes hacerlo. En efecto, pensemos qué cantidades son seguras en los cuerpos tratados. En el resto, dedúzcase. Yo sostengo, pues, que en las provincias los efectivos de las *tropas legionarias*, *de infantería* y *caballería auxiliar*, no fueron inferiores a *doscientos cincuenta mil* hombres más o menos, y ello, admitiendo la existencia de legiones no completas, sino de 4 mil hombres. En la Ciudad es lícito poner en conjunto unos 26 millares de soldados, y después de Severo casi los *sesenta*. Entre todas las flotas no hubo menos de *cien mil* entre soldados y tripulaciones. Así, en total resultan por encima de *cuatrocientos mil* soldados regulares, si bien Agatias, el historiador, asegura que fueron muchos más. Pues, tratando del tiempo de Justiniano *niega que los ejércitos de los romanos sean tantos como* ANTIGUAMENTE *y que ya no son suficientes para proteger el Imperio contra sus enemigos. Pues*, añade, *convendría que en conjunto comprendieran unos* SEISCIENTOS CUARENTA Y CINCO MIL *soldados y, entonces, apenas completaban los ciento cincuenta mil*. Estas son las palabras de aquel escritor, y yo creo que sus datos son veraces y fruto de investigaciones (pues calcula con mucho rigor). Conviene, asímismo, que las tropas auxiliares fueran numerosas: evalúa tú mismo, pues, el poder y la fuerza militar romana.

16. Discípulo- Por cierto... ¿no habría que pensar que había más legiones y situar en tiempo de Augusto o inmediatamente después 44 regulares? Esto, al menos, es lo que parecen decir Orosio y Apiano, tal cual lo afirma cierto eminente doctor.

17. Lipsio- Se equivoca ese eminente doctor, pues las cosas sucedieron de muy otro modo en tiempos de Augusto, como he dicho. Si hablamos de Orosio y Apiano, ellos refieren exclusivamente lo siguiente: *tras la victoria sobre* Sexto *Pompeyo en Sicilia y contando todas las fuerzas militares* (naturalmente, las de Lépido y las de Sexto y las suyas propias) *Augusto tuvo en conjunto 44 legiones*, pero no añaden, *y las conservó*.

sed hoc non addunt, et *servasse*. Ille vero non servavit, sed sparsit, et in *Colonias* misit, de quibus ordo et haec admonitio suadent iam dici.

Pues, a decir verdad, no las conservó, sino que las disolvió y las envió a *colonias*, sobre las cuales, el orden del discurso y esta pequeña corrección están aconsejando que se comience a hablar.

Lib. I cap. 6: De Coloniis, et modus fructusque deducendi.

1. Praemisi vero, Praesidia militum in longinquis limitaneisque locis fuisse, pauca aut nulla in provinciis mediis: imo pleraeque earum sine milite aut armis ullis. Quid ergo tuebatur interiora, et quieta praestabat? *Coloniarum* deductio, optimo et sapientissimo Romuli invento. Nam ad illum consensu referunt. qui victis finitimis opidis aut gentibus, partem earum solitus in urbem et ad se traducere; partem illic relinquere, sed sic ut Romanos suos misceret, custodiam et regimen, nequid moverent. Eos ita missos, *Colonos* appellaverunt, *et ab agrorum novae dedicatione culturae* (ait Hyginus) *ipsas Colonias appellaverunt*. Ratio et modus erat, ut agri dividerentur viritim: idque a *Triumviris*, quos graves et prudentes viros huic rei legere solebant: qui et sedes, agrosque, et ipsum opidum (si condendum esset) disponebant, et iura ac formam novae quasi reip[ublicae] dabant. Sic tamen, ut omnia Romam et urbem matrem referrent. ipsis quoque locis, Fora, Capitolia, Templa, Curiae pro illa imagine essent; et in gubernatione, *Duumviri* plerisque coloniis, quasi duo Consules, et *Decuriones* pro Senatu.

2. Varia in hoc instituto utilitas, quam licet percurramus. Prima, quod allevabatur urbs ipsa princeps, et superfluam nimiamque multitudinem, ut sanguinem emittebat. Ita victus facilior, ita turba minor; et turbae quoque, faciles oriri inter tam confertos. Sed et soboli magis vacabant libentiusque, sic vacui: non aliter quam arbores aut plantaria magis se diffundunt et propagant, ubi in arcto non stipantur.

3. Altera utilitas, ipsos hostes aut subditos tangit. Vbi enim Coloniae sic collocatae, loca frequentabantur, colebantur, poliebantur etiam, novorum hospitum adventu, et artium invectu. Divina Providentia hoc fine Graecos olim in Asiam, Europam hanc nostram, usque in Hispaniam, per maritima loca misit et disposuit: ut rudes ferocesque humanitate et elegantia percolerent, atque ad mitiora studia et mores transferrent. Quod idem Romani mox fecere: et iis cultum hunc omnem debet pulcherrimus noster Europae tractus.

4. Tertia utilitas, quae praecipue in oculis Romulo et Romanis, Praesidium in subiectos. Sparsa haec tot opida, locis opportunis, et in iis Romanus sanguis: quid nisi tot arces et propugnacula erant imperii Romani? Dicamus quidlibet: nihil tam validum, quam talis aliqua deductio: et ubi ii qui agros in alieno accepere, semper obligantur aut tueri iura imperiumque donantium; aut pelli, si et ii pellantur. Atque hic primus, ut dixi, praecipuusque aspectus: accessere mox, valde aucta re Romana, duo alteri. Prior, ut plebem inopem et gravem sic exhaurirent: alter, ut militibus emeritis praemia largirentur. Nam ecce in tanta urbe, et crescente civium tenuiorum numero, per tot

---

4 pleraeque 1599, 1605] multae 1598 **15** coloniis 1599, 1605] locis 1598
Consules 1605] *Aediles* item 1598, 1599 **22** etiam 1599, 1605] maxime 1598

---

6 DH 2.35-36 **9-10** Agrimens. (=Hyginus gromaticus) p. 140

Lib. I cap. 6: Sobre las colonias. El modo y las consecuencias de fundarlas.

1. Es bien cierto que más arriba dije que las defensas militares se encontraban en lugares alejados y fronterizos, pocas o ninguna de ellas estaban en las provincias del interior y, por cierto, que la mayoría de las provincias se mantenía sin ejército ni necesidad de armamento alguno. Pues bien, ¿qué protegía las zonas del interior y las conservaba en calma? El establecimiento de *colonias*, inmejorable y sapientísima invención de Rómulo. De hecho, a él se le suele atribuir por consenso. Al vencer a ciudades o naciones vecinas, solía trasladar parte de su población a la ciudad y junto a sí, otra parte permanecía en el lugar, pero de manera que los mezclaba con sus romanos que actuaban como guarnición y gobierno, para que nadie se sublevara. A aquellos que eran enviados según este principio los llamaron *colonos*, *y por la nueva dedicación a la agricultura* (lo dice Higinio) *a estos lugares se les llamó colonias*. El mecanismo y la manera de hacerlo era el de repartir tierras individualmente a cada beneficiario. Esto lo realizaban *triunviros*, hombres a los que se solía elegir por su gravedad y prudencia para este menester. Estos ordenaban el asentamiento, los campos y la misma ciudad (si se tenía que fundar), y le proporcionaban las leyes y la forma de casi un nuevo Estado. Lo hacían de modo que todo concordara con Roma o con la metrópoli. Hasta los propios espacios urbanos, foros, capitolios, templos, curias estaban hechos a imagen de aquella, y en lo relativo a la gestión política, los *duumviros* ocupaban el lugar de los dos cónsules en la mayoría de las colonias, y los *decuriones* el del Senado.

2. Con este tipo de institución, varias eran las ventajas que conviene que expliquemos. La primera era que la propia capital se aliviaba, y expulsaba a una multitud superflua y sobrante, como ocurre con la sangre. A medida que descendía el vulgo, se mejoraba la calidad de vida en la ciudad, pues el vulgo tiende a crecer cuando vive apretado. Pero, por otro lado, la raza humana crece de buen grado y tanto más despreocupada, cuanta más libertad recibe, y en este caso ocurre algo no muy diferente a lo que pasa cuando los árboles o las cosechas crecen y se propagan si se siembran sin estrechuras.

3. La segunda ventaja afecta a los propios enemigos o sometidos. En efecto, allí donde se establecían colonias, los lugares se poblaban, se explotaban y cultivaban con esmero, por la llegada de nuevos habitantes y la importación de nuevas artes. Antiguamente, la Divina Providencia envió con este fin y repartió por las costas de Asia, de esta nuestra Europa y hasta de España, a los griegos. Ellos cultivaban con civilización y buenas maneras a pueblos feroces y rudos que a partir de entonces se empleaban en afanes y costumbres más benignas. Lo mismo hicieron luego los romanos, y el bellísimo trazo de nuestra Europa les debe a ellos nuestro nivel de civilización.

4. La tercera ventaja, que estuvo particularmente a la vista de Rómulo y de los romanos, fue la Defensa frente a los sometidos. Todas estas ciudades con presencia de sangre romana, repartidas por lugares estratégicos, ¿qué eran, si no fortalezas y baluartes del Imperio romano? Cualquier colonia sirve de ejemplo: no hay nada tan aguerrido como una fundación colonial, pues allí donde se asienten, las comunidades que hayan tomado tierras ajenas se comprometen siempre a proteger las leyes y el imperio de los que se las han donado, si no, se arriesgan a ser expulsados si se expulsa también la autoridad que los asentó. Y, tal como dije, este fue el primero y el principal aspecto, luego vinieron los otros dos, conforme el Estado romano fue aumentando considerablemente. El primero, debilitar a una plebe pobre y peligrosa; el segundo, conceder abundantes recompensas a soldados licenciados meritoriamente. Pues, cómo explicar la situación que nos encontramos de una ciudad tan grande en la que el número

manumissiones: quae ratio alendi aut subsistendi fuit, nisi ut emitterent? non aliter, quam ubi alvearia plena, nova examina in alia et nova transfunduntur. Sic et, occulto Politico consilio, sentina et fex urbis educebatur: purior meliorque pars asservabatur. Iam vero in militibus pulchrum. et quis non libens in eam Militiam se impenderet, ubi et post eam tam magna et certa praemia essent? Agri et sedes dabantur, regimen illic et honores, pecunia etiam (nam sic Augustus instituit) ad instrumenta, iumenta, et siquid opus, coëmendum. Ego vero ausim dicere, nec isto aevo Militiam satis bonam, fidam, facilemque futuram, nisi tali praemiorum ratione: nec difficile fortasse, cum magno bono publico, excogitare.

5. Ista igitur deductio Coloniarum, et caussae: in quibus tamen tyranni aut violenti aliquot cives fraudem et iniuriam miscuerunt. ut Corn[elius] Sulla, qui non, ut olim, agros ex hoste captos distribuit; sed in ipsa Italia, quod sciebat milites appetere, sedes iis dedit. Quod fieri non potuit, nisi pacatis fidisque populis, per summam iniuriam et scelus, expulsis. Appianus auctor est *vigintitres* legiones ab eo sic deductas, quae facerent (si probe commemini) *centum viginti millia*, cum iis qui adiuncti. Simile et Caesar Iulius, in pace et Consulatu fecit, qui agrum Campanum et Stellatem *viginti millibus* civium, colonia Capuam deducta, divisit. Idem iam Dictator, *in transmarinas colonias octoginta millia civium distribuit*, Suetonio auctore: id est, in Carthaginem maxime et Corinthum. Quod noto, ut numerus videatur deductorum: qui sane grandis fuit, sive e civibus togatis, sive e militibus veteranis.

6. Augustum *centum viginti millia* deduxisse sub *quintum Consulatum* suum (bellis Civilibus iam finitis) lapis Ancyranus ostendit: et postea multa millia adiunxit. [[Cave enim censeas, illa tantum deduxisse. Imo in sola Italia *duodetriginta colonias collocavit*, ut Suetonius notat: quid apud tot exteras gentes, et imperio tam diuturno]]. Itaque]] huius Principis plurimae, et in toto orbe terrarum fuerunt: quod ipsa agnomina earum ostendunt. Denique paullatim tanta frequentia, ut negem regionem, imo vix regiunculam fuisse, in qua Coloniae aut Colonia non esset. Tot illis vinclis miramur orbem compeditum et astrictum, in Romana ditione et imperio mansisse? Non ego: sed nec Velleii iudicium valde probo, *inter perniciosissima Gracchi habentis; quod extra Italiam colonias posuerit*. Equidem planissime contra sentio: et ad hunc coërcendi finem, aliter oportuit; aut nec imperium extra Italiam proferre. Timorem quem timet, nequa Colonia potentior matre sua fiat, sic longinqua: nullus est, et certe locum in Romano aliquo imperio non habet. Sed nec Hispano: et prudentissime eos censeo Novum orbem coloniis implesse.

7. Quarum alia atque alia genera tamen erant, et quaedam *Romani*, aliae *Latini*, quaedam et *Italici* iuris. Reperio et *Patritias*, et *Equestres* agnominatas; haud dubie, in quam digniores civium militumve deducti.

---

7 ausim dicere 1605] dixerim 1598, 1599 **8** fortasse 1605] deest 1598, 1599 **23-25** [[Cave...Itaque]] 1605] Nam 1598 **23-24** [[Cave...diuturno]] 1605] In sola Italia *duodetriginta colonias* collocasse, Suetonius notavit. 1599 **25** plurimae 1599, 1605] plurimae Coloniae 1598

---

14 App. *BC* 1.104 (≅ *BC* 1.96) **17-18** Suet. *Caes*. 42.1 **21** RGDA 15 **23-24** Suet. *Aug*. 46.1 **29-30** Vell. 2.7.7

28-29 nec Velleii iudicium valde probo, = nota 3

ciudadanos pobres crece a causa de una gran cantidad de manumisiones, ¿para qué alimentarlos y sustentarlos, si no es para que emigren? Ocurrió no de otro modo a como cuando una colmena está llena: otros ejambres nacen si se trasladan a nuevos lugares. Así también, mediante una estrategia política oculta, la escoria y el desecho de la ciudad era expulsado, mientras se conservaba lo mejor y más puro. Y, además, era una sistema espléndido para los soldados, pues, ¿quién no se consagraría gustoso a la milicia, si después de ella le estaban esperando tan grandes y seguras recompensas? Se les entregaban campos de labor y asentamientos, y el gobierno y cargos públicos en los nuevos lugares, también dinero (pues así lo estableció Augusto) para comprar aperos, animales o aquello que fuera necesario. Por ello me atrevo a afirmar que en tal época la milicia sólo llegó a ser tan noble, intrépida y abundante, por razón de tales recompensas y que no es difícil, entonces, imaginar que ello provocó un gran bien para el Estado.

5. Así pues, en esto consistía el establecimiento de colonias, tales fueron sus pormenores. Sin embargo, tiranos y algún que otro ciudadano despótico se encargaron de introducir fraude e injusticia en esta institución. Es el caso de Cornelio Sila que no distribuyó, como antiguamente, campos tomados al enemigo, sino de la propia Italia, los que sabía que apetecían los soldados, y en ellos les proporcionó asentamientos. Cosa que no pudo hacerse sino tras expulsar con gran injusticia y villanía a pueblos pacíficos y fieles. Al decir de Apiano, desmovilizó y asentó de este modo a *veintitres* legiones, que son (si calculáis correctamente) los *ciento veinte mil* hombres, que las componen. De modo similar hizo en tiempos de paz y durante su consulado César Julio, que dividió para *veinte mil* ciudadanos el campo de labor de Campania y Estela, tras someter a Capua a reparto colonial. Lo mismo hizo ya como dictador, al decir de Suetonio, pues *distribuyó ochenta mil ciudadanos entre las colonias ultramarinas*, esto es, sobre todo en Cartago y en Corinto. Destaco para que se vea el número de los enviados como colonos, que fue amplísimo, ya se refiera a ciudadanos togados, ya a soldados veteranos.

6. La inscripción de Ankara demuestra que Augusto asentó en colonias a *ciento veinte mil* durante su *quinto consulado* (concluidas las guerras civiles) y después añadió a muchos miles más. Puede ser que pienses que esas colonias fueron las únicas que creó. Pues bien, si sólo en Italia *estableció veintiocho colonias*, como apunta Suetonio, qué no ocurriría en todas aquellas naciones extranjeras y a lo largo de un Imperio tan extenso... Por lo tanto, hubo muchas de este príncipe en todo el orbe terrestre, y ello lo muestran los propios sobrenombres de las colonias. En definitiva, poco a poco se hizo tan frecuente que afirmo que no hubo región ni apenas comarca en la que no hubiese una o varias Colonias. ¿Debemos asombrarnos por el hecho de que el orbe quedara atado y bien sujeto con tales vínculos y porque perdurase bajo la jurisdicción e imperio romanos? Yo no. Pero tampoco estoy en absoluto de acuerdo con el juicio de Veleyo:(3) *Entre las cosas más perniciosas del programa de Graco estaba que establecería colonias fuera de Italia*. Yo pienso, desde luego, de un modo completamente opuesto, pues para evitar tal fin hubiera habido que actuar de otro modo, y renunciar a llevar el imperio fuera de Italia. Su temor, que ninguna colonia llegara a ser más poderosa que su metrópolis estando lejos de esta, es absurdo y, a decir verdad, no tiene razón de ser en lugar alguno del Imperio romano. Ni tampoco en el hispano, pues pienso que han llenado el Nuevo mundo de colonias con gran previsión.

7. De estas colonias, bien es cierto, había muchas y de diferentes tipos, algunas eran de derecho *romano*, otras *latino* y algunas otras *itálico*. Las encuentro también con el sobrenombre de *Patricias* o *Ecuestres*, sin duda porque en ellas se asentaron ciudadanos o soldados más honorables.

8. Aud.- Sed de numero igitur, nihil certi aut definiti habes?

9. Lips.- In Italia sola *centum quinquaginta* fuisse reperio; in Africa, circiter *sexaginta*; in Hispaniis, ad *triginta*; paullo minus in Galliis: et idem iudica de reliquo orbe. Difficile enim haec adnumerare firmiter: cum et aliqua legentem fallant, et non omnia hodie in libris legenda. Hoc Senecae tibi suffecerit {Ad Helv[iam] Consolat[ione]}: *Populus Romanus quot Colonias in* OMNES *provincias misit?* VBICVMQVE VICIT *Romanus,* HABITAT.

10. Aud.- Quaero etiam, ecquid serio probes hoc ius sive morem colonicum?

11. Lips.- Dixi, et probo: atque adeo magnis Regibus adsuadeam imitari.

12. Aud.- Tune? In tam aperta iniuria? nam certe aliena eripiebant, possidebant, posteris tradebant.

13. Lips.- Quid tum? utilitas publica magna, ut in aliis, exiguum hoc iniquum diluit, vel absorbet. Etsi cur iniquum? qui iniuriam intulit, iuste malum et poenam habet. Coërcendi hoc modo sunt, et ne in posterum noxam noceant, refraenandi.

6-8 Sen. *Cons. Helv*. 7.7

8. Discípulo- De todos modos, ¿no tienes nada seguro y definitivo en cuanto a su número?

9. Lipsio- Sólo en Italia he encontrado que hubo *ciento cincuenta*; en África, alrededor de *sesenta*, en las Hispanias unas *treinta*; poco menos en las Galias y las mismas referencias sobre el resto del orbe. Por lo demás es difícil dar un número seguro, porque algunas equivocan al lector y no todas se pueden encontrar actualmente en los libros. Este pasaje de Séneca te bastará {en la «Consolatio ad Helviam»}: *¿Cuántas colonias envió el pueblo romano a* TODAS *las provincias?* DONDEQUIERA QUE *el Romano* CONSIGUE LA VICTORIA, ALLÍ SE ASIENTA.

10. Discípulo- Pero yo me pregunto si apruebas seriamente este derecho o hábito colonial.

11. Lipsio- Ya he dicho que lo apruebo, y aconsejo a los grandes reyes que con mayor motivo se imite.

12. Discípulo- ¿Tú a favor de una injusticia tan evidente?, pues, con toda certeza, arrebataban lo ajeno, se apropiaban de ello y lo transmitían a los descendientes.

13. Lipsio- Bueno, ¿y qué? Un gran provecho público, como en otros casos, diluye y deja en nada este exiguo acto inicuo. Aunque, ¿por qué inicuo? Aquel que comete una injusticia recibe justamente su mal y su castigo. Hay que aplicar la justicia de este modo y para que no se hereden los delitos, reprimirlos.

Lib. I cap. 7: Multitudo Romanorum, et ratio adsciscendi gentes, aut transferendi.

1. Aud.- Sed mihi hic admiratio et quaestio, Vnde Romanis ea copia, sic assidua, vel Militum vel Colonorum? Nam cum intueor et examino; examina habuisse hominum debuerunt, quae sic conscriberent, aut transferrent.

2. Lips.- Haud de nihilo petis, et satisfaciam: scito. Romanos primum pauculos fuisse, et cum Romulus militiam et remp[ublicam] ordinavit, vix ad *millia terna* peditum (alii *bina millia* volunt) censa, et equitum *trecentos*. At idem ille, cum e vivis abiit, peditum reliquit XLVI *millia*, et equitum *mille*. Tantum viri opesque creverant in annis circiter, quibus Romulus regnavit, *trigintaseptem*. Res mira est. et quibus artibus aut industria ille hoc assecutus? Apertione asyli; quae haud dubie aliquid adiuvit, et e vicinis, etsi non optimos, elicuit. Lege de liberis lata, qua iussit quidquid natum esset tolli, modo ne mutilum aut monstrosum. Receptione in civitatem, quam non exteris solum confluentibus, sed victis et hostibus dedit. Laudant cum alii hoc institutum eius, tum Claudius Imp[erator] apud Tacitum {XI An[nalium]}: *Quid aliud exitio Lacedaemoniis et Atheniensibus fuit, quamquam armis pollerent, nisi quod victos pro alienigenis arcebant? At conditor noster Romulus tantum sapientia valuit, ut plerosque populos eodem die hostes, dein cives haberet*. Atque id sane diu retentum Romae, ut e provincialibus honestissimos, hoc beneficio civitatis obligarent; et ita simul se augerent, simul discrimen, et tacitum paene dissidium {*Ob aemulationem inter receptos, et non receptos*}, inter illos conciliarent. Claudianus in Romae laudibus:

Haec est, in gremium victos quae sola recepit,
Humanumque genus communi nomine fovit,
Matris, non dominae, ritu: civesque vocavit
Quos domuit, nexuque pio longinqua revinxit.

3. Ita, quod ex illo apparet, diffusum late aut undique iam hoc beneficium: et cives Romani facti, quicumque in orbe Romano essent, ex constitutione Imp[eratoris] Antonini. Excluduntur iam ergo soli servi et barbari. quo sensu Sidonius scripsit {Lib[ro] I}, et appellavit *Romam verticem mundi, patriam libertatis, in qua unica totius mundi civitate soli* BARBARI *et* SERVI *peregrinantur*. Itemque passim alii *Communem patriam*: et ad eam his versibus Rutilius:

Fecisti patriam diversis Gentibus unam,
Profuit iniustis te dominante capi.
Dumque offers victis proprii consortia iuris,
VRBEM *fecisti, quod prius* ORBIS *erat.*

---

17 *quamquam* 1599, 1605] *quanquam* 1598 **31** iam 1605] deest 1598, 1599

8-9 DH 2.2.4 **9-10** DH 2.16.2 **11** DH 1.75.1 (=2.56.7) **16-19** Tac. *Ann*. 11.24.4 **24-27** Claud. *Cons. Stil*. 3 vv.150-153 **32-33** Sid. *Ep*. 1.6.2 **36-39** Rutil. Nam. 1 vv. 63-66

Lib. I cap. 7: La población romana. La razón de admitir o transferir naciones.

1. Discípulo.- Hay algo en este asunto que me resulta sorprendente y sobre lo cual te quiero preguntar, ¿de dónde sacaron los romanos aquellas abundantes tropas de soldados y colonos? Conforme lo analizo y lo estudio, más convencido estoy de que debieron tener enjambres de hombres que lo mismo alistaban que trasladaban.

2. Lipsio.- No preguntas sin motivo, y voy a satisfacerte: sé que los romanos, al principio eran unos poquillos, y que cuando Rómulo dio forma a la milicia y al Estado apenas si censó a *tres mil* soldados de infantería (otros pretenden que fueron *dos mil*) y *trescientos* de caballería. Pero cuando él mismo partió de entre los vivos dejó *46 mil* soldados de infantería y *mil* de caballería. Tan gran cantidad de hombres y recursos se desarrolló en los aproximadamente *treinta y siete* años en que reinó Rómulo. Cosa maravillosa. Y, ¿con qué estudiadas técnicas lo consiguió? Con la creación del derecho de asilo, que sin duda contribuyó en cierta medida, pues atrajo a algunos vecinos, si bien no a los mejores. Con la promulgación de una ley sobre los hijos que obligó a reconocer a cualquier nacido, salvo a tullidos y deformes. Con la concesión de la ciudadanía, que se otorgó no sólo a los extranjeros que acudían en gran cantidad, sino también a vencidos y enemigos. Entre los que alaban esta institución de Rómulo se encuentra el emperador Claudio que dice en Tácito {XI de los «Anales»}: *¿Qué causó la ruina de lacedemonios y atenienses por más que fueran magníficos con las armas, sino el rechazar a los vencidos por ser extranjeros? Al contrario, nuestro fundador Rómulo tuvo la sabiduría de convertir en un mismo día a la mayor parte de los pueblos de enemigos en ciudadanos*. Y esto se conservó en Roma realmente largo tiempo, de modo que con el privilegio de la ciudadanía comprometían a los más honestos de los provinciales y, así, a la vez que aumentaban en número, procuraban distinción y un tácito distanciamiento a unos frente a otros {*por la envidia que surgía entre admitidos y no admitidos*}. Claudiano, en las alabanzas a Roma dice:

> *Ella es la única que acoge en su seno a vencidos,*
> *y da cobijo al género humano bajo un mismo nombre*
> *al modo de una madre y no de una dueña; llama ciudadanos*
> *a los que subyuga, y con piadoso nexo convence a remotas regiones.*

3. Así es, según se desprende de este texto, cómo se difundió ampliamente, por todas partes este privilegio, hasta el punto que todo aquel que viviese en el orbe romano se convirtió en ciudadano romano a partir de la Constitución del Emperador Antonino. Sólo quedaron excluidos esclavos y bárbaros. Sidonio {en el libro I} explica cuál fue el sentido de esta medida cuando llama *a Roma, vértice del mundo, patria de la libertad, que es la única entidad política de todo el mundo en que sólo los* BÁRBAROS *y los* ESCLAVOS *deben considerarse extranjeros*. Del mismo modo, por doquier, otros autores hablan de *la patria común*. A ella se dirije Rutilio con estos versos:

> *Hiciste una patria con naciones diversas*
> *tú, dominadora, has tenido éxito adoptando a los injustos.*
> *Ofreciendo a los vencidos los beneficios de tu propio derecho,*
> *hiciste una* URBE *de lo que antes era el* ORBE.

4. Haec ita posteriori aevo, nec optimo scilicet, nec optime: praestabat electio illa et secretio, ob varias caussas.

5. Sed tertia etiam ratio augendi cives, ex instituto non quidem Romuli, sed Servii Tullii. Ille cum videret plerosque tunc servorum, aut bello captos, aut e praeda emptos esse; atque eos fere e liberis et ingenuis, et ante etiam liberos: humanum bonumque putavit in civitatem recipere, siqui a dominis manumissi essent. Nam et Romanis moribus ingeniisque assuefacti iam erant; et sic fore providebat, ut semper, tamquam ex fonte domestico, proles scaturiret ad belli aliosque usus. Difficile id persuasum primo civibus, et inquinari eo consortio videbantur: sed nempe ostendit, et origine bonos eos esse, et iamdiu ipsos etiam hostes in hoc ius admissos: ita cur non idem domesticis et fidis servis indulgerent, caussam nullam esse. Maxime, cum in eorum manu totum hoc beneficium. et videre posse, ut nec temere manumittendo darent; et illos adnisuros, ut omni sedulitate ac fide emererentur. Amplius, futuros eos nihilominus velut in cura et clientela Patronorum: et sic nobiliores cives, in comitiis aut suffragiis, semper manum aliquam faventem et obnoxiam habituros. Ita illis persuasum. sed Regi in oculis praecipue, frequentia et multitudo civium, fundamentum omnis potentiae et diuturni status. Nec tamen ii aequiparati statim dignioribus, et veteribus civibus: reiecti in quattuor urbanas tribus fuere, et inventa ratio, ut minimum in suffragiis, aut alia publica re, pollerent. Quin et a militia legionaria et honestiore exclusi sunt: donec paullatim nepotes ac pronepotes eorum, vere iam Romanus sanguis, pervenirent. Liberti ipsi et Libertini (veteri quidem republica) arcebantur.

6. Hoc institutum, incredibile est, quantum civitatem auxerit: in qua aliquot servorum millia pauculis annis manumissa. Neque negandum est, utile initio et praeclarum fuisse: sed lapsu temporis, ut sit in humanis rebus, hic quoque lapsus: cum iam Syri, Cappadoces, Asiatici, Graeci, Barbari in servos recepti; et multi ex iis facinorosi et perditi; qui pretio, blanditiis, aut et foedis obsequiis libertatem meriti, quam colluviem in civitatem non invexerunt? Imo per eos effectum, ut egregia illa animi ac morum, Romana olim plebs, vilissima facta hominum sit, et uno verbo, cloaca ac sentina vitiorum.

7. Sed ista saeculis aliquot post Tullium. interea profuit largiter institutum, et effecit, ut cum primo censu ac lustro Ser[vii] Tullii, LXXIIII∞ censa essent, illo qui sub primis Consulibus fuit (nam Tarquinius Superbus intermiserat) CXXX∞ censerentur: idque eorum qui puberes, et in virili toga essent. Largus tibi hic numerus videtur: nihil est: cum post aliquot aetates, id est, anno Vrbis CCCCXIIII censa sint civium CCLX∞: et paullo ante bellum Marsicum, anno Vrbis DCXXXIX circiter *quadringenta* millia, paullo minus. At post id bellum, sociis iam in civitatem paullatim receptis, crevit valde

---

3 quidem 1599, 1605] deest 1598 **8** tamquam 1599, 1605] tanquam 1598

3-21 ≅ DH 4.23 **31** DH 4.22.2 **32** DH 5.20

4. Así sucedió en una época posterior que no fue la mejor ni dio lugar a las mejores soluciones. Hubiera sido preferible el mantenimiento de la elección y la separación de rangos por múltiples razones.

5. Pero la tercera manera de aumentar el número de los ciudadanos no se debió a una institución de Rómulo, sino de Servio Tulio. Al ver este que la mayoría de los que entonces eran esclavos habían sido capturados en la guerra o comprados del botín, y que su origen era libre y de buena familia, y que antes habían sido también libres, estimó que era humano y noble aceptarlos en la ciudadanía si alguno era manumitido por su señor. Pues ya estaban habituados a las costumbres romanas y a las propias de la libertad. De este modo abría las puertas para que, en todo momento, como si se tratara de una fuente doméstica, manara una descendencia que se había de dedicar a la guerra y a otros menesteres. Esto, al principio, a duras penas convenció a los ciudadanos, pues parecía que en su compañía se deshonraban. Pero, entonces, él les hizo ver que aquellos eran nobles por su origen y que desde hacía tiempo los propios habían recibido este derecho, no había motivo pues de preocupación, si daban la libertad a esclavos domésticos y fieles. En particular porque quedaba en sus manos la totalidad de este privilegio. También pudieron darse cuenta de que no debían manumitir gratuitamente, y que aquellos se habían de esforzar por merecerlo con confianza y celo. Además se dieron cuenta de que, por si fuera poco, aquellos iban a permanecer en el futuro dentro de la tutela y la clientela de los patronos y que, así, los ciudadanos más nobles dispondrían siempre en comicios y sufragios de cierto grupo favorable y sumiso. De este modo les persuadió, pero la institución fue particularmente apetecible para el Rey porque la abundancia y la afluencia de ciudadanos es el fundamento de todo poder y Estado duradero. De todos modos, no eran equiparados al momento a los ciudadanos más dignos y venerables: fueron relegados a las cuatro tribus urbanas. Esta medida se adoptó para que tuvieran poco peso en los sufragios y otros actos públicos. Es más, quedaron excluidos de la muy noble milicia legionaria, en tanto que llegaran paulatinamente sus nietos y biznietos, por fin verdadera sangre romana. Estos como libertos y libertinos (antiguos, ciertamente, dentro del Estado) quedaban excluidos de ella.

6. Es increíble cuánto benefició esta institución a la comunidad. Por ella, en unos poquillos años, se manumitió a algunos miles de esclavos. Y no debe negarse que al principio fue algo útil y providencial. Pero aquí también, con el caminar del tiempo y como ocurre en los asuntos humanos, se produjo un traspiés. Conforme se incorporaban como esclavos a sirios, capadocios, asiáticos, griegos, bárbaros muchos de los cuales eran indignos y estaban cargados de delitos, uno se puede preguntar que cuántos de los que entonces ganaron su libertad con dinero, arrumacos o incluso con sumisión servil no lo hicieron acarreando a la vez basura dentro la comunidad. Es muy cierto que ellos provocaron este efecto, de modo que la antigua plebe romana, ilustre por su coraje y costumbres, se convirtió en un grupo de hombres muy despreciable y, en una palabra, en una cloaca y letrina de vicios.

7. No obstante esto ocurrió algunos siglos después de Tulio. Entretanto la institución fue muy provechosa y tuvo sus efectos hasta el punto de que con motivo del primer censo y revisión quinquenal de Servio Tulio se censaron 74.000; en el que se realizó bajo los primeros cónsules (pues Tarquinio el Soberbio los había interrumpido) se censaron 130.000 contando los de edad púber y con toga viril. Te parece alta esta cifra: es insignificante, porque algunos años más tarde, en el 414 de la Ciudad, se censó a 260.000 ciudadanos y poco antes de la guerra contra los marsos, en el 639 de la Ciudad, aproximadamente a *cuatrocientos* mil, o poco menos. Pero después de esta

numerus, et ad *nongenta* millia censa alibi nobis doctum {In I Elector[um], cap[ite] XXVII}. [[Cui ipsi numero firmando, velim addi haec Phlegontis in Chronicis. qui notat Olympiade, qua Lucullus Amisum cepit, et Mithridates ad Caberia vicit (id fuit circa annum Vrbis DCLXXXII) *censitas Romae nonaginta myriadas civium, et unam*, id est, *nongenta et decem millia*.]]

8. Quid iam sub Augusto? ipse de se in lapide Ancyrano clare hoc dicit, IN. CONSVLATV. SVO. SEXTO *Lustrum condidisse*, QVO. LVSTRO. CENSITA. SVNT. CIVIVM. ROMANORVM. CAPITA. QVADRAGIENS. CENTVM. MILLIA. ET. SEXAGINTA. TRIA. Immanis hercle numerus: et quis iam de copiis miretur coloniisque? At etiam crevit assidue, et sub Claudio Imperatore, Tacitus ac fidi auctores accensent, *sexagies novies centena sexaginta quattuor millia*. Vltra quaerere, supervacuum sit, cum iam passim in civitatem totae urbes regionesque, ut dixi, receptae.

9. Aud.- Neque hercules quaero, affatim habeo quod mirer. Sed illud lubet scire, an ex solis igitur illis civibus copiae scriptae?

10. Lips.- Non e solis. olim quidem et e Latino nomine, ut scis: at postquam ii civitate donati, Principum temporibus maxime, coeperunt et e provinciis auxilia scribi. Augusti id inventum: et [[praeter conspicuam utilitatem in militia,]] caussam occultam etiam hanc habuit, subditos sic exarmandi, et quasi obsidibus traditis in fide continendi. Nam quotannis dilectus istos habebant, et optimum ac robustissimum quemque abducebant. Ita enerves provinciae; et illi qui dilecti, in longinquas et dissitas oras consulto trahebantur. Non enim facile res novas audere aut movere, inter ignotos et alienos. Civilis, qui Batavos ad rebellionem traxit, hoc quoque telo eos incitat: *Instare dilectum* (verba Taciti {IIII Hist[oriarum]}) *quo liberi a parentibus, fratres a fratribus, velut* SVPREMVM *dividantur*. Idem Galgacus, dux Britannorum, in eodem Tacito: *Liberos suos cuique ac propinquos natura carissimos esse voluit: hi per dilectus* ALIBI *servituri, auferuntur*. Atque eiusmodi auxiliorum, e variis gentibus, magna copia. quod et *Notitia Imperii* indicat, et Taciti haec verba: *Nil validum in exercitibus, nisi quod externum*. Iterimque: *Provinciarum sanguine provincias vinci*.

11. Aud.- Artem video, et simul auxilia bello scripta, simul materiem subductam rebellandi. Sed ista profecto translatio dura: et quo exemplo?

12. Lips.- Haud facile dixerim: nisi quod similia iam olim noto. Romulus ipse populos vicinos in urbem suam transtulit, Tullus Hostilius Albanos. Sed haec levia, et alio quodam fine. quid si totas gentes translatas doceam, eadem illa non rebellandi, aut coërcendi, caussa? Fecit Augustus in Sugambris et Suevis, quorum *quadraginta millia* (hoc verius censeo ex Eutropio, quam quod in vulgatis Suetonii libris *quadraginta*

2-5 [[Cui...*millia*]] 1599, 1605] deest 1598 **4** Vrbis 1605] urbis 1599 **11-12** ,ut dixi, 1599, 1605] deest 1598 **17** quidem 1599, 1605] deest 1598 at 1605] ac 1598, 1599 **19** [[praeter...militia,]] 1605] deest 1598, 1599

---

1 Lips. *Elect*. I.27 **4-5** Phot. 97 (=Phleg.), p. 64, l. 7-15 **6** RGDA 8 **10** Tac. *Ann*. 11.25.5 **24-26** Tac. *Hist*. 4.14.3 **26-27** Tac. *Agric*. 31.1 **29-30** Tac. *Ann*. 3.40.3 **30** Tac. *Hist*. 4.17.2 **39** Eutr. 7.9.1 [ed Santini: XL *captivorum milia*]

guerra, tras admitir paulatinamente a los aliados dentro de la comunidad, la cifra volvió a crecer ampliamente, y en otro lugar hemos demostrado que se censó a unos *novecientos* mil {en el I de los «Electa», capítulo XXVII}. Para confirmar esta misma cantidad quisiera incorporar estas palabras de Flegón en sus «Crónicas», que apunta que en la Olimpiada en que Lúculo tomó Amiso y venció a Mitrídates en Caberia (esto ocurrió en torno al año 682 de la Ciudad) *se censaron en Roma a novecientos miles de ciudadanos y diez mil más, esto es a novecientos diez mil*.

8. ¿Cómo era la situación llegado el tiempo de Augusto? Él mismo lo dice claramente en la inscripción de Ankara refiriéndose a sí mismo de este modo EN SU SEXTO CONSULADO *correspondía una operación de renovación del censo,* EN LA CUAL SE CENSARON CUATRO MILLONES SESENTA Y TRES MIL. ¡Por Hércules que es una cantidad prodigiosa!, ¿quién se sorprende, pues, por tropas y colonias? Pues bien, la población continuó creciendo y, en tiempos del emperador Claudio, Tácito y otros autores fiables cuentan *seis millones novecientos sesenta y cuatro mil*. Inquirir más allá es cuestión baladí porque entonces todas las ciudades y regiones en su conjunto habían recibido, como dije, el derecho de ciudadanía.

9. Discípulo.- Por Hércules que no voy a preguntar más, tengo ya bastante de lo que asombrarme, pero me gustaría saber una cosa más, ¿sólo se alistaban tropas de entre los ciudadanos?

10. Lipsio.- No, antiguamente, también se hacía entre los de derecho latino, como bien sabes, pero después de que fueran condecorados con la ciudadanía, principalmente en tiempos de los príncipes, se comenzaron a reclutar tropas auxiliares en las provincias. Creación de Augusto y, además, de notable utilidad en la milicia, esta institución respondía también a una razón oculta: la de desarmar así a los súbditos y mantenerlos leales una vez que eran entregados prácticamente como rehenes. Y es que cada año entraban en las levas y se les retiraba lo mejor y más fuerte. De esta manera las provincias quedaban debilitadas y los que se enganchaban eran trasladados a propósito a regiones alejadas y dispersas. En verdad, no era fácil acometer o promover revoluciones en lugares desconocidos y extraños. Civil, que arrastró a la rebelión a los batavos, precisamente los incita con esta puntilla: *Que la leva apremia* (son palabras de Tácito {en el libro IV de las «Historias»}), *por ella los hijos se separan de los padres y los hermanos de los hermanos, casi* DEFINITIVAMENTE. En este mismo sentido Galgaco, caudillo de los britanos, también en Tácito, dice: *La naturaleza quiere que a cada cual sus hijos y parientes próximos le sean muy queridos, pero por medio de la leva se nos arranca para servir* EN OTRO LUGAR. Por este medio se creaban grandes fuerzas de auxiliares de diferentes naciones cosa que también indica la «Notitia Imperii», al igual que estas palabras de Tácito: *No hay nada aguerrido en los ejércitos, tan sólo las fuerzas extranjeras*. Y en otra ocasión: *Las provincias se ganan con sangre de provincias*.

11. Discípulo.- Compruebo que es una técnica por la que a la vez que se reclutan auxiliares para la guerra, se evita un motivo de rebelión. Pero, dime, un traslado de tal dureza, ¿con qué ejemplo se ilustra?

12. Lipsio.- No me es fácil encontrarlo, a no ser que apunte otros casos similares más antiguos. El propio Rómulo trasladó a su ciudad a pueblos vecinos y Tulo Hostilio a los albanos. Pero estos traslados fueron leves y con un diferente fin. Me pides que dé todos los casos de traslado de naciones que pueda explicar, ¿cuántos de ellos lo fueron editur)

tot inquam illa millia *traiecit in Galliam, iuxtaque ripam Rheni, sedibus adsignatis, collocavit*. Ita et Galliam implevit, et ex hoste socium auxiliaremque fecit. Sed iudicio et consilio in hac re opus, ne plures suscipiantur aut traducantur, quam coërcere possis: peccatumque a secutis Imperatoribus (maxime post Constantinum) qui Barbaris receptis, imperium et urbem prodiderunt.

13. Alioqui multum commodi aut tutelae translatio haec habere possit. qua Philippum Macedonem (callidum illum regnandi) usum Iustinus prodidit: scribitque eum, *ut pecora pastores, nunc in hibernos, nunc in aestivos saltus traiiciunt; ita populos et urbes, ut illi vel replenda vel derelinquenda quaeque loca videbantur, ad libidinem suam transtulisse*. Parabat et Alexander simile, firmando imperio, nisi mors intervenisset. Nam in Commentariis eius inventum Diodorus tradit, *ut civitatum aliarum in alias migrationes fierent, itemque hominum traiectiones ex Asia in Europam, ex hac in illam*: et caussam addit, *ut gentes connubiis, commerciis, et amicitia inter se iungeret*: quae ipsa haud vana plane est, aliam tamen et intimam non expressit. Antipater, qui in partem potentiae successit, in idem hoc consilium: et Atheniensium urbis potens, ipsam eiusque regimen ditioribus honestioribusque concessit; tenues, et quidquid inopia turbidum, eduxit, et ad XX∞ eorum in Thracia, agris datis, collocavit. Lego et Tigranem regem, cui bellum Pompeius fecit, *trecenta millia* e Cilicia et Cappadocia in Armeniam et Mesopotamiam traduxisse, ad ea loca frequentanda et meliori genere implenda. Et ut vicina magis temporibus locisque tangam, Carolum Magnum satis scitum est, Saxones saepe rebelles translatione domuisse, et in Belgicae nostrae oris posuisse. Ludovicus etiam XI Galliae rex, Atrebatium fidei infensus, et quia a vita divelli quam a Burgundiaco imperio malebant, sparsit eos per Gallia urbes aliquot, et suos in locum introduxit. Quid in novo illo orbe etiam video? Reges Perüani tractus, quos *Ingas* ipsi appellant, pro firmamento status habebant, populos victos statim, cum tota sobole, transferre ad interiora loca, et in illa limitanea alios suos fidosque supponere. Hoc genus *Mitimaes* patria lingua vocabant.

14. Habes de multitudine, et eius caussis. Ac quaedam his inesse magnis Regibus imitanda ego scio: qui si exhauriunt semper (ut fit in militibus aut colonis emittendis) nec addunt: quid nisi fontem ipsum exhaurient et siccabunt? Serio, serio providendum est. Tu abi nunc, et cetera cras, si Deus volet, dabo.

15. Aud.- Haud libens, sed tamen pareo, et valetudini tuae tenui parco. Vale, et firmare.

---

11 tradit, *ut* 1599, 1605] tradit, statuisse *ut* 1598

1-2 ≅ Suet. *Aug*. 21.1 **8-10** Just. 8.5.7 **11-14** DS 18.4.4 **14-17** DS 18.18.4-5
17-19 ≅ Plu. *Lucul*. 21.4 **24-27** Cieza de León 1553, p.41

por razón de evitar rebeliones o de prevenirlas? Augusto lo hizo con los sicambros y con los suevos, de ellos *cuarenta mil* (estoy convencido de que esta cifra, sacada de Eutropio, es más correcta que los *cuarenta* de las ediciones de Suetonio), tantos miles, digo, *desplazó a la Galia y los estableció junto a la orilla del Rin, tras asignarles asentamientos*. Así reforzó la Galia y transformó al enemigo en aliado y tropa auxiliar. Pero es necesario ir con buen juicio y sentido en este tema, para no admitir ni introducir más de los que puedas controlar, error cometido por los emperadores siguientes (en particular después de Constantino) que abandonaron el poder y la ciudad a los bárbaros recién llegados.

13. Por lo demás, este desplazamiento de población puede facilitar mucho la defensa. En este sentido es como Justino presenta la práctica de Filipo el macedonio (hábil monarca) cuando escribe de él *que igual que los pastores llevan sus ganados ahora a los pastos invernales ahora a los estivales; trasladaba pueblos y ciudades según su voluntad le decía que un lugar debía ser reforzado o quedar completamente abandonado*. También Alejandro hacía preparativos similares para consolidar su imperio cuando le sorprendió la muerte. Diodoro, en sus «Comentarios» explica el proyecto de *llevar a cabo migraciones de unas ciudades a otras, y traslados de hombres desde Asia a Europa y, de esta a aquella*, y añade la razón de hacerlo, *que las naciones se entrelazaran con relaciones matrimoniales, comerciales y de amistad*. Razón que, por lo demás, no carece de fundamento, si bien no expresa la otra más intima. Antípatro, que le sucedió en parte de su poder, era de la misma opinión y, al apoderarse de la ciudad de los atenienses, concedió a los más ricos y más nobles la ciudad y su gobierno; a los pobres y a todo aquel propenso a la sedición por la escasez, lo expulsó, y a unos 20.000 de ellos los estableció en Tracia tras concederles campos de labor. Leo también que el rey Tigranes, al que combatió Pompeyo, transportó *trescientos mil* de Cilicia y Capadocia a Armenia y Mesopotamia, para poblar y rellenar aquellas regiones con mejor género. Y, para tratar temas más cercanos en el tiempo y en el espacio, de sobra es sabido que Carlomagno dominó a los a menudo rebeldes sajones mediante los desplazamientos, y que los estableció en regiones de nuestra Bélgica. También Luis XI, rey de Francia, disgustado con la lealtad de los atrebatos que preferían perder la vida antes que el Imperio burgundio, los diseminó por varias ciudades de Francia y, en su lugar, introdujo a los suyos. ¿Qué observo en el nuevo mundo? Los reyes peruanos del país, que se llaman a sí mismos *Incas*, consideraban que el sostén del Estado era desplazar a lugares del interior a los pueblos recién vencidos con toda su descendencia y poner en aquellas zonas limítrofes a otros pueblos afines y leales. A estos los llamaban en su lengua *Mitimaes*.

14. Ahí tienes lo relativo a la abundancia de población y a sus causas. Bien sé que algunos aspectos deberían ser imitados por los grandes reyes de ahora. Estos siempre apuran (como sucede con los soldados y con el establecimiento de colonias) y no se preocupan por aumentar la población, ¿no es posible que actuando así lleguen a apurar y secar su misma fuente? Con seriedad debe preverse en los temas serios. Vete ahora que mañana, si Dios quiere, te ofreceré el resto.

15. Discípulo- No lo hago con gusto, pero te voy a obedecer pues respeto tu débil salud. Hasta mañana y restablécete.

Lib. II cap. 1: De Priscis populi Romani vectigalibus, Decumis, Quintis, Scriptura, Portoriis.

1. Lips.- Mature sane ades.

2. Aud.- Si pro meo voto, maturius, et vel convivia in prandio tibi fuissem.

3. Lips.-Licuit. et delectarer sane vel assiduo hoc sodalitio, si Romanae aliquae mihi OPES. Ad quas sermo nos nunc duxit, et de iis videamus. Eas *Publicas* et *Privatas* considerabo: et in Publicis, *Vectigalia* sive *Tributa*, tum et *Triumphales manubias*, denique *Liberalitates* aut *Erogationes*.

4. Insistamus ordine, et primum in *Vectigalibus*: quae olim triplicia fere, e *Decumis*, e *Pastione*, e *Portoriis*. Quod ad priores duas, ita de iis et origine earum Appianus {I Civil[ium]}: *Romani nunc hos, nunc illos Italiae populos superando ac subiiciendo, partem agri iis auferebant, atque opida et colonos condebant; aut si opida opportune iam condita, hos inducebant. Agri igitur quod cultum erat, colonis fere adsignabant; quod incultum (ut multa per bellum) id aliis cupientibus elocabant,* PARTE DECIMA *fructuum sibi retenta in agris sativis; in plantariis aut arboretis,* QVINTA*; in pastionibus autem, certum pretium definiebant in capita minoris pecoris maiorisque*. Pulcher et distinctus in eam rem locus: et quamquam de Italia dicit, tamen et producere ad provincias licet, quas multas ita habitas, ex aliis scriptorum locis liquet. Etsi quaedam arctius pressiusque habitae; et praeter haec, Tributa etiam sua capitis pendebant.

5. Sed quod ad haec tria, etiam in Asia ea sic et in Sicilia fuisse, Cicero alibi ostendit, et in his vectigalium summam ponit. Notabiliter in laudatione Pompeii: *Publicani familias maximas, quas in Salinis habent, quas in Agris, quas in Portibus*. Nam quod ad *Salinas*, viri docti iamdiu emendatur *Silvis*, ut ad Pastiones referatur: etsi *Saltibus* ego malem, viciniore litterarum lapsu. In eadem oratione enim aliquoties haec tria repetit, et iungit: etsi vectigal e Salinis quoque fuisse, sed non inter prima et magna, scimus. Et quod ad frumenti omnis *Decumas*, idem Cicero in Verrinis satis dixerit, quid in ea re fuerit: nec obscurum est vel ex moribus hodiernis.

6. De fructuum *Quinta* in Appiano, id obscurius, imo incertius: quoniam idem Cicero in Verrem diserte nominat, *Vini et Olei decumas*, ostenditque Siculos ita dedisse. Quomodo igitur *Quintas*? nam ego ex vite, olea, sicu, pomo, nuce, intellegi et redigi Appiani vectigal velim; nec aliunde video posse. Nisi tamen de silva caedua intellegit:

---

17 PARTE DECIMA 1599, 1605] *parte decima* 1598 **18** QVINTA 1599, 1605] *quinta* 1598 **27** *Silvis* 1599, 1605] *Silvas* 1598 **28** *Saltibus* 1599, 1605] *Saltus* 1598

14-19 App. *BC* 1.7 **26** Cic. *Pro Lege Manilia* 16 [ed. Goold: *saltibus*] **33** Cic. *Verr.* 2.3.18

Lib. II cap. 1: Sobre los primitivos vectigales del pueblo romano: diezmos, quintos, escritura y derechos de paso.

1. Lipsio.- Bien temprano llegas.

2. Discípulo.- Si por mi fuera, aún más temprano hubiese venido, me hubiese presentado para que me invitaras a desayunar.

3. Lipsio- Con gusto hubiera acogido yo tu presencia. Es más, si yo tuviera alguno de los RECURSOS romanos, todos los días estarías invitado. Hacia ellos nos conduce nuestro tratado en este momento, veámoslos pues. Consideraré que los hubo *públicos* y *privados*. Dentro de los públicos se encuentran los siguientes conceptos: los *vectigales* o *tributos*, los *botines triunfales* y, finalmente, las *liberalidades* o *distribuciones*.

4. Mantengamos este orden, y para ello comenzaremos por los *vectigales*. Antiguamente eran por lo general de tres tipos: los que procedían de los *diezmos*, los que procedían de la *escritura* y los procedentes de los *derechos de paso*. Así habla Apiano de los dos primeros y de sus respectivos orígenes {en el libro I de las «Guerras Civiles»}: *Los romanos, conforme acá y allá iban venciendo y sometiendo a los pueblos de Italia, les arrebataban parte de su tierra y asentaban ciudades y colonos o, si ya se había fundado una ciudad convenientemente, allí que enviaban a sus colonos. Así pues, las tierras de cultivo las asignaban inmediatamente a los colonos y las que no se cultivaban (que eran muchas debido a la guerra) las arrendaban a quienes lo desearan, reservándose* UNA DÉCIMA PARTE *de la producción en los campos de pan llevar;* UN QUINTO *en las fincas con cultivos arbustivos o arbóreos; en los pastizales, en cambio, la cantidad precisa se definía en función de si el ganado era menor o mayor*. Bello y claro pasaje sobre este tema y, aunque habla de Italia, es lícito aplicarlo a las provincias, muchas de las cuales, según queda claro por otros pasajes de las fuentes, eran tratadas de igual modo. Si bien algunas eran tratadas de un modo más rígido y represivo y, entonces, además de estos vectigales, recaían también sobre ellas los correspondientes tributos de capitación.

5. Por lo que atañe a estos tres tributos, también existieron en Asia y en Sicilia. Cicerón los muestra en varios pasajes en que presenta el monto de los vectigales. Notablemente en la alabanza a Pompeyo: *Los publicanos tienen abundante personal en salinas, campos y puertos*. En lo que atañe a las *salinas*, desde hace ya tiempo, hombres doctos han corregido el término por *bosques*, dando a entender que se refiere a derechos sobre pastos. Yo me inclino a leer *dehesas*, que explica mejor la confusión de caracteres. De hecho, en este mismo discurso repite algunas veces estos tres conceptos y los relaciona. Y aunque sabemos que también existió un impuesto sobre salinas, no estuvo ni entre los principales ni entre los importantes. En lo que respecta a los *diezmos* sobre todo el grano, el mismo Cicerón dijo en las «Verrinas» lo que corresponde. No es algo en absoluto oscuro, en especial visto desde los hábitos actuales.

6. Lo que se dice sobre el *quinto* de la producción en Apiano es más oscuro y, por cierto, más incierto, ya que el mismo Cicerón, en su discurso contra Verres, cita expresamente *los diezmos del vino y del aceite*, y demuestra que los sicilianos pagaban por ellos según este tipo tributario. ¿Cómo explicar lo de los *quintos*? Yo me inclinaría a entender e identificar el impuesto de Apiano con el procedente de la vid, el aceite, los higos, las frutas frescas y los frutos secos, y no veo cómo puede ser de otro modo. A no ser que se entienda como el vectigal procedente de la recolección silvestre: asunto que dejo abierto. No obstante, en la medida en que se pueda perseverar en mi primer

quod in medio relinquo. Sed in priore sententia si perseverare lubet; dicendum est, mitius leniusque habitos Siculos, et peculiare id ibi fuisse.

7. E *Pastionibus* genus alterum est, quod proprie et vulgo *Scripturam* appellabant. Exempla obvia, et iam aliis notata: caussam vocis Festus explicat: *Scripturarius ager*, inquit, *publicus appellatur, in quo ut pecora pascantur, certum aes est. quia publicanus* SCRIBENDO *conficit rationem cum pastore*. Cicero igitur de hoc vectigal capiendus: *Ita neque ex Portu, neque ex Decumis, neque ex Scriptura vectigal conservari potest*.

8. Tertium est *Portorium*: quod scilicet in evehendo aut invehendo (ἐξαγωγικὸν καὶ εἰσαγωγικὸν) pendebant. Res nota est: an et illa, quod *Portarium* etiam fuerit antiquis? In Glossis lego, cum discrimine: *Portorium*, τέλος ἐν λιμένι, id est, VECTIGAL IN PORTV: *Portarium*, τέλος πύλης, id est, VECTIGAL IN PORTA. Et vero hoc quoque fuisse videtur, aevo praesertim inferiore, et sub Principatu: ut et in pontibus, et in viis, et portis adeo opidorum dederint, pro transgressu aut ingressu. Italia hodie, sed et Belgica, haec non ignorat: et apud Senecam lego: *Nec indignabitur sapiens aliquid impendere, ut limen transeat, cogitans et in pontibus quibusdam pro transitu dari*. Herodianus quoque ostendit exactiones fuisse ἐπί τε ὄχθαις ποταμῶν, καὶ λιμέσι πόλεων, ἔν τε ὁδῶν πορείαις: *in ripis fluminum, portibus opidorum, et viarum transgressibus*: sed inter tyrannica habet, quia nova aut grandia, opinor; et ideo a Pertinace salubriter sublata.

---

10 VECTIGAL IN PORTV 1599, 1605] vectigal in portu 1598 VECTIGAL IN PORTA 1599, 1605] vectigal in porta 1598

5-6 Pomp. Fest. s. v. scripturarius **7-8** Cic. *Pro lege Manilia* 15 **11-12** Gloss. s. v. τέλος ἐν λιμένι; s. v. τέλος πύλης **15-17** Sen. *Const. Sap*. 14.2 **17-18** Hdn. 2.4.7

parecer, puede decirse que los sicilianos fueron tratados de un modo más llevadero y benévolo, y que allí el sistema tributario era especial.

7. En lo relativo a los *derechos sobre pastos*, el procedimiento impositivo es de otro tipo, y lo llamaban propia y comúnmente *escritura*. Hay ejemplos a disposición de cualquiera y ya han sido señalados por otros. El origen del término lo explicó Festo: *Se conoce por tierra escrituraria pública*, dice, *aquella en la que por apacentarse en ella ganados, se establece un precio fijo del derecho mediante el cálculo* POR ESCRITO *del publicano con el pastor*. Por lo demás debe entenderse que Cicerón se refiere a este vectigal cuando dice: *Por ello no es posible hacer respetar ni el vectigal del puerto, ni el de los diezmos, ni la escritura*.

8. El tercero es el del *derecho de paso* que, por supuesto, recaía sobre exportaciones e importaciones (ἐξαγωγικὸν καὶ εἰσαγωγικὸν). Es cosa sabida, pero, ¿es el mismo que los antiguos llamaban *portazgo*? En las «Glosas» leo que son tratados distintamente: *derecho de paso*, τέλος ἐν λιμένι, esto es, VECTIGAL EN EL PUERTO. *Portazgo*, τέλος πύλης, esto es, VECTIGAL EN LA PUERTA. Sin duda, parece que este impuesto es sobre todo de época reciente, bajo el Principado, cuando se pagaba por pasar o entrar tanto en puentes y vías, como a las puertas de las ciudades. La Italia actual y también Bélgica no desconocen estos vectigales, y leo en Séneca a propósito: *No se ha de indignar el sabio que algo gasta para superar una barrera, sabiendo que también en algunos puentes se paga por pasar*. También Herodiano muestra que se realizaban cobranzas ἐπί τε ὄχθαις ποταμῶν, καὶ λιμέσι πόλεων, ἔν τε ὁδῶν πορείαις: *en las orillas de los ríos, en las puertas de las ciudades y en los peajes de las vías*, pero él las considera propias de una tiranía, porque son nuevas y elevadas, creo yo. Por ello, fueron saludablemente suprimidas por Pértinax.

Lib. II cap. 2: De Tributis et Capitatione. tum inquisitum in Modum vectigalium, et quid videantur reddidisse.

1. Haec illa vetera sunt, et *Vectigalia* propie dicta: quibus dies, et sagacitas, addo et necessitas, aliquid semper addiderunt.

2. Aud.- Haecne propie *Vectigalia*? atqui plura in id nomen video includi.

3. Lips. -Plura, sed haec primo: aut ne mentiar, solum ipsum *Portorium* primo, quia ad scilicet e *vectura*: unde Vectigal. Graecis etiam hic discrimen aliquod, quibus *Vectigal* propie est τέλος, *Tributum* φόρος. Sed et in re ipsa differunt, quod illud res et fundos magis spectat et ligat; hoc capita ac mobiles opes. Sed quorsum ego ista? semel et serio tibi dico, verba nunc non lustro, nec obsita aut tricosa antiquitatum quaero; satis, in luce aliqua tibi ponere Romanam oeconomiam, circa publicas has exactiones.

4. Ergo Tributa, ut dixi, caput fere tangebant: atque ita pessima conditio eorum, qui *Stipendiarii, ipsi atque agri*, ut Cicero alibi loquitur, essent. Tales Poeni, Hispani, et plures, qui per vim ultimam et bello pertinace victi essent. Appianus hoc ita expressit, ubi Scipio cum decem Legatis leges dant Carthagini victae {In Lybicis}: *Hos*, inquit, *praemiis afficiunt, socios nempe populos aut reges*; τοῖς δὲ ἄλλοις φόρον ὥρησαν ἐπὶ τῇ γῇ καὶ ἐπὶ τοῖς σῶμασιν: *aliis* (hostibus scilicet) *tributum definierunt in agros, et in corpora eorum*. Duo manifesto dicit, et Corpora sive *Capita* (ut Latini magis loquuntur) onusta, et terram ipsam. Tertullianus quoque ea iungit: *Agri tributo onusti, viliores; et hominum capita stipendio censa, ignobiliora. nam hae sunt* NOTAE CAPTIVITATIS. Adiungit eruditissimus scriptor, hoc non nisi in vere victos, et vi subditos, usurpatum: olim quidem, sed Imperatores, et ipse Augustus produxerunt, et valde haec Tributa dilatarunt. Ac *Capitum* vel *Capitationis* satis frequens mentio in posteriorum scriptorum, sed et Iuris libris: ubi non *Hominum* solum *capita*, sed et *Animalium* leges: et quaedam, quae fateor in subnubilo mihi esse. At tu universe haec nunc noveris: videamus, quod nos quaerimus, ecquid *Opes* ex his annuas liceat vestigiis odorari. Quae vetigia tenuiter impressa fateor, tamen persequar et indagabo.

5. Ac primum de antiquis, et liberae reip[ulicae]. opibus, locum esse volunt in Plutarcho istum. De Pompeii triumpho e Syria et Asia agit {In Pompeio}: dicitque, *Praelatum titulum, qui litteris indicaret antea quidem Vectigalia reddidisse ad bis millies* HS *ex iis autem quae ipse acquisiisset, redire ad ter millies quadringenties*. Prior

---

17 essent 1599, 1605] deest 1598 **19** *nempe* 1599, 1605] deest 1598

---

16 Cic. *Verr.* 2.3.12 **19-20** App. *Pun*. 135 **22-24** Tert. *Apol*. 13 **27** *Cod. Theod.* 11.20.6 **32-34** Plu. *Pomp*. 45.1

20-21 *in agros,et in corpora eorum* =nota 4

Lib. II cap. 2: Sobre los tributos y la capitación. En primer lugar, la recaudación en concepto de vectigales. Posibles rendimientos de ese concepto tributario.

1. Estos son los antiguos, a los que se puede llamar con propiedad *Vectigales*. A estos el día a día, la sagacidad y, añado yo, la necesidad iban añadiendo otros.

2. Discípulo- ¿Aunque estos eran propiamente los *vectigales*, veo que dentro del mismo término se incluyen muchos más?

3. Lipsio- Muchos reciben ese nombre, pero ante todo aquellos que cité, o para no faltar a la verdad, tan sólo lo son propiamente los de *derecho de paso*, porque está claro que el término se deriva de 'vectura' [importación], de donde 'vectigal'. Los griegos matizan del mismo modo los conceptos. Para ellos el *vectigal* propiamente es el τέλος, mientras el *tributo* se dice φόρος. La diferencia radica en el concepto fiscal, ya que aquel afecta y está asociado a la producción y a las fincas, mientras que este otro lo está a individuos y bienes muebles. Pero ¿a dónde voy a llegar por este camino? Te lo voy a decir ya desde el principio, mi objetivo aquí no es desentrañar el significado profundo de las palabras, ni busco las mil vueltas de que están cargadas las antigüedades. Me basta con arrojar para tí algo de luz sobre la administración romana en lo que respecta a las cobranzas públicas.

4. De modo que, según dije, los tributos afectaban generalmente a los individuos: tal era la pésima condición de aquellos que, como dice en numerosos pasajes Cicerón *tuvieran sometidos a estipendio su persona y tierras*. Era el caso de cartagineses, hispanos y muchos otros que hubiesen sido vencidos mediante violencia extrema o en una guerra sin cuartel. Apiano, cuando Escipión junto a diez legados impone a Cartago leyes, describe el procedimiento del siguiente modo {en las «Líbicas»}: *A estos*, dice, *a pueblos y reyes aliados sobre todo, los recompensan*; τοῖς δὲ ἄλλοις φόρον ὥρησαν ἐπὶ τῇ γῇ καὶ ἐπὶ τοῖς σώμασιν: *para el resto* (a los enemigos, por supuesto) *determinan el tributo sobre las tierras y sobre las propias personas*. (4) Habla, manifiestamente, de dos conceptos, se gravó a personas o *cabezas* (que es como por lo general lo dicen los latinos), y a la propia tierra. Tertuliano también establece una relación entre ambos: *Los que reciben la carga del tributo de la tierra son los más viles; y los individuos censados según un estipendio personal, los menos dignos; pues tales son los* ESTIGMAS DEL SOMETIMIENTO. Este eruditísimo autor sigue diciendo que se debe exigir sólo a los que han sido vencidos de modo definitivo y han sido sometidos por la fuerza. Ciertamente, esta era la situación en la Antigüedad, pero los emperadores y el propio Augusto aplicaron y ampliaron sobremanera este tipo de tributo. Por eso en las obras de escritores posteriores, particularmente las jurídicas, se hace frecuente mención de los términos *individuo* y de *capitación*. En ellas no sólo puedes leer *individuo* como algo referido a las *personas* sino también al *ganado*. Confieso que hay también algunas expresiones que para mi siguen estando en la penumbra. Pero tú por ahora los vas a conocer a grandes rasgos. Veamos si, tal y como pretendemos, es posible seguirle el rastro a los *recursos* anuales a partir de aquellos vestigios. Confieso que estos vestigios han dejado una huella muy tenue, no obstante haré pesquisas e indagaciones al respecto.

5. Y el primer pasaje referido a los antiguos recursos de la República libre suele decirse que es el siguiente de Plutarco. Se refiere al triunfo de Pompeyo obtenido sobre Siria y Asia, y dice lo siguiente {en «Pompeyo»}: *Por delante venía un cartel cuyo texto indicaba que antes los vectigales rentaron unos doscientos millones de* HS*, pero que a partir de los que él había procurado, producían unos trescientos cuarenta*

summa, nobis efficiat *quinque milliones* (iuvat his compendiis, vulgariter magis quam eleganter uti) altera, *octo milliones cum semisse*. Viri docti iam, et inter hos vere primus Budaeus, existimant scriptio hoc indicasse Pompeium: quod ante id tempus, universi reditus e vectigalibus non pluris essent; ab ipso autem iidem aucti plus triente, et facti ut in extremo scriptum.

6. Enimvero libido, an ratio, mihi est dissentiendi? sed dissentio, et nego Plutarchum vel Pompeium de *universis* sensisse. Nullum tale in Graeco Plutarcho verbum est: quod moneo, ne temere interpretibus qui addunt, hoc accredas. Quae ergo nostra mente scripti illius mens? nempe pro re subiecta, et cum de transmarinis illis triumpharet Pompeius, nec nisi ibi tunc res gessisset; verba eodem referenda, et de Asia saltem finitimisque capienda. Quomodo? aliter etiam, quam viri docti, in clausula. Duo enim dicit, et Asiam illam minorem, quae sola ibi ante Pompeium provincia, aut praecipua; illam, inquam, e vectigalibus *bis millies* dedisse: at vero eas provincias, quas ipse super eam quaesisset, solas reddere *ter millies et quadringenties*. Puto me rem tangere, siquis iudicio inspicit: et do rationes. Primo, credetne quisquam e tot, tamque ditibus populi Romani tunc provinciis, non plus *quinque millionibus* redisse? Quod una Hispania hodie, una Gallia, vel duplum donet. Amplius, *Decumas* unius Siciliae Cicero, *atque eas tenuiter aestimatas*, fuisse dicit *nonagies* HS: quod nobis est, CCXXV *millium* Philippicum. Decumas dico frumenti: et *hordei* non computat, et *leguminum*: quid iam *Vini, Olei*? quid *Portoria*, et *Pastiones*? Valde tenui ore atque animo est, qui non ausit concipere haec universa ex proportione, supra *quadringenties*, sive unum millionem. Atqui Sicilia, [[quanta pars fuit Romani illius orbis? profecto nec centesima quidem: et valde hoc valet ad ingentes illas Romanas opes]].

7. Amplius de ipsa Asia nostra, Appianus scribit, Corn[elium] Sullam, per bella Mithridatica, *imperasse illi quinque annorum vectigalia, sed statim danda*. Quantum igitur imperavit? ecce in Plutarcho hoc expressum, *viginti millia talentum*: ii sunt *duodecim milliones* nostri. Age iam, divide in quinque pares, nonne paullo minus *millies* HS annuo habemus? Atqui duplum oportuit, inquies. Ita, pro me et Plutarcho: sed hoc ipso tamen firmiter illos refuto, qui ex toto orbe *bis millies* colligunt, cum ego dimidium ex Asia iam sola. Res clara est. Sed quomodo igitur plus Pompeii aevo? nec id difficile dictu: sive quia ratio colligendi iam melior firmiorque; sive quia bella resederant, et ipsa Asia cultior feraciorque facta. Produci haec talia semper solere, praesertim in pace, nec hodie est novum.

8. Docebo hoc clarius? ex ipso iterum Appiano. apud quem M[arcus] Antonius triumvir, post pugnam Philippensem, in Asiam missus ad pecunias colligendas, in

---

22-23 [[quanta...opes]] 1599, 1605] an Vicesima aut Quadragesima pars fuit Romani orbis? profecto non fuit 1598 **23** quidem 1605] fuit 1599

17-18 Cic. *Verr*. 2.3.163 **25** App. *Mith*. 62 **26** Plu. *Sull*. 25.4 (= *Lucul*. 4.1)

millones. La primera suma supone unos *cinco millones* de los nuestros (mejor usar de estos cálculos según se hace de ordinario que de los que se sacan después de primorosos estudios), la segunda, unos *ocho millones y medio*. Algunos doctores, entre ellos, sin duda, el primer puesto lo ocupa Budeo, estiman que con este texto Pompeyo indicó que con anterioridad a ese momento todas las rentas procedentes de los vectigales no alcanzaban más valor, pero que después y gracias a él habían aumentado más de un tercio para convertirse en lo que se escribe al final.

6. A decir verdad, ¿qué necesidad o qué motivo puedo tener para pensar de otro modo? Pero lo hago, y niego que Plutarco o Pompeyo pensaran en *todas* las rentas procedentes de vectigales. En el texto griego de Plutarco no hay ninguna palabra con este sentido, por lo cual aprovecho para aconsejarte que no des crédito a la ligera en este tema a traductores que amplían el texto original. Entonces, ¿cuál es, según nuestro sentir, el sentido de este texto? Ante todo debo decir que había puesto bajo control la situación y que Pompeyo triunfó sobre aquellos pueblos de ultramar, y que él gestionaba asuntos exclusivamente de aquella zona, de modo que las palabras deben referirse a esta región, y deben entenderse con respecto a Asia o, como mucho, a las regiones vecinas. ¿De qué modo? De uno diferente, también, a como los sabios lo hacen, para concluir. El texto, en efecto, dice dos cosas: por un lado que aquella Asia menor, que era la única o la principal provincia de la zona antes de Pompeyo, solía pagar *doscientos millones* en concepto de vectigales; pero por otro, que aquellas provincias que él había incorporado a esta, ellas solas dejaban los *trescientos cuarenta millones*. Con ello creo comprender correctamente el asunto, si alguien lo inspecciona con buen juicio. Voy a dar motivos. En primer lugar, ¿quién puede creer que de tantas y tan ricas provincias que entonces pertenecían al pueblo Romano, no se sacaba más que *cinco millones*? Cuando hoy en día de una España o de una Francia sale casi el doble. Es más, Cicerón dice que los *diezmos* sólo de Sicilia *y estimados a la baja*, valían los *nueve millones de* HS, lo cual supone para nosotros *225 mil* filípicos. Y me refiero a los diezmos del grano, pues no cuenta los de la *cebada*, ni los de las *legumbres*, ¿qué ocurre si se cuentan también los del *vino* y el *aceite*?, ¿qué con *derechos de paso* y *de pasto*? Corto y tímido es quien no osa darle, proporcionalmente, un valor por encima de *cuarenta millones*, o sea un millón. Con todo, ¿cuál fue la parte de Sicilia en el orbe romano? En realidad, nisiquiera una de cien, y eso es lo que vale frente a los ingentes recursos romanos.

7. Es más, sobre nuestra Asia escribe Apiano que Cornelio Sila, con motivo de la guerra mitridática *le había impuesto vectigales de cinco años, pero que debían pagarse al momento*. ¿Qué cantidad fue la que le impuso? Pues mira, en Plutarco se dan los detalles: *veinte mil talentos* que son *doce millones* de los nuestros. Haz cuentas, divídelos en cinco partes, ¿no nos salen poco más o menos unos *cien millones de* HS por año? Con todo, dirás, convendría que fuera el doble. Así es, en mi opinión y en la de Plutarco, pero con ello, en cambio, refuto firmemente a aquellos que recaudan *doscientos millones* en todo el orbe, pues yo saco la mitad sólo de Asia. La cosa está clara. Pero, ¿cómo es posible, pues, que fuera mayor en tiempo de Pompeyo? No es difícil de explicar: bien porque el método recaudatorio fuera mejor y más rígido, bien porque las guerras se habían apaciguado y la propia Asia se trabajaba mejor y daba más frutos. Es este un fenómeno que suele suceder habitualmente, sobre todo en tiempos de paz, y tampoco es nuevo hoy.

8. ¿Quieres que te lo enseñe con más claridad? Lo haré de nuevo a partir de Apiano. Según este, el triunviro Marco Antonio, después de la batalla de Filipos, cuando fue enviado a Asia para recaudar fondos, habla de este modo en un discurso {V

concione sic eos affatur {V Civil[ium]}: *Ne urbibus agrisque pellamini, pecunia danda est in usum militum: nec ea maxima, sed qua audita libenter acquiescatis. Dedistis hostibus nostris, Cassio et Bruto, in duobus annis tributa decem annorum: ea suffecerint et nobis, nisi quod danda sunt in uno anno*. Quid hinc efficimus? nectimus iterum Plutarchi verba, qui *ducenta millia talentum* ab Asia tunc data scripsit. Atqui divide in decem annos: quid trepidas? *viginti millia* annua surgunt, id est *duodecim milliones*. Et profecto, noli ambigere, praepotens et dives illa Asia dedit. In qua tamen obiter moneo, res saepe mutatas: et primo, cum testamento Attali Romanis relicta esset, Vectigalia imposita; id est *Decumas*, *Portoria*, *Scripturam*, sollenni more. Sed cum publicani iniurii pro more suo essent, et sine publico bono sibi attererent ac tonderent; *C*[*aius*] *Julius Caesar, et iniurias, et iniurios ipsos sustulit, ac permisit ipsis Asiaticis fructus colligere ab agricolis, ac Tributa induxit*. Haec ita fere (etsi ipsa verba, quia pluscula, omisi) in eadem oratione Antonius apud Appianum dixit. Quando autem a Iulio id factum, et de re ipsa, apertius sic Dio Cassius {Lib[ro] XLII}: *A victo Pompeio, cum Asiam obiter lustraret*, τοὺς τελώνας πικρότατα σφίσι χρωμένους ἀπαλλάξας, ἐς φόρου συντέλειαν τὸ συμβαῖνον ἐκ τῶν τελῶν κατεστήσατο: *Publicanos, qui acerbissimi in Asiaticos fuerant, removit, et in Tributi collationem, id quod ex Vectigalibus redibat, mutavit*. Pulchra nota: et re ipsa quidem melius leviusque erat Decumas et talia dare: quare? quia pro anni proventibus dabant, plus aut minus, ut ipsi accepissent, nec ultra gravabantur: at eo tamen rem redegerat Publicanorum iniquitas (quos nulli Praesides aut leges satis domabant) ut omnes praeoptarent magnum et certum aliquid dare in Tributo.

9. Similis mens, ut addam, in Taciti loco {I Ann[alium]}: *Achaiam ac Macedoniam onera deprecantes, levari Proconsulari imperio, tradique Caesari placuit*. Videntur enim Publicani tunc, pro veteri more, in populi provinciis fuisse, et cum iis rapinae; in Caesaris non fuisse. Et iam in Plutarchi loco satis tibi factum, aut dictum?

10. Aud.- In priore membro satis, in altero quid adfers?

11. <Lips.-> Firmamentum ab ipso Pompeio, qui eodem illo tempore in Senatus gloriatus, *Asiam se, quam ultimam Provinciarum accepisset, mediam reddidisse*. Ergo plurimum adiecit: et nominatim *Syriam* totam, illam divitem; item *Phoenicen, Palaestinam, Ciliciam, Pamphyliam, Phrygiae partem, Bithyniam, Pontum, Propontidem*. Haec tanta, mirabimur tanto plus quam Asiam dedisse?

12. [[Haec de Plutarchi loco. sed]] ex Portoriis etiam liquere in parte potest magnitudo istorum Vectigalium. Cicero in Verrem scribit, *Socios* (id est Publicanos) *ex Verris exportationibus perdidisse sexaginta* HS *idque ex Vicesima portus tantum Syracusani, et in pauculis mensibus*. Sunt valde notanda. Si unus ille portus, si in uno

---

8 essent 1599, 1605] deest 1599 **33** Palaestinam 1605] Judaeam 1598, Iudaeam 1599 **34** [[Haec... . sed]] 1599, 1605] Sed 1598 in parte 1599, 1605] in in parte 1598

1-4 App. *BC* 5.5 **5** Plu. *Ant*. 24.8 **10-12** App. *BC* 2.92+5.18 **14-16** DC 42.6.1-3 **23-24** Tac. *Ann*. 1.76.2 **31** Plin. 7.99 **36-38** Cic. *Verr*. 2.2.185

de las «Guerras Civiles»}: *Para que no os veáis desposeídos de ciudades y tierras, deben pagarse fondos con destino al ejército y no una cifra máxima, sino una cantidad con la que podéis estar conformes. A nuestros enemigos, Casio y Bruto, disteis en dos años tributos por valor de diez: eso mismo será suficiente también para nosotros, aunque deben pagarse en un solo año*. ¿Qué es lo que podemos suponer a partir del texto? Volvemos a asociarle una cita de Plutarco que escribe que en aquel entonces Asia pagó *doscientos mil talentos*. Divídelos por diez años, ¿qué te hace estremecer? Surgen *veinte mil* por año, esto es los *doce millones*. Y en realidad, no lo dudes, es lo que aquella muy poderosa y rica Asia pagó. En ella, bien es cierto, quiero recordar de pasada que la situación estaba sujeta a frecuentes cambios. En un primer momento, al quedar para los romanos por el testamento de Atalo, se impusieron vectigales, esto es *diezmos*, *derechos de paso* y *escritura*, según la costumbre habitual. Pero como los publicanos se mostraban según su costumbre abusivos, y lo arruinaban y esquilmaban todo en beneficio propio sin atender al bien público *Cayo Julio César castigó los abusos y a los propios abusadores y permitió a los propios asiáticos recaudar los frutos de los agricultores, e introdujo los tributos*. Esto es (si bien he omitido texto porque es un poco más largo), lo que viene a decir Antonio en aquel mismo discurso que se encuentra en Apiano. Al respecto, y a propósito de la misma medida de Julio, dice muy claramente Dion Casio lo siguiente {en el libro XLII}: *Tras vencer a Pompeyo, cuando se dispuso inmediatamente a realizar el censo de Asia*, τοὺς τελώνας πικρότατα σφίσι χρωμένους ἀπαλλάξας, ἐς φόρου συντέλειαν τὸ συμβαῖνον ἐκ τῶν τελῶν κατεστήσατο: *retiró a los publicanos que trataron a los asiáticos con gran crueldad y lo que se sacaba de los vectigales lo pasó a la cuota del tributo*. Bello apunte, pues, en efecto, de este modo era mejor y menos gravoso pagar diezmos y otros impuestos ¿por qué motivo? Pues porque cada año pagaban en función de lo que se producía, más o menos según lo que ellos mismos habían calculado y no eran gravados con más. Pero, antes, la iniquidad de los publicanos les había exigido un beneficio (ni gobernadores ni leyes podían ponerlos bajo control), de modo que todos escogían de buena gana pagar como tributo algo más, pero fijo.

9. Un sentir similar, como voy a decir inmediatamente, se aprecia en un pasaje de Tácito {I de los «Anales»}: *Ante las súplicas de Acaya y Macedonia a propósito de las cargas, se concedió sustraerlas del imperio proconsular y pasarlas al del César*. En efecto, parece que, según antigua costumbre, en aquel entonces los publicanos actuaron en las provincias del pueblo causando en ellas pillajes, no así en las del César. Ya he contado bastante acerca del pasaje de Plutarco para satisfacerte, ¿no crees?

10. Discípulo- De la primera parte sí, pero ¿qué me dices de lo que se dice en la segunda?

11. Lipsio- El propio Pompeyo confirma mi propuesta cuando, en aquel mismo momento, se vanagloriaba en el Senado diciendo *que él había recibido Asia como la última provincia y la había dejado en medio*. Porque anexionó mucho más. Una por una son la rica *Siria*, en su conjunto; también *Fenicia, Palestina, Cilicia, Pamfilia, parte de Frigia, Bitinia, Ponto, Propóntide*. ¿Nos ha de maravillar que todas ellas pagasen tanto más que Asia?

12. Hasta aquí lo que tenía que decir sobre el pasaje de Plutarco. Por otro lado, es posible aclarar parcialmente el monto de estos vectigales a partir de los derechos de paso. Cicerón escribe en su discurso contra Verres que *los asociados* (esto es, los publicanos) *perdieron de las exportaciones de Verres sesenta* HS *y ello sólo por la vigésima del puerto de Siracusa, y en unos poquillos meses*. Estas palabras deben ser

homine, et in sola evectione, et in paucis mensibus, tantum adferre potuit: quid reliqui portus, in omni evectione, invectione, et in totum annum? Sunt autem illa *sexaginta*, more nostro, circiter *mille quingenti* Philippaei. Et Cicero quidem non nisi *Vicesimam* diserte ibi in Portorio agnoscit: tamen *Octava*, et qui eam accipiunt *Octavarii*, in Codice Iustinianaeo memorantur. At in Quinctiliano et Symmacho, *Quadragesima*. Sed opinandum est, pro locis, aut mercibus, sed et temporibus variasse: maxime tamen pro mercibus, et ut gravius vectigal peregrinae solverent, ad delicias magis aut pompas, quam usum invectae. C[aius] Caesar eius rei auctor, ex Suetonio: *Portoria peregrinarum mercium instituit*. Quae haud dubie ipsa Italia etiam pependit; etsi reliqua portoria, lege Metelli, in ea sublata essent: quod Cicero malo publico factum notat, et recitat item Dio. Haec sane magna fuisse, quis potest ambigere, ex pretio et copia rerum? Nam gemmae, lapides, vestes, ebur, mancipia, aromata, unguenta, et plura eiusmodi exotica inferebantur: quibus si *Octavam* imponis, quanti ea sint? Argumento aliquo e Plinii hisce verbis {Lib[ro] XII}: *Arabiae felicius mare est. margaritas enim mittit:* MINIMAQVE COMPVTATIONE *millies* HS *annis omnibus India, et Seres, Peninsulaque illa, imperio nostro adimunt*. Si *millies* HS emptae eae merces {*Duo milliones, et semis*}; pluris mox aestimatae et venditae, ergo et Portorium ex iis grande.

13. Aud.- Sed commemini alterius Pliniani loci, qui minuit, et a summa illa abit. Nam ubi in India sermo{Lib[ro] VI, cap[ite] XXIII}, *Indigna res, nullo anno imperiis nostris minus quingenties* HS *exhauriente India et merces remittente, quae* CENTVPLICATO *vaeneant*. Ecce hic *Quingenties* modo, id est dimidium habes.

14. Lips.- Sed nempe ex India sola: at alter ille locus Arabiam et Seres item iungit, et ex iis quidni alterum dimidium accedat? [[Nota autem inibi quod ait]], *centuplicato vaeniisse*: quod rei nostrae facit. Cur enim tanti? cur mercatorum tam improbum lucrum esset? non fuit: sed duo sunt, quae Pretium sic accenderunt, Itinerum difficultas, et Portoria. Quod ad illa, Plinius eodem illo loco describit, et addit *quotannis navigari, sagittariorum cohortibus impositis*. Ea res et tutela, mercatoribus ad impendia accedebat. Iam Portoria iis grandia. quod Strabo impresse notat in rebus Aegypti {Lib[ro] XVII}: scribitque, *olim quidem pauculas naves ausas extra Sinum Arabicum ire, at nunc maximas classes navigare in ipsam usque Indiam, et ad ultima Aethiopiae: unde pretii maximi merces advehant, et rursus alio exportent. Ita fieri, ut* DVPLEX PORTORIVM *pendant, Invectionis et Evectionis: atque ipsum portorium aestimatarum istarum mercium* GRANDE *item esse*. Haec in Strabo. et mirum igitur non sit, a

---

22 Ecce 1599, 1605] Nam 1598 **25** [[Nota...ait]] 1605] Sed nota quod ait 1598, Sed nota inibi quod ait 1599 **27** Pretium 1599, 1605] pretium 1598 **35** GRANDE 1605] *grande* 1598, 1599

---

4 *Cod. Iust.* 4.42 (=de eun. 2 pr.); 4.61 (=de vectig. 7, 8); 4.65 (=de locat. 7)
5 Symm. epist. 5.63 **8-9** Suet. *Caes*. 43.1 **9-10** Cic. *Ad Att*. 2.16.1; DC 37.51.3-4
14-16 Plin. 12.83-84 **20-22** Plin. 6.101 [ed. André: digna res, nullo anno minus HS D imperii nostri exhauriente India et merces remittente, quae apud nos centuplicato veneant.] **28-29** Plin. 6.101 **31-35** Str. 17.1.13

tomadas con atención. Si aquel único puerto, de un solo hombre, únicamente por la exportación y en pocos meses pudo producir tal cantidad, ¿cuánto no producirían los puertos restantes contando toda la exportación y la importación, y durante todo el año? Según nuestro modo de contar, aquellos *sesenta* son alrededor de *mil quinientos* filipeos. Y, ciertamente, Cicerón expresamente muestra referirse en exclusiva a la *Vigésima* que se cobraba allí en calidad de derecho de paso, no obstante en el Código de Justiniano se hace memoria de la *octava* y de los que la cobraban, los *octavarios*. En Quintiliano y Símaco, se habla de la *cuadragésima*. Es obligado opinar que los tipos impositivos variaron en función de lugares, mercancías y también de épocas. De todos modos dependían especialmente de las mercancías, de manera que los productos extranjeros abonaban un vectigal más oneroso, pues eran importados pensando más en el lujo y la ostentación que en un uso corriente. Cayo César fue el promotor de esta medida según Suetonio: *Fijó derechos de paso sobre las mercancías extranjeras*. Este impuesto también recayó, sin duda, sobre la propia Italia aunque los restantes derechos de paso hubieran sido suprimidos en ella por una ley de Metelo, cosa que Cicerón censura como medida en perjuicio público, también Dion expone el caso. ¿Quién puede poner en duda que estos derechos fueran muy importantes tanto por el valor como por la abundancia de los productos? Efectivamente, se importaban piedras preciosas, mármoles, tejidos, marfil, esclavos, perfumes, esencias y muchos productos igualmente exóticos. Si les impones un impuesto del *octavo*, ¿qué renta generan? Hay alguna prueba de ello en estas palabras de Plinio {en el libro XII}: *El mar de Arabia es el más afortunado, pues produce perlas.* EN UN RECUENTO SUPERFICIAL *la India, Seres y la Península que lleva su nombre sacan para nuestro imperio cada año cien millones de* HS. Si aquellas mercancías se compraban por *cien millones de* HS {*dos millones y medio*}, serían inmediatamente valoradas y vendidas por más, de modo que el derecho de paso sobre ellas sería enorme.

13. Discípulo- Pero pasemos a otro pasaje pliniano que disminuye su valor, y se aleja de aquella suma. Pues donde aparece la discusión sobre la India {en el libro VI, capítulo XXIII} explica *un asunto indigno: no hay año en que la India no saque menos de cincuenta millones de HS para nuestras tierras y envíe mercancías que se vendan en un valor* CIEN VECES SUPERIOR. Ahí sólo hay *cincuenta millones*, esto es, la mitad.

14. Lipsio- Claro que es así, pero sólo habla de los que proceden de la India, mientras que aquel otro pasaje alude igualmente a Arabia y Seres, ¿por qué no puede proceder de ellas la otra mitad? Ahora bien, date cuenta de lo que dice allí mismo: *se venden en un valor cien veces superior*, que conviene a nuestro tema. ¿Por qué tal incremento?, ¿por qué los mercaderes conseguían un beneficio tan exagerado? No lo fue tanto. De hecho tan sólo dos razones provocaban un aumento tan grande del precio: la dificultad de las rutas y los derechos de paso. Lo que atañe a la primera, Plinio lo describe en el mismo pasaje cuando dice que *se hacían a la mar todos los años junto a cohortes de arqueros*. Esta medida de protección se sumaba a los costes de los mercaderes. Además ellos debían afrontar derechos de paso elevados, como apunta Estrabón destacadamente al tratar el caso de Egipto, cuando escribe {en el libro XVII} que *ciertamente, en la antigüedad, sólo unas poquillas naves se atrevían a salir del golfo Arábigo, pero ahora enormes flotas navegan hasta la misma India y hacia las zonas más alejadas de Etiopía. De allí se pueden traer carísimas mercancías y de vuelta exportarlas a otros lugares. Pagan un* DOBLE DERECHO DE PASO *sobre importaciones y exportaciones, y el propio derecho de tasación de estas mercancías en la aduana es igualmente*

duplici illo aspectu, Itineris et Portorii, pretia sic crevisse: maxime cum et in Italiam aut alio invehenda, credam iterum solvisse.

ELEVADO. Así trata Estrabón el asunto, y no me extraña, por lo demás, teniendo en cuenta aquella doble perspectiva de la Ruta y del Derecho de paso, que los precios crecieran de tal modo, máxime si se piensa que en el momento de importarse a Italia u otro lugar, según creo se volvían a abonar.

Lib. II cap. 3: Inquisitum item in Capitationis modum, et pensum universorum Tributorum.

1. De Vectigalibus priscis hoc nunc satis: ad *Tributa* venio, siqua ea possim extricare. Metuo, et haereo statim in eo *Capitationis*, quod vel maximum certissimumque fuisse arbitror: sed in modo, tenebras et nubes suas habet, nunc a me non pellendas. Fuitne indiscretim uniforme in omnia capita? an potius ex censu? Nam si illud; iniustitia manifesta adhaeret. ut siquis pauper, liberos et familiam multam habeat, contra dives, et caelebs sit et orbus. In Appiano strictura aliqua lucis affulgere videbatur, sed fortasse fallax. nam ait {In Syriac[is]}, *Iudaeos saepius rebellasse, eoque tributum capitis gravius iis impositum, quam reliquarum facultatum. Esse autem et Syris et Cilicibus annuam Centesimam, pro modo census unicuique*. Verba Graeca sunt, si forte examinare tecum velis: Καὶ διὰ ταῦτ᾽ἐστιν Ιουδαίοις ἅπασιν ὁ φόρος τῶν σωμάτων βαρύτερος τῆς ἄλλης περιουσίας·ἔστι καὶ σύροις καὶ κίλιξιν, ἐτήσιος ἑκατοστὴ τοῦ τιμήματος ἑκάστῳ. Ego ad verbum tibi paene reddidi: et efficiatur ex sermonis nexu, Iudaeos *Centesimam* dare, sicut et Syros ac Cilices, pro Capitis tributo. Quo sensu? inquies. ut magis capias: solvere quidem illos et pro Agris, et pro Opibus; sed aestimatione omnium facta, etiam Centesimam pro ipso capite dare. Hoc tale est. ut, si decem millia aureorum in censu habeam, solvam ex iis annua centena.

2. Hoc placeat ob aequalitatem, et quia pauperes aut tenues sic non pressi: sed alia sunt quae refellunt, aut certe morantur. Quid enim tum servis fiet? quid filiis familias grandioribus? Dico grandioribus. nam ut et hoc addam, Vlpianus notavit, *In Syriis a Quattuordecim annis masculos, a Duodecim foeminas, usque ad Sexagesimumquintum tributo Capitis obligari*. Atqui Servi et Filii tales, peculium suum nullum habent. Sed de servis responderi potest, Dominum dependisse in suo capite, dum eorum aestimatio Censibus eius accedit. Et servi alioqui in iure, *caput non habere*, scribuntur. Quod ad filios, certum est parentes pro iis exsolvisse: sed qua taxatione, an non et ea aliqua pro parentum censu, hoc ignoro. Vellem, et res facta esset. Sed solvisse, in Panegyrico ita scribitur {Ad Constantium}: *Tunc certe parentes* ADVLTORVM *non poenitet filiorum, quorum onera remissa sibi laetantur*.

3. Vides filios parentes suos onerare, sed *adultos* iam et grandiores, ex Vlpiano supra. Imo alibi, non ante *Vigesimum* annum capite obligatos, lego. Caussam autem opinor huius remissionis in aetate vel Puerili vel Senili: quod etiam Romani olim Impuberes non censebant, et immunes a Tributo habebant. Addi potest, quod haec Capitatio, non aliud quam quasi redemptio munerum et operarum servilium fuit, quas populi scilicet victi, et servi facti, Romanis iam debebant. At pueri ad eas operas, aut

---

13-15 App. *Syr.* 50 **22-24** *Dig*. 50.13.3-4 *pr*. (=Ulpiano) **26** *Inst*. de cap. dem. 1.16
29-30 *Pan. Lat*. 5.12.3 **32** *Cod. Theod*. 13.10.4

Lib. II cap. 3: En segundo lugar, recaudación en concepto de capitación. Monto del conjunto de los tributos.

1. Sobre los antiguos vectigales, baste con lo que se ha dicho; voy a parar a los tributos, si es que puedo desenredar algo de esa madeja. Angustiado estoy, y dudoso, a propósito del de *capitación*, porque a mi juicio fue el mayor y el más inexorable, pero está rodeado de brumas y tinieblas de tal manera que por ahora me es imposible disiparlas. ¿Recayó indiscriminadamente y por igual sobre todos los individuos?, ¿se aplicó quizá en función de la fortuna? Y es que si la correcta es la primera opción, el impuesto lleva consigo una injusticia manifiesta en la medida que un pobre con hijos y una familia extensa sale perjudicado frente al rico o soltero y sin familia. Un destello de luz parecía resplandecer en Apiano, pero, quizá, sea engañoso pues sostiene que {en las «Sirias»} *los judíos se rebelaban a menudo y, por ello, el tributo individual que se les imponía era más oneroso que el estipulado para el resto. Consiste, como para sirios y cilicios, en la centésima anual a modo de renta a pagar individualmente*. El texto griego, por si quieres examinarlo tú mismo, es como sigue: Καὶ διὰ ταῦτ᾽ἐστιν Ιουδαίοις ἅπασιν ὁ φόρος τῶν σωμάτων βαρύτερος τῆς ἄλλης περιουσίας·ἔστι καὶ σύροις καὶ κίλιξιν, ἐτήσιος ἑκατοστὴ τοῦ τιμήματος ἑκάστῳ. Apenas voy a llevarte al texto, del desarrollo del discurso ya se deduce que los judíos pagaban la *centésima* igual que sirios y cilicios, como tributo individual. ¿Qué significa eso? me dirás. Para que lo entiendas mejor: ellos abonaban, en efecto, por sus campos y riquezas disponibles, pero, tras hacerse una tasación de todos los bienes, pagaban también la *centésima* por su propia persona. Esto se realiza de modo que, si yo poseo una fortuna de diez mil áureos abono cien de ellos anualmente.

2. Esta explicación parece correcta desde el punto de vista de la igualdad porque con este sistema la gente pobre y humilde no se veía agobiada. Pero hay otras razones que la refutan o que ciertamente previenen contra semejante solución. En efecto, ¿qué se hará de los esclavos?, ¿qué de los hijos mayores? Me refiero a los mayores, de hecho Ulpiano apunta, y voy a incorporar también aquí la referencia, que *entre los sirios los varones desde los catorce años, y las mujeres desde los doce, hasta los sesenta y cinco están obligados por el tributo individual*. Pero los esclavos y esos hijos no poseen peculio propio alguno. En lo relativo a los esclavos se puede responder que el dueño lo saldaba en su propio tributo individual, en tanto que la tasación de aquellos se incorporaba a la propia fortuna del amo. Por lo demás, los esclavos son definidos según derecho como *sin personalidad fiscal*. En lo que respecta a los hijos es evidente que los padres liquidaron el impuesto en su lugar, pero ¿en función de qué tasa?, ¿no es posible que también se hiciera en función de algún tipo impositivo derivado de la fortuna de los padres? Yo lo ignoro, aunque me gustaría que así fuera y la cuestión quedaría resuelta. No obstante, lo abonaban y por eso en el «Panegírico» {a Constancio} se escribe: *En ese momento verdaderamente los padres dejan de lamentarse por tener hijos* ADULTOS*, se alegran por la remisión de sus cargas*.

3. Fíjate en que los hijos suponían una carga para sus padres, pero una vez que eran *adultos* y habían crecido, según dice Ulpiano más arriba. Y, por cierto, en otros textos leo que antes de los *veinte* años no estaban sometidos a capitación. Opino, no obstante, que la causa de aquella remisión se encuentra en la edad infantil y senil, pues antiguamente, los romanos no censaban a impúberes y los consideraban exentos del tributo. Es posible añadir que también se debía a que esta capitación no fue otra cosa en la práctica que la redención de obligaciones y trabajos serviles de los cuales, los pueblos, por supuesto los vencidos y esclavizados, pasaban a ser deudores frente a los romanos. Pero los niños y los ancianos no estaban preparados para estos trabajos y por

senes, non idonei: ergo nec pro iis solvant. Haec sunt, si pro Censu Tributum hoc datum.

4. Sed aliquis mallet, uniforme aliquid, et in omnia capita aequale. Nam sic Iudaei leguntur *Didrachmum* pependisse: et Christus ipse in Evangelio solvit {Matth[eo] cap[ite] XVII}. Quod Hieronymus quidem et Beda istuc retulisse videntur: sed alii tamen verius (inter hos Hilarius) ad Tributum, quod templo Iudaei debebant, in eo modo a lege divina definitum. Exodum vide {Cap[ite] XXX}. Et Iosephus sane ac Zonaras, sed et Xiphilinus, diserte scribunt *Vespasianum demum hoc instituisse, ut omnes ubique Iudaei duas drachmas Iovi Capitolino Romae penderent, quas antea* TEMPLO *Hierosolymitano solebant*. Nihil clarius: et Christi ipsa responsio (siquis examinat) a Tributo Caesariano nos abducit. Sed aliquis etiam opponat Lampridii haec in Alexandro: *Vectigalia publica ita contraxit, ut qui decem aureos sub Heliogabalo praestiterant, tertiam partem aurei praestarent. tuncque primum Semisses aureorum formati sunt, et Tremisses. dicente Alexandro, etiam Quartarios futuros, quod minus non posset. quos etiam formatos in moneta detinuit, exspectans, ut si vectigal contrahere potuisset, eos ederet*. Haec evincere videntur, certum genus nummi cusum ad Tributa: et nisi fallor, Capitis, quae sola certitudinem et unitatem poterant habere. Nam in agris, animalibus, aut opibus, id plane variabat. Faciat aliquid Hesychius, qui scribit: Κένσος, εἶδος νομίσματος, ἐπικεφάλαιον: *Census, genus numismatis, capitatio.* Sed et in Sacris legitur, *Numisma census*.

5. Tamen ob multa haereo, nec temere in hanc partem eo. Quid? *decem* igitur *aurei* in Lampridio, Capitatio fuisset? et postea *Triens*? In ipso Evangelio {Matth[eo] ca[pite] XXII}, ubi *numisma census* quaeritur: mox subiicitur, *Denarium obtulisse*. An ergo ille tantum aequaliter in capita? ridiculum, nisi si Denarius aureus fuit. Quid firmiter definiam, nescio: res tenebras, ut dixi, habet, nec nostra nunc cura illustrandas. Pluscula cogitavi aut collegi, fateor: sed intrincatis, aut mere litterariis, non nunc locus. Dico igitur breviter, Lampridii locum hoc tantum efficere, *Contracta omnia vectigalia: adeo ut qui (pro exemplo) decem antea daret, nunc Semissem aut Tremissem*: et quia imminuta illatio erat, in eius rei memoriam voluisse et nummos minores Alexandrum cudi. Sententia autem tota et vera, *contraxisse eum Tributa pleraque ad Trientem, conatum et ad Quadrantem: nec infra potuisse*. Quod si quis pertendit, nummos pro modo Tributi ita cusos: ubi igitur illi sunt? cur praegrandes aliqui non exstant? Denique statim infinitos cusos oportuit, ad pensiones totius orbis. Nihil est: et Hesychii aut Christi verba hoc modo volunt, ipsum illud quod ex censu in Tributum darent, *Censum* appellatum; atque adeo pecuniam, sive grandis ea sive pauca esset. Quin hoc totum pro priore sententia magis sit, quod Capitatio fuerit ex censu. [[Cur enim *Numisma census* dicatur, si ipsius census nulla habita ratio?]] Plura sunt: sed differo, et nunc inquiro, quod coeperam, in Capitationis fructum.

---

11 (siquis examinat) 1599, 1605] , 1598 **36-37** [[Cur...ratio?]] 1599, 1605] deest 1598

---

4 Mat. 17.24-27 **5** Hier. *Com. in Ev. Mat*. ad hoc; Bed. *In Mat. Ev. Exposit*. 82D
7 *Exod*. 30.11-16 **8-10** J. *B. J*. 7.7.6.218; DC 66.7.2 **12-16** HA *Alex. Sev*. 39.6-8
23 Mat. 22.15-22

---

26 Pluscula cogitavi aut collegi, fateor: = nota 5

ello no abonaban para redimirlos. Así son las cosas si este tributo se paga en función de la fortuna.

4. Pero habrá quien prefiera que se trate de algo uniforme e igualitario para todos los individuos. Es de este modo como se lee que recaía el *impuesto de las dos dracmas* sobre los judíos. El propio Cristo lo abonó en el «Evangelio» {en Mateo, capítulo XVII}. Hecho que, en efecto, Jerónimo y Beda parecen confirmar. En cambio otros (entre ellos Hilario) lo vinculan más verosímilmente al tributo que los judíos debían al templo, según quedaba definido por ley divina. Vete al «Éxodo» {en el capítulo XXX}. Además Josefo, Zonaras y también Xifilino escriben expresamente que *Vespasiano finalmente estableció que sobre todos los judíos allí donde se encontraran recaería un impuesto de dos dracmas en beneficio de Júpiter Capitolino de Roma, el mismo que anteriormente se solía pagar al* TEMPLO *de Jerusalem*. Nada hay más claro. También la respuesta de Cristo (si se analiza) al tributo del César nos lleva a esta opinión. Del mismo modo habrá quien alegue esta cita de Lampridio en el «Alejandro»: *Redujo del siguiente modo los vectigales públicos: el que había proporcionado bajo Heliogábalo diez áureos, proporcionaría un tercio de áureo. También entonces se batieron por primera vez monedas de medio áureo y de tercio de áureo. Alejandro también dijo que en el futuro se harían de cuarto ya que no era posible hacerlos menores. Estas monedas, una vez batidas, las retuvo en moneda, esperando a poder reducir el vectigal para ponerlas en circulación*. Parece ser que se impuso este procedimiento: acuñar el tipo de pieza que precisaba el cobro de tributos, y si no me equivoco, se refería al individual que era del único del que se podía tener certidumbre de su montante fijo. Pues en lo relativo a tierras, bestias y otros recursos, variaba mucho. Algo así debe estimar Hesiquio cuando escribe: Κένσος, εἶδος νομίσματος, ἐπικεφάλαιον: *Censo pagado en moneda, capitación*. También los «Textos Sagrados» se habla de *la moneda censal*.

5. De todos modos, en este tema hay muchas razones para estar dudoso y andar poco seguro. ¿Y bien?, ¿los *diez áureos* citados en Lampridio se corresponden con la Capitación?, ¿al final pasó a ser un *triente*? En el mismo «Evangelio» {en Mateo, capítulo XXII} cuando se pide *la moneda censal*, inmediatamente sigue que *presentaron un denario*. Entonces, ¿era sólo eso lo que se pagaba individualmente? Es cosa ridícula a no ser que el denario fuera de oro. Yo no llego a ninguna conclusión. Tal y como dije el asunto está rodeado de tinieblas que, por ahora, no se pueden aclarar con nuestras atenciones. Confieso que alguna cosilla más llego a entender y deducir, (5) pero no es este lugar de reflexiones intrincadas o del análisis de simples palabras. En resumen, pues, digo que el pasaje de Lampridio sólo permite dar por cierto lo siguiente: *Todos los vectigales se dedujeron hasta tal punto que aquel* (por ejemplo) *que pagase antes diez, ahora pagaba la mitad de uno o un tercio*, y como el impuesto se había disminuido, que Alejandro quiso hacer memoria del hecho acuñando piezas menores. En efecto, la verdadera afirmación en su conjunto dice *disminuyó la mayor parte de los tributos hasta un tercio de áureo, y había procurado hacerlo también hasta un cuarto de áureo, pero no pudo reducirlo más*. Es posible que haya quien se empeñe en que hubiera piezas acuñadas exclusivamente para el tributo, a él habría que preguntarle que dónde están y por qué no quedan algunas de las más grandes. En definitiva, que se hubiera hecho necesario que continuamente se acuñara un sinnúmero para los pagos de todo el orbe. Nada hay de eso. Las citas de Hesiquio o Cristo sólo permiten proponer que lo que se pagaba en función de la fortuna como tributo se llamaba *censo*, y que se efectuaba en metálico, ya fuera una cantidad grande o pequeña. Todo esto, en efecto, apoya el primer punto de vista, a saber, que la capitación se deducía de la fortuna. En verdad, ¿por qué llamarla *moneda censal* si la propia fortuna no tenía nada que ver?

6. Multum rediisse ex ea, multitudo capitum dicet, quae in Romano orbe. Iosephus de sola Aegypto scripsit, *habere eam septingentas et quinquaginta myriadas* [[{*Septem milliones cum dimidio*}]] *hominum, Alexandria excepta: idque liquere ex tributo, quod in capita singuli pendunt*. Postrema haec ita palam Graece habent: etsi interpres leviter alio deflexit. Sed argumentatur et colligit de Capitum numero, ex ipsa Capitatione, et tabulis scilicet Censualibus, quas inspexit; aut ab iis qui inspexere, hausit. Nam etsi non Pueri aut Senes conferrent, ut praedixi: tamen et eorum nomina scripta probabile est, contra fraudes, et pro cetera diligentia aut curiositate Romanorum. Si igitur talis ille Aegyptiorum numerus (et *Alexandriae incolas* etiam excipit, qui ipsi ad *centena* aliquot *millia*:) facile intellectu est, in quantum creverit capitarium hoc vectigal. Adde enim alias provincias in partem: quarum omnium in populis numerum sub Augusto voluit Suidas exprimere, atque utinam is locus recte haberet! *Augustus*, inquit {in verbo Αὔγουστος}, *omnes subditos viritim adnumerare voluit, ut sciret quanta multitudo esset*, Καὶ εὑρίσκονται οἱ τὴν ῥωμαίων οἰκοῦντες υι μυριάδες καὶ χίλιοι Ιζ ἄνδρες: *et reperti sunt Romanam ditionem incolentes quadringentae et decem myriades, mille et septemdecim viri*. Falsi plane numeri, et perexigui: cum sola Aegyptus ultra donet. Emendare tamen, non nisi eius est, qui divinandi artem certo tenet. [[At Tertulliani locum non insuper habeo, qui egregie asserit copiam hominum, cultumque orbis, in suo, id est Severi Imp[eratoris] aevo. De Anima, cap[ut] XXX. *Certe quidem ipse orbis in promptu est,* CVLTIOR DE DIE*, et instructior pristino. Omnia iam pervia, omnia nota, omnia negotiosa. Solitudines famosas retro fundi amoenissimi obliteraverunt, silvas arva domuerunt, feras pecora fugaverunt. arenae seruntur, saxa panguntur, paludes eliquantur.* TANTAE VRBES, QVANTAE NON CASAE QVONDAM. *Iam nec insulae horrent, nec scopuli terrent:* VBIQVE DOMVS, VBIQVE POPVLVS*, ubique respublica, ubique vita. Summum testimonium frequentiae humanae,* ONEROSI SVMVS MVNDO*. vix nobis elementa sufficiunt: et necessitates arctiores, et querelae apud omnes, dum iam nos Natura non sustinet*. Nihil impressius dici potest de pleno frequentique orbe: quod item ad felicitatem, quae sub Romanis, licet ducas.

7. Sed ut distincte de Capitatione nil dicam, tamen]] de universis Tributis aliquid, dum silvas et lustra excutio, videor indagasse: et ponam. Velleius, ubi de auctis finibus imperii, et provinciis adiectis, ita ait: *Divus Augustus, praeter Hispanias aliasque gentes: quarum titulis Forum eius praenitet,* PAENE IDEM*, facta Aegypto stipendiaria, quod pater eius Gallia, in aerarium reditus contulit*. Verba ea tollo et appendo, *paene idem* solvisse Aegytum, quod Galliam: ergo ista plus etiam dedit. Quid si inveniam Tributi igitur Aegyptiaci modum? propemodum in Strabone, qui sic tradit

---

3 [[{*Septem...dimidio*}]] 1599, 1605] 1598 *Alexandria excepta* 1605] deest 1598, 1599 **16** Falsi 1598, 1599] Falsi. 1605 **18-30** [[At...tamen]] 1605] Vt Capitationem igitur omittam, 1598, 1599

2-4 J. *B. J*. 2.16.4.385 **13-15** Suid. s. v. Αὔγουστος καῖσαρ **19-27** Tert. *De Anima* 30.3-4 **32-34** Vell. 2.39.2

17-18 qui divinandi artem certo tenet. = nota 6

Muchas razones hay para que esto sea así, pero las dejo para otra ocasión, ahora voy a investigar, según anuncié al principio, el provecho de la capitación.

6. Mucho se sacó de ella, la multitud de individuos que hubo en el orbe romano lo confirma. Josefo escribió refiriéndose sólo a Egipto *que poseía setecientas cincuenta decenas de miles* {*siete millones y medio*} *de hombres, exceptuando Alejandría, y que ese dato se extrae del tributo que recae individualmente sobre cada persona*. Las últimas palabras en Griego tienen a todas luces el sentido que yo les doy, si bien el traductor lo vierte de un modo levemente diferente. Josefo elabora su discurso y realiza sus deducciones sobre el número de individuos a partir de la propia capitación y de las listas, naturalmente de fortunas, que investigó directamente o consultó por medio de otros que sí lo hicieron. Pues, si bien ni niños ni ancianos contribuían según dije anteriormente, es probable, no obstante, que en virtud de la propia diligencia y atención al detalle de los romanos sus nombres sí se registrasen para evitar fraudes. Si, por lo tanto, tal era el número de egipcios (exceptúa a los *habitantes de Alejandría* que debían ser algunos *cientos de miles*), es fácil comprender a cuanto subía este vectigal individualizado. Añade, en efecto, las otras provincias en su parte correspondiente. Suidas quiso expresar en tiempos de Augusto el número de habitantes de todas ellas, y ¡ojalá que este pasaje tuviera total seguridad! {en la voz Αὔγουστος}: *Augusto*, dice, *quiso recontar a todos los súbditos individualmente para saber qué población había,* Καὶ εὑρίσκονται οἱ τὴν ῥωμαίων οἰκοῦντες υι μυριάδες καὶ χίλιοι Ιζ ἄνδρες: *así se descubrió que los que habitaban bajo dominio romano eran cuatro millones ciento un mil diecisiete hombres*. Cantidad a todas luces errónea, y excesivamente exigua, en la medida que sólo Egipto proporciona cantidades superiores. Corregirlo, no obstante, sólo le compete a aquel que esté dotado del arte de la 'divinatio'.(6) Por ello no dispongo de cita mejor que una de Tertuliano que con elegancia aduce la abundancia de hombres y el aprovechamiento del orbe que se daba en su propia época, esto es en la del emperador Severo. «De Anima», capítulo XXX: *En efecto, está a la vista de todos que el orbe está* MEJOR CULTIVADO DÍA TRAS DÍA*, y mejor dotado que antaño. Ya todo se ha hecho transitable, todo se conoce, todo se negocia. Fincas bien trabajadas han hecho desaparecer los vergonzosos yermos antiguos, los sembrados han doblegado a los bosques, los ganados puesto en fuga a las alimañas, los arenales se cultivan, se fijan lindes de piedra y se desecan las zonas pantanosas.* HAY TANTAS CIUDADES COMO NO HUBO CORTIJOS EN OTRO TIEMPO*. Ya no producen horror los bloques de viviendas, ni estupor los edificios de piedra.* POR DOQUIER HAY CASAS, PUEBLOS, *por doquier ciudades y vida. Prueba máxima de la proliferación del ser humano es que* SOMOS UNA CARGA PARA EL MUNDO*. Apenas tenemos suficiente de lo indispensable: las necesidades se nos hacen más perentorias, todos nos quejamos y, mientras, la Naturaleza ya no puede sostenernos*. No puede decirse nada más concluyente acerca de lo habitado y saturado que estaba el orbe, que al mismo tiempo se pueda sacar a colación a propósito de la felicidad que reinó bajó los romanos.

7. Pero aunque no voy a decir nada de claro sobre la capitación, algo creo haber averiguado sobre el conjunto de los tributos, en medio de esta selva salvaje. Y este es el lugar de exponerlo. Veleyo, cuando trata la ampliación de los límites del Imperio y la incorporación de provincias dice así: *El divino Augusto, junto a las Hispanias y otras naciones, con cuyas inscripciones triunfales adornó magníficamente su foro, entregó al erario rentas* PRÁCTICAMENTE IGUALES *a las de su padre tras la conquista de Galia, una vez que Egipto se hizo estipendiario*. Voy a darle su justo sentido y a sopesar bien esta cita. Según se dice Egipto abonaba *prácticamente igual* que Galia, de modo que esta pagaba incluso más. ¿Y si yo fuera capaz de descubrir el monto del tributo

{Lib[ro] XVII}: *Ciceronem in oratione quapiam scriptum reliquisse, tributa ex Aegypto rediisse Ptolomaeo illi qui Cleopatrae pater fuit, talenta annua duodecim millia et quingenta*. Vbi hoc Cicero, nescio: hodie non exstat, et puto tamen fuisse in ea pro Rabirio Postumo, quia argumentum eius tale aliquid vel admittit, vel petit. Sed parum hoc ad rem: illud maxime, quod Strabo adnectit, his verbis: *Si igitur ille rex neglegenter et ignave imperans, tantum redigit: quid* NVNC *censendum est, cum omnia* TANTA DILIGENTIA ET ORDINE *administrantur, itemque Troglodytica et Indica negotiatione sic aucta*? Satis praeit nobis et adserit, multo plus in Tributis Aegypti suo, id est Augusti vel Tiberii, aevo fuisse: quam olim suo Ptolomaeis. Atqui si tunc tot illa dicta talenta (ea faciunt *septem milliones et semissem*:) quidni ad *decem aut duodecim milliones* producamus in sequenti aevo? nec nimium censeo me dixisse.

8. Aud.- Censeo te dixisse Lipse, censeo. Nam primum Strabonis illud Diodorus refellit, qui lustrasse sub id tempus Aegyptum scribit {Lib[ro] XVII}, et *accepisse ab iis qui res rationesque Regias tractabant, illum accipere supra sex millia talentum annua*. Iam de Gallia etiam habeo quod dicam: sed tu de isto prius.

9. Lips.- Semper mihi res cum Diodoris? amo scilicet hoc nomen, ob unum illum virum. Sed tu scito breviter, Diodorum si ab Aegyptiis hoc accepit, Aegyptiaca igitur talenta etiam intellexisse, quae maiora Atticis, et habent minas sive libras *octoginta*: quod Plinius ex Varrone scripsit. Ita igitur si consideras; haud nimis ea *sex millium* summa a *Duodecim* abit, etsi tamen abit. Sed addit Diodorus, *plus* etiam accepisse: quo ipsum nos iuvet: et denique Ciceroni ac Straboni lubet merito, prae Diodoro, credere atque adhaerere. Enimvero opes Aegypti magnae, reditusque: et Iosephi verba tu haec audi {II Excid[ii]}. *Tributorum*, inquit, *multo amplius Romanis per singulos menses pendit, quam vos, o Iudaei, toto anno: et praeter pecuniam, annonam frumentumque quattuor mensium urbi Romae*. Ita Agrippa rex in concione Iudaeos alloquitur: et duo ex iis discas, grande aliquod Aegyptios intulisse; et Iudaeos vix duodecimam eorum partem. Sed ut coeperam dicere, si tantum istud Aegyptus: quid iam Gallia, quae plus, ex Velleio, et ratione (nam multo grandior laxiorque est) plus, inquam, longe dedit? An minus igitur, quam XV *aut* XX *milliones*?

10. Aud.- Et hic erat Lipsi, in quo volebam te non reprehensum fortasse, des repressum. Quid clamas de Gallia? os tibi claudit Suetonius, vel te restituente: *C*[*aius*] *Caesar Galliae* CCCC^{es} HS *in annos singulos, Tributi nomine, imposuit*. Hoc tu ita ex libris veteribus: hoc et Eutropius idem dicit. Atqui *quadringenties* illud, quid nisi *unus millio* est? ut videas corruere tot illos a te superstructos.

---

7 TANTA DILIGENTIA ET ORDINE 1605] *tanta diligentia et ordine* 1598, 1599

1-3 Str. 17.1.13 **5-8** Str. 17.1.13 **14-15** DS 17.52.6 **20** Plin. 33.52 **25-27** J. *B. J.* 2.16.4.386 **30** Vell. 2.39.1 **34-35** Suet. *Caes*. 25.1 (cf. Lips. *Com ad Ann*. 1.31) **36** Eutr. 6.17.3 [ed. Santini: *sestertium quadringenties*]

egipcio? Poco más o menos aparece en Estrabón que dice lo siguiente {en el libro XVII}: *Cicerón dejó escrito en cierto discurso que los tributos de Egipto rentaron al Ptolomeo padre de Cleopatra doce mil quinientos talentos anuales*. Desconozco dónde dice esto Cicerón. Actualmente no ha quedado el texto aunque supongo que estuvo en el discurso en defensa de Rabirio Póstumo, porque el asunto que trataba admite e incluso reclama algo así. Pero esto influye poco en la cuestión. Mucho más importante es aquello otro que Estrabón apostilla con estas palabras: *Por lo tanto, si aquel rey, que gobernaba con descuido y sin rigor, sacaba tal cantidad, ¿qué se puede pensar que se saca* HOY EN DÍA*, cuando se administran todos los asuntos* CON TANTA DILIGENCIA Y ORDEN, *toda vez que se ha aumentado en gran medida el trato comercial con trogloditas e indios?* Nos pone a la vista y refiere que en lo relativo a los tributos de Egipto se conseguía mucho más en su época, esto es en la de Augusto o Tiberio, que antiguamente en la de los Ptolomeos. De modo que si en aquel entonces se habla de aquella enorme cantidad de talentos (que hacen *siete millones y medio*), ¿por qué no podemos llevarlo a los *diez o doce millones* en la época inmediatamente posterior? Y no creo estar exagerando.

8. Discípulo- Pues yo creo que sí, Lipsio. Antes que Estrabón, Diodoro refuta lo que dices cuando escribió que recorrió Egipto en esa misma época {en el libro XVII} y *tuvo conocimiento por aquellos que gestionaban el patrimonio y las finanzas regias de que aquel recibía algo más de seis mil talentos anuales.* También tengo algo que decir sobre Galia, pero primero respóndeme tú a esto.

9. Lipsio- ¿De nuevo me vienes con pasajes de Diodoro? Estimo, por supuesto, este nombre por el hombre que hay detrás. Pero tú has de saber, en resumidas cuentas, que Diodoro, si tuvo conocimiento de esa información a través de egipcios, también entendió que se trataba de talentos egipcios, mayores que los áticos y de a *ochenta* minas o libras, según escribe Plinio a partir de Varrón. Así pues, si te paras a pensar, aquella suma de *seis mil* no queda demasiado lejos de los *doce*, si bien es cierto que algo sí se diferencia. Pero Diodoro añade que percibió incluso *más*, con lo que se acerca a nuestro parecer. Y en definitiva creo justificado dar más crédito y adherirme a las opiniones de Cicerón o Estrabón, antes que a las de Diodoro. Por lo demás, los recursos de Egipto y sus rentas fueron importantes. Escucha, sino, estas palabras de Josefo {libro II de la «Caída»}: *Sobre ellos recaen cada mes muchos más tributos romanos que lo que vosotros pagáis, judíos, en todo el año: pues además de cantidades de dinero pagan la anona y el trigo de cuatro meses para la ciudad de Roma*. Así se pronuncia el rey Agripa en un discurso a los judíos, y debes aprender dos cosas de estas palabras: que los egipcios aportaban mucho y que los judíos apenas una duodécima parte de lo de ellos. Pero, según había comenzado a decir, si Egipto generaba esa cantidad, entonces ¿cuánto más la Galia que, según lo que dice Veleyo, pues con razón (pues es mucho mayor y más amplia) cuánto más, digo, era capaz de pagar? ¿No es posible que por lo menos *15 o 20 millones*?

10. Discípulo- Y ahí es, Lipsio, donde yo querría no tanto reprehenderte como contenerte. ¿Te das cuenta de lo que estás diciendo sobre Galia? Suetonio te tapa la boca, precisamente por medio de una corrección tuya: *Cayo César impuso a Galia en concepto de tributo 40.000.000 de* HS *por año*. Puedes verlo tal cual en libros antiguos y Eutropio dice lo mismo. Y aquellos *cuarenta millones*, ¿qué son sino *un millón*? Para que veas cómo se desmoronan todos esos millones que tu erigiste.

11. Lips.- Ego tamen firmiter satis struxi: nec machina haec tua deiicit, aut quatit. Nam restitui ita, fateor, libros secutus: sed quid si in numeris aberrantes? non insolens est: et hic, cum inquiro et penetro, plane est factum. Dic sodes tu aut alius, illa ampla, illa dives Gallia (sic enim semper habita et laudata) non nisi *millionem* annuum in tributo dederit? O clementiam imperii Romani! o illos bene meritos de urbe, quam ceperant; de populo, quem ad extremum armis provocarant! Non sunt ista profecto: et audeo adfirmare Suetonium atque Eutropium scripsisse ∞∞∞∞ id est, *quater millies*. Ea summa *decem milliones* reddit: minus inquies, quam Aegyptus: ita est, sed addo, et ratio comprobat, aucta haec Tributa largiter, et vel in duplum, ab Augusto esse. Nam ille censum per Gallias *instituit, opus novum et inadsuetum Gallis* (ut Claudius in Oratione apud Senatum loquitur) et ea ratione immensum auxit. Quod fecit idem in aliis provinciis, et in Syria etiam, ut ex Evangelista notum: itemque in Hispania, sed temporibus diversis. At iam, mi Auditor, si solae Aegyptus et Gallia ad XXX *aut circiter milliones* pependerunt: quid totus orbis reliquus? An non Syria et Asia tantum? Africa et Hispania? Graecia et Illyricum? Insulae omnes simul? et multa omitto: et concipere summas vereor, sed supra *centum quinquaginta milliones* fuisse{Vide Notas}, animo hoc sentio, et ore etiam promo.

---

10 CIL 13. 1668=ILS 212 **12** Luc. 2.2

---

17 {Vide Notas}= nota 7

11. Lipsio- Yo los he apuntalado sólidamente y este instrumental de asalto tuyo no los echa abajo ni los hace temblar. Confieso haber restituido las cantidades a partir de los libros, pero, ¿qué hacer si presentan números alejados de la realidad? No es algo raro y, cuando lo examino detenidamente, es lo que ocurre manifiestamente en este punto ¿Habrá quien se atreva a afirmar –ya seas tú o cualquier otro– que aquella amplia y rica Galia (siempre ha sido tenida y alabada por tal) sólo pagó *un millón* anual como tributo? ¡Vaya con la clemencia del imperio Romano, vaya con la de los beneméritos miembros de la ciudad que hacían gala de ella, vaya con la del pueblo que había sido llevado por ellos a las armas! En realidad no es de este modo como hay que contar, y yo me atrevo a dar por sentado que Suetonio y Eutropio escribieron ∞∞∞∞, esto es, *cuatrocientos millones*. Esta suma equivale a los *diez millones*. Menos, puedes decirme, que Egipto. Así es, pero yo añado, y un cálculo razonado lo demuestra, que estos tributos fueron aumentados copiosamente, casi al doble, por Augusto. Pues él con un impuesto sobre la fortuna por todas las Galias, *estableció algo nuevo y desacostumbrado para los galos* (tal y como Claudio dice en un «Discurso» al Senado) y con esta medida aumentó las rentas inmensamente. Esto también lo realizó en otras provincias, particularmente en Siria como es sabido por el Evangelista, y también en Hispania, pero en diferentes épocas. Por lo tanto, querido discípulo, si Egipto y Galia por sí solas entregaron *alrededor de 30 millones*, ¿cuánto el conjunto restante del orbe? ¿No valen Siria y Asia otro tanto?, ¿o África e Hispania?, ¿Grecia e Ilírico?, ¿todas las islas juntas? Y omito muchas otras regiones, pues me provoca temor imaginar las sumas, pero yo siento en mi interior que estuvieron por encima de los *ciento cincuenta millones* {*Ver notas*}(7), cifra que no voy a callar.

Lib. II cap. 4: De Aerario militari, et Vigesima, Vigesimaquinta, Centesima ad id explendum.

1. O igitur opes immensas cum considero! et maxime in *diligentia* ea quam Strabo commemorat, cuius exemplum etiam iocosum, lubet dare. Scribit idem alibi, *Gyarum se venisse* (non insulam, sed scopulum) *a pauculis piscatoribus habitatam. atque eos ipso illo tempore quo adfuit, Legatum ad Caesarem misisse, deprecatum gravitatem tributi. Nam impositos sibi centum quinquaginta denarios, cum aegre centum possent pendere*. Tu rides? licet: sed vides quam nihil eos fugerit, et saxa et rupes etiam habuerint sub tributo. Nec de magnis sane provinciis hoc Senecae acceperim: *Caium Caligulam centies* HS {CCL.M. *Philipp*[*icorum*]} *absumpsisse, ut provinciarum tributum una caena fieret.* Mediocrium dico aut tenuium provinciarum: nam ampliores, quanto amplius? Et finem ego hic putabam: sed tamen alia etiam se obiiciunt et occurrunt, sine fraude magna Aerarii non omittenda. Nam Augustus ille, qui valde rem romanam auxit; etiam onera, et hic quoque pro nomine suo fuit. Nam is *Aerarium militare* seorsim instituit, et ad id explendum reditus novos et certos. Suetonius ita {Ca[pite] XCIX}: *Quidquid ubique militum esset, ad certam* STIPENDIORVM PRAEMIORVMQUE *formulam adstrinxit: definitis, pro gradu cuiusque, et temporibus militiae, et commodis missionum; ne aut aetate, aut inopia, solicitari ad res novas possent. Vtque perpetuo, ac sine difficultate, sumptus ad* TVENDOS *eos* PROSEQVENDOSQVE *suppeteret, Aerarium militare cum* VECTIGALIBVS NOVIS *instituit*. Notandum est, duplici pecunia opus fuisse, ad *Stipendia* et ad *Praemia*: quod seorsim Suetonius dixit, ad *Tuendos*, in militia scilicet; et ad *Prosequendos*, nempe post militiam, et a missione. Quid autem? inquies, an tot igitur illa tributa non sufficiebant alendo et ornando militi? Suffecissent omnino, nisi et alia publica onera, eaque immensa fuissent, in populo pascendo, in ludis dandis, in operibus, in magistratibus et officiis: et quae distincte aut accurate dicere, non sit huius loci. Vtinam Appiani liber exstaret, qui haec omnia fuit complexus! Ita enim ipse, initio operis, ubi id dividit et disponit: *Vltimus liber*, inquit, *habebit* COPIAM MILITAREM*, quam et quantam Romani habeant; tum et* PROVENTVS PECVNIASQVE*, quas per singulas gentes capiunt; item quid in* CLASSES *impendant, et si quid erit huiusmodi*. O pulchrum, o desiderabilem illum librum! sed periit: scire tamen Appianus illa potuit, tum quia et ipse in Republica fuit, tum quia moris rationes illas imperii in publico edi. Suetonius de Caligula: *Rationes imperii ab Augusto proponi solitas, sed a Tiberio intermissas,* PVBLICAVIT. Rationarium, sive et Breviarium imperii, hoc idem Suetonius alibi appellat: et Tacitus explicat describitque, cum *prolatum* a Tiberio *libellum* scribit, *quo* OPES PVBLICAE *continebantur. quantum civium sociorumque in armis, quot classes, regna, provinciae; tributa aut vectigalia, et largitiones ac necessitates*. O hunc quoque laudabilem morem.

---

4 igitur 1599, 1605] deest 1598

5-8 Str.10.5.3 **10-11** Sen. *Cons. Helv*. 10.4 **16-21** Suet. *Aug*. 49.2
28-30 App. *Praef*. 15 **33-34** Suet. *Calig*. 16.1 **34** Suet. *Aug*. 101.4
36-38 Tac. *Ann*. 1.11.3-4

Lib. II cap. 4: Sobre el erario militar. La vigésima, la vigésimoquinta y la centésima para financiarlo.

1. ¡Hay que ver, pues, qué inmensos recursos surgen si me paro a pensar! Especialmente con aquel riguroso *espíritu económico* que evoca Estrabón del cual me gustaría dar un ejemplo en cierto modo jocoso. Escribe en cierto lugar que *llegó a Gyaro* (que no es una isla sino un islote) *que estaba habitado por unos poquillos pescadores y que ellos, por el mismo tiempo en que él estuvo allí, enviaron un embajador al César para que redujese el peso del tributo. Y es que soportaban sobre sí impuestos por valor de ciento cincuenta denarios, ellos que a duras penas podían satisfacer cien*. ¿Tú te ríes? Es normal, pero date cuenta de que no se les escapaba nada y que sometieron a tributo hasta riscos y peñascos. La siguiente referencia de Séneca no tiene por qué referirse a las grandes provincias: *Cayo Calígula dilapidó diez millones de* HS {*250.000 Filíp*[*icos*]}*, gastándose en un solo banquete el tributo de las provincias*. Afirmo que se trataba del de las provincias medianas y humildes, pues las mayores ¿cuánto más no pagarían? Yo, en definitiva, suponía que con lo dicho se ponía un punto final al tema, pero otros impuestos se me ofrecen y presentan, y no pueden omitirse sin causar un grave fraude al erario. Y es que el propio Augusto, que aumentó sobremanera las arcas romanas, también en este punto cumplió con su nombre. Por ello instituyó un *erario militar* separado y para financiarlo, nuevas y precisas rentas. Así dice Suetonio {en el capítulo XCIX}: *Para todo el ejército, independientemente de dónde estuviese, fijó un reglamento concreto* DE PAGAS Y RETRIBUCIONES DE LICENCIAMIENTO *estableciendo, según la graduación de cada soldado, tanto su tiempo de servicio como las gratificaciones en el momento del licenciamiento, de manera que no pudieran organizar revueltas por cuestiones relativas a su edad o su pobreza. Para tener continuamente garantizados los costes necesarios para* CUBRIRLOS y MANTENERLOS *sin dificultad, instituyó el erario militar* CON NUEVOS VECTIGALES. Debe subrayarse que fue necesario un doble flujo de dinero, el destinado a las *pagas* y el de las *retribuciones de licenciamiento*. Esto lo afirma Suetonio cuando trata separadamente del gasto para *cubrirlos*, por supuesto en sus necesidades durante el servicio, y del gasto para *mantenerlos*, como es natural después del servicio y desde el momento de la licencia. ¿Y bien? dirás, ¿todos aquellos tributos de que hemos hablado no eran suficientes para abastecer y equipar al ejército? Sí que lo hubieran sido, ciertamente, de no ser por las otras cargas públicas que eran inmensas, como, las destinadas a alimentar al pueblo, a organizar espectáculos, a obras públicas, a magistrados y servicios públicos. Este no es el lugar para tratarlas individualizadamente. ¡Ojalá se conservara el libro de Apiano que las resumió! Así dice, en efecto, él mismo al inicio de la obra, cuando la organiza y presenta: *El último libro*, dice, *tratará de la* FUERZA MILITAR*, qué características y tamaño tiene la de los romanos; también de la* PRODUCCIÓN Y RIQUEZA*, qué reciben de cada nación; del mismo modo tratará de lo que dedican a las* FLOTAS*, y otros asuntos por el estilo*. ¡Noble y codiciado libro!, pero se ha perdido. Sin embargo Apiano pudo saber de aquellos temas, tanto porque él mismo estuvo al servicio del Estado como porque aquellas cuentas del imperio se hacían públicas de costumbre. Suetonio dice a propósito de Calígula: PUBLICÓ *las cuentas del imperio que se solían exponer al público desde Augusto y que Tiberio había dejado de publicar*. Estadística o inventario del Imperio, así lo llama Suetonio en otro lugar, también Tácito desarrolla y describe el asunto cuando escribe del *memorial presentado* por Tiberio *en el que se contenían los* RECURSOS PÚBLICOS*, qué cantidad de ciudadanos y aliados disponibles para el ejército había,*

cum Princeps rationes quasi cum Republica ponit, et ostendit nihil sibi quaeri propie, aut insumi.

2. Sed abeo a mea re, admiratione talium: et semel dicenda fuerunt. Nos igitur iterum suspendo gradu quaeramus quae perierunt, aut in oblivionis aquis latent. Dixi *Aerarium militare* institutum noviter ab Augusto, et ad id implendum quaesitos fontes. Tres repperit, *Vicesimam*, *Vicesimamquintam*, *Centesimam*.

3. *Vicesima* fuit *hereditatium*: de qua in hunc finem instituta aperte ita Dio, in actis anni DCCLIX. {Lib[ro] LV} *Postquam multae pecuniariae rationes propositae, et spretae fuissent, ad Aerarium militare: placuit tandem seditque, ut Vicesima esset hereditatum et legatorum, quae cuique obvenissent testamento: exceptis tamen aut sanguine valde iunctis, aut admodum pauperibus, quos hoc onere liberarunt*. Duo venisse in hanc vicesimam vides, *Hereditates* et *Legata*: Deus bone, quanta et quam crebra ea, vel in Roma tantum? Quot illic divitiae, et quoties, per captaturas et aucupia, ad externos translatae? Solvebant igitur saepe Vicesimam: et nemo ambigat fuisse incredibile Vectigal. Excipiuntur tamen hic *Proximi*, vel *Pauperes*: et Nerva ac Traianus etiam, postea mitigarunt, quod in Plinii Panegyrico diffuse est videre. [[Atque ut verum fatear, hoc Tributi genus imitabile videatur, nec grave etiam pendentibus: cum laetitia magni et inopinati saepe proventus obruat vel minuat sensum inferendi.

4. Sed fons]] alter, *Vicesimaquinta mancipiorum*. de qua Tacitus {Lib[ro] XIII Annal[ium]}: *Vectigal Quintae et vicesimae vaenalium mancipiorum* (a Nerone) *remissum: specie magis, quam vi; quia cum venditor pendere cogeretur, in pretium emptoribus accrescebat.* Id autem Aerario militari accessisse, Dio item scribit, anno post *Vicesimam* institutam. *Cum etiam pecunia*, inquit, *opus esset, et maxime ad Vigilum cohortes iam institutas, Augustus vectigal Quinquagesimae, in venditione mancipiorum, induxit*. Dico *Quinquagesimae*: et sic in Graeco est, τὸ τέλος πεντηκοστῆς: an non tamen πεντεικοστῆς rescribendum, levi mutatione, id est *Vigesimaequintae*, pro verbis claris Taciti, sit considerandum. Magis est, ut putem sic fuisse, et Romano scriptori accredam. Quanti hoc vectigal fuerit, is agnoscet, qui crebra mancipia in Romano orbe, crebram mutationem, et maxima deinde eorum pretia cogitabit. De crebritate, alibi dicemus: de pretiis, quis nescit Daphnidem vaenisse (in Plinio {Lib[ro] VII}) *trecentis millibus et septingentis sestertiis*? id est, *septem millibus quingentis septemdecim* Philippaeis cum dimidio: grande pretium in uno fluxo et mortali homine, et quem solus *Grammatici* titulus commendabat. [[Ab eadem classe et arte Laelius Praeconinus (in Suetonio) emptus *ducentis millibus nummum*: quae sunt *quinque Philippaerum millia*. Iam Calvisius ille]] Sabinus (in Seneca) *plures anagnostas habuit, et singulos centum millibus emptos*. Quot aurei igitur prodeunt e talibus singulis? quot ex millenis aliquot, qui, cottidie paene dixerim, vaeniebant? Et Iurisconsulti quidem pretia servorum definiunt: *in communi aliquo viginti aureos; in artifice, medico, notario, eunucho, triginta, quinquaginta, sexaginta*: et quamquam

---

15-18 [[Atque...fons]] 1599, 1605] Fons 1598 **30** cum dimidio 1599, 1605] deest 1598 **32-33** [[Ab...ille]] 1599, 1605] Calvisius etiam 1598 **34** *emptos* 1599,1605] .Qui sunt *duo millia quingenti* Philippaei 1598 **38** quamquam 1599, 1605] quanquam 1598

8-11 DC 55.25.5 **14-16** Plin. J *Pan*. 37-40 **20-22** Tac. *Ann* 13.31.2 **22-27** DC. 55.31.4 **29-30** *Adm*. III **30** Plin. 7.128 **33** Suet. *Rhet*. 3.2 **34-35** Sen. *Ep*. 27.5-7

el número de flotas, reinos y provincias; los tributos y vectigales; las dádivas y gastos comprometidos. ¡Costumbre esta digna también de alabanza! Cuando el príncipe hace públicas las cuentas así como la situación del Estado para mostrar que nada se queda para sí ni se gasta en su provecho.

2. Pero con la admiración de tales hábitos me estoy alejando de mi asunto, queda dicho de una vez por todas lo que se debía. Nosotros, por nuestra parte, de nuevo con paso indeciso, busquemos lo que ha desaparecido o lo que permanece en las aguas del olvido. Afirmé que el *erario militar* fue instituido como novedad por Augusto, y que para dotarlo buscó fuentes de financiación. Tres encontró: la *vigésima*, la *vigesimoquinta* y la *centésima*.

3. La *vigésima* se impuso *sobre las herencias*. Así de claro habla Dion sobre el impuesto creado con este fin en la exposición de las leyes del año 759 {en el libro LV}: *Tras la proposición de muchas medidas económicas para el erario militar y su rechazo, se aprobó, por fin, y resolvió definitivamente que se impusiera la vigésima sobre las herencias y cesiones que cayeran en suerte a cualquier persona por vía testamentaria, exceptuando, no obstante, a los emparentados con estrechos lazos de sangre y a los extremadamente pobres, los cuales se libraron de esta carga.* Fíjate que dentro de esta vigésima se incluyen dos conceptos: *herencias* y *cesiones*. Buen Dios, ¿cuán grandes y ricas fueron ambas, aunque sólo fuera en Roma?, ¿cuánta riqueza encierra esta institución, y cuántas veces ha salido de una familia con tretas y trampas? Así pues abonaban regularmente la vigésima y no hay quien dude que fue un vectigal increíble. Se exceptúan, no obstante, los *parientes cercanos* y los *pobres*, y Nerva y Trajano, incluso, lo atenuaron más tarde, cosa que se puede ver con detalle en el «Panegírico» de Plinio. Y, a decir verdad, este tipo de tributo parece digno de imitación y en absoluto pesado para los que deben afrontarlo toda vez que la alegría de un gran y frecuentemente inesperado provecho tapa y reduce la inclinación a violentarse.

4. Existe también una segunda fuente de financiación: *la vigesimoquinta sobre los esclavos* acerca de la cual Tácito {en el libro XIII de los «Anales»} dice lo siguiente: *Se suprimió el vectigal de la vigesimoquinta sobre la venta de esclavos* (por parte de Nerón); *impuesto más aparente que real, porque aunque se obligaba al vendedor a pagarlo, lo aumentaba en el precio a los compradores*. Dion asimismo escribe que ese impuesto se dedicó al erario militar el año siguiente a la institución de la *vigésima*. *Al necesitarse dinero*, dice, *y particularmente tras la reciente creación de las cohortes de los vígiles, Augusto introdujo el vectigal de la quincuagésima sobre la venta de esclavos.* Digo *quincuagésima* porque así aparece en griego: τὸ τέλος πεντηκοστῆς. Debe considerarse, no obstante, si con un leve cambio no habría que corregirlo como πεντεικοστῆς, esto es, *vigesimoquinta* en función de los claros términos de Tácito. Es un impuesto mayor, si se piensa que se pagó según este porcentaje y se da crédito al autor romano. A cuánto ascendió este vectigal, lo ha de saber quien conozca la abundancia de esclavos que había en el orbe romano, su intercambio continuo y los consiguientes altos precios que alcanzaban. De su abundancia ya hablaremos en otro lugar, de su precio, ¿quién no sabe que Dafnis fue vendido (según Plinio, {en el libro VII}) *en trescientos mil setecientos sestercios*? Son *siete mil quinientos setenta* filipeos y medio, precio desmesurado para un simple hombre mortal, al cual sólo le daba valor el título de *gramático*. De la misma clase y oficio, Lelio Preconino (según Suetonio) fue comprado por *doscientas mil monedas* que son *cinco mil filipeos*. Aquel otro Calvisio Sabino, en fin, (según Séneca) *tuvo muchos lectores, algunos comprados al precio de cien mil*. ¿Cuántos áureos, por lo tanto, se sacarían de alguno como ellos?, ¿cuánto de los miles que, diré que prácticamente a diario, se vendían? Los jurisconsultos definen el precio de los siervos: *por uno común veinte áureos; por el artesano, médico,*

Romani aurei sunt (id est duplices nostri) tamen modica illa aestimatio, nec in venditione locum habet, quae nimis saepe excessit. Alio fine a Iurisconsultis ea sunt scripta: [[aestimationis communis caussa;]] et fortasse ad Portoria aliquis etiam trahet.

5. Sed tertius fons, *Centesima*, quae *rerum vaenalium* fuit: de qua Tacitus, in Tiberii rebus. *Centesimam rerum vaenalium deprecante populo, edixit Aerarium militare eo subsidio niti*. Si omnium autem vaenalium, quae et quam infinita summa fuit? Si in auctione tantum; minor, sed et sic grandis. Suetonius quidem sic restringere videtur, qui in Caligula *Centesimam auctionum* appellat, *et remissam Italiae* ab eo Principe notat.

6. Finivi de Aerario militari: [[quod proprie quidem ad ipsum facit. Alias non nescio, et poenas sive mulctas legum, item damnatorum confiscationes saepe in hoc aerarium relatas. de quibus Plinius in Panegyrico: *Locupletabant et fiscum et aerarium, non tam Voconiae et Iuliae leges* (Papias intellegit, de maritando) *quam Maiestatis, singulare et unicum crimen eorum, qui crimine vacarent*. Et magna quidem haec ratio fuit: sed illa Maiestatis raro, nisi a deterioribus, usurpata. Tetigisse haec satis sit: nos nunc]] ad alia imus.

---

2 [[aestimationis...caussa;]] 1605] deest 1598, 1599 **10-16** [[quod...nunc]] 1599,1605] deest 1598

5-6 Tac. *Ann*. 1.78.2 **8** Suet. *Calig*. 16.3 **12-14** Plin. J. *Pan*. 42.1

escribiente, eunuco, treinta, cincuenta y sesenta respectivamente, y aunque son áureos romanos (esto es, del doble de los nuestros) aquella estimación se queda corta, y no ha lugar en el momento de la venta, momento en el que elevan muy frecuentemente los precios. Estas cifras se presentan con otro fin por parte de los jurisconsultos: con motivo de las tasaciones ordinarias de patrimonio y, quizá, habrá quien las relacione con los derechos de paso.

5. Existió también un tercer ingreso, la *centésima* que se aplicó a las *compraventas*. Sobre ella, cuando trata de Tiberio, dice Tácito: *Ante la solicitud popular de una remisión de la centésima sobre las compraventas, hizo saber que este subsidio sostenía al erario militar.* Si, en efecto, gravaba todas las compraventas, ¿qué incalculable suma no proporcionaría? Si sólo gravaba las subastas sería menor, pero incluso así, grande. Ciertamente Suetonio parece restringirlo a estas únicamente, pues al tratar de Calígula denomina al impuesto *centésima de las subastas* y apunta que *Italia quedó exenta de él* desde aquel príncipe.

6. He acabado con lo relativo al erario militar, y con todo aquello que ciertamente hace referencia a él con propiedad. No desconozco que a este presupuesto se le asignaron a menudo otros recursos, como las penas o multas legales, o las confiscaciones a condenados. Plinio en el «Panegírico» dice sobre de ellas: *Las leyes Vocona y Julia* (se refiere a las leyes Papias sobre el matrimonio) *enriquecían tanto al fisco como al erario, pero menos que la de lesa majestad, ese crimen singular y específico de los que no cometen crímenes*. Ciertamente, las cantidades que proporcionaban eran grandes, aunque la de lesa majestad se utilizaba raramente, tan sólo por parte de los peores emperadores. Bastante se han tratado ya estos temas, vamos ahora a por otros.

Lib II. cap. 5: De Metallis, et argenti, auri, aliarumque rerum fodinis.

1. Aud.-An et aliud igitur restat?

2. Lips.-Aliud, aliaque potius, ut dixi.

3. Aud.-Hem, quousque accumulabimus? et vide ne patientiam omnem illis excutias tot onera ferendi: imo et mihi paene fidem.

4. Lips.-Confide, bene et firmiter imponam, et testimoniorum suis vinculis ligabo. In ista re pecuniaria, an ipsam eius materiem, id est *Metalla* omittam? nefas. magni ex iis reditus, et in variis locis: et reditus quidem innoxii, iusti, et sine onere subditorum. Terra, benigna illa mater, haec quoque nobis donat. Cassiodorus pulchre: *Metallarii sine furto divitias rapiunt, optatis thesauris sine invidia perfruuntur, et soli sunt hominum, qui absque ulla nundinatione, pretia videantur acquirere.* Iterumque mox addit: *Aurum per bella quaerere, nefas est; per maria, periculum; per falsitates, opprobium; in sua vero natura, iustitia*. Nescio tamen, o bone Cassiodore, nescio de *Iustitia*: et an non Saevitia aliqua admixta? certe, ut illi tunc quaerebant. Nam multa millia hominum huc adigebant, quosdam mercede conductos, plerosque damnatos ad metalla: quos in subterraneo illo carcere, fames, labor, vapor, et ruina saepe etiam necabat. Ipse Cassiodorus non dissimulat: *Intrant homines caligines profundas, vivunt sine superis, exsulant a sole: et dum sub terris compendia quaerunt, nonnunquam lucis gaudia derelinquunt*.

5. Aegyptiorum hoc inventum fuit. *quorum reges* (ait Diodorus {Lib[ro] I}) *omnes criminis damnatos, item ex hostibus captos, sive quis regem offendisset, ipsum et totam cognationem interdum, auro effodiendo deputabant: simul et facinorum poenam sumentes, simul et quaestum uberem ex eorum labore capientes*. Atque hi tali interdum numero apud Romanos, ut Polybius ad Carthaginem Novam, fodinis in Hispania, *non minus* XL *millia hominum* scribat *assidue in opere versari*. Plinius etiam notat {Li[bro] XXXIIX cap[ite] IIII}, *Censoriam legem fuisse Ictimulorum aurifodinae in agro Vercellensi, qua cavebatur, ne plus quinque millia hominum in opere Publicani haberent*. Nec id credito miseratione aut cura pereuntium factum: sed cautione, et dispensatione operis, ut ne in una conductione Publicani totum aurum exhaurirent. Itaque lex in elocatione dicta fuit, de numero operarum. Strabonis locus est, qui abdicare a Rep[ublica] aut Principe Argenti omnes fodinas videtur, relinquere tantum Auri. Verba {Lib[ro] III}: εστι δὲ καὶ νῦν τὰ ἀργυρεῖα, οὐ μέντοι δημόσια, οὔτε δὲ ἐνταῦθα, οὔτε ἐν τοῖς ἄλλοις τόποις, ἀλλ'εἰς ἰδιωτικὰς μετάστησαν ἐκτίσεις. τὰ δὲ χρυσεῖα δημοσιεύεται τὰ πλείω: *Sunt autem et nunc Argentariae in Hispaniis, non tamen publicae, neque* ILLIC *neque in* ALIIS LOCIS*, sed ad privatas redempturas sunt redactae.*

---

8 : 1599, 1605] .Patientiam? 1598 **28** apud Romanos 1605] deest 1598, 1599

13-15 Cassiod. *Var*. 9.3 **15-17** Cassiod. *Var*. 9.3 **21-23** Cassiod. *Var*. 9.3 **24-27** DS 3.12.2 **28-29** Plb.34.9.9 (=Str. 3.2.10) **30-32** Plin. 33.78 [ed. Zehnnacker: *Victumularum* pro *Ictimulorum*] **36-38** Str. 3.2.10

Lib. II cap. 5: Sobre las minas, y los yacimientos de plata, de oro y de otros minerales.

1. Discípulo- ¿Pero es que nos queda aún algo más?

2. Lipsio- ...y no poco, según te dije.

3. Discípulo- ¿Hasta cuándo vamos a ir juntando dinero? Procupara no agotar toda mi resistencia a fuerza de echar tantas cargas, que casi hasta la fe se me está agotando.

4. Lipsio- Pues resérvate algo, que te las voy a seguir echando encima sin prisa, pero sin pausa, hilvanando el relato con los propios hilos que los testimonios proporcionan. En el tema pecuniario que nos ocupa, ¿voy a olvidarme de la propia materia prima, esto es de las *minas*? Sería un sacrilegio. De ellas se consiguen grandes réditos y por diversos conceptos. Réditos que ciertamente son honrados, justos y que no constituyen una carga para los súbditos. La tierra, benigna madre, también nos ha hecho este regalo. Casiodoro dice con pulcritud: *Los mineros arrancan riquezas sin robarlas, disfrutan de codiciados tesoros sin envidia y son los únicos hombres que sin tráfico alguno parecen generar valores*. Y de nuevo, un poco después, añade: *Intentar obtener oro a través de la guerra es un sacrilegio; a través de los mares, un peligro; a través de engaños, una vergüenza, pero en su propia naturaleza, justicia.* Yo no sé, buen Casiodoro, no sé, digo, qué decir sobre la *justicia* y me pregunto si no está combinada con algo de violencia. Con certeza era recurriendo a ella como en aquel entonces se intentaba conseguir. Y es que obligaban a muchos millares de hombres en este sentido, algunos habían sido contratados por un salario y la mayoría condenados a minas. A todos ellos, el hambre, el trabajo, el aire enrarecido y, a menudo, incluso el hundimiento de terrenos les quitaban la vida en aquella cárcel subterránea. El propio Casiodoro no lo disimula: *Franquean los hombres profundas tinieblas, subsisten sin cielos, están proscritos del sol; y mientras tratan de obtener bajo tierra ganancias, casi en todo momento prescinden de los goces de la luz.*

5. Esta invención se debe a los egipcios *cuyos reyes* (lo dice Diodoro, {en el libro I}) *cavando en busca de oro, depuraban a todos los condenados por crímenes, a los capturados de los enemigos o al que ofendiese al rey, tanto a él como toda su familia en ocasiones; así se cobraban los castigos de las malas acciones a la vez que conseguían la riqueza que se buscaba por medio del trabajo de aquellos*. También, con el tiempo, hubo gran número de estas personas entre los romanos. Por ejemplo, Polibio escribe que en Cartagena, en los yacimientos de Hispania, *se dedican a la excavación no menos de cuarenta mil hombres sin parar*. Plinio también apunta {en el libro XXXIII, capítulo IIII} que *se promulgó una ley censoria sobre el yacimiento de oro de los ictímulos que hay en el territorio de los verceyenses, que prohibía que los publicanos tuvieran allí a más de cinco mil hombres en la explotación.* Esto no se hizo por compasión de la deuda de estos o para evitar muertes en la mina, sino para proteger y limitar la contrata, y que los publicanos no agotaran todo el oro en un solo arriendo. Por lo tanto existió una ley, llamada de alquiler, que trataba sobre la cantidad de obreros. Existe un pasaje de Estrabón que da a entender que el Estado y el príncipe renunciaron a todas las minas de plata, y que sólo conservaron las de oro. Esta es la cita {En el libro III}: εστι δὲ καὶ νῦν τὰ ἀργυρεῖα, οὐ μέντοι δημόσια, οὔτε δὲ ἐνταῦθα, οὔτε ἐν τοῖς ἄλλοις τόποις, ἀλλ'εἰς ἰδιωτικὰς μετάστησαν ἐκτίσεις. τὰ δὲ χρυσεῖα δημοσιεύεται τὰ πλείω: *En efecto, actualmente hay minas de plata en las Hispanias, pero no son públicas, no lo son* ALLÍ *ni en* OTROS LUGARES*, sino que han revertido a contratas*

Aurariae autem pleraeque publice exercentur. Ambigua mihi hic sententia est, velitne venditas Argentarias privatis, certa pensione aut illatione; an dumtaxat elocatas, ut olim solet. At in Aurariis aliter, quas ob lucri magnitudinem ipsi Principes exercent.

6. Ex hac quoque metallaria parte igitur, magnum uberemque factum quaestum, et nostra aetas doceat: maxime cum pulcherrimas foecundissimasque Fodinas varie haberent, ut in *Hispaniis*, *Gallis*, *Norico*, *Salassis*, *Illyrico*, *Pannonia*, *Thracia*, *Macedonia*, *Proconneso*: quarum singulatim testimonia dare possim, sed fidei meae nunc hoc credes. Habuit et Italia, putatque Plinius *aliam nullam foecundiorem metallorum quoque tellurem esse*: sed interdicto Patrum cautum, ut ei, velut parenti, parceretur. Praeter haec, fuerunt et *Cretariae*, et *Picariae*, et *Salmariae*, *Aerariae*, *Ferrariae*: et nullum genus quaestus e terra omissum.

8-9 Plin. 33.78

privadas. La mayoría de las de oro, en cambio, son explotadas por parte del poder público. Para mí esta afirmación es ambigua, ¿quiere decir que las minas de plata se han vendido a manos privadas por una pensión fija o un impuesto?, ¿o que sólo fueron alquiladas que es lo que antes se solía hacer? Por otro lado, por el tamaño enorme de los beneficios, los propios príncipes conservan la explotación en las minas de oro.

6. Así pues, también desde este punto de la minería, se consigue grande y suculento provecho, también nuestra época nos lo enseña. En especial porque tenían famosísimos y muy fecundos yacimientos en varias regiones como en las *Hispanias*, *Galias*, *Nórico*, *Silesia*, *Ilírico*, *Panonia*, *Tracia*, *Macedonia*, *Proconeso*. Podría dar testimonios de cada una de ellas, créelo tú por ahora por la confianza que te inspiro... También Italia tuvo y Plinio supone que *no hay otra tierra más fecunda en minas*. Pero estuvo sometida al interdicto de los 'patres' de modo que estaba vedada a la explotación del noble o de su familia. Además de las dichas las hubo de *arcilla*, de *pez*, de *sal*, de *cobre*, de *hierro*, pues no se abandonó ningún género de provecho que procediese de la tierra.

Lib. II cap. 6: De Vrinario vectigali et Chrysargyro, item de Meretricio.

1. Iam et alia video.

2. Aud.-Bona venia Lipsi, etsi avide audio, tamen taedere incipit tot illationum. Quid faciemus his opibus, et quin potius erogamus?

3. Lips.-Alia, alia: et ab Augusto et priscis ad noviores, atque adeo avidiores, veniamus. Exordium a Vespasiano (nam Caligulam consulto omitto, qui multa et insana instituit, sed mortua cum ipso) a Vespasiano, dico: qui, ut communiter de illo Suetonius, AVXIT *tributa provinciis, nonnullis et* DVPLICAVIT. In paucis verbis quanta accessio rerum, attritio subditorum? Et quidni ille solita augeret, vel duplicaret, qui instituit et excogitavit etiam pudenda? Nam *Vrinae vectigal commentus* est, quod idem scriptor tradidit: et notus, cum filio pecuniam ad nares admovisset, in ea re eius iocus. Origo huic Vectigali et caussa, quod in publico amphorae aut dolia stabant ad Vrinam reddendam: quam Fullones, opinor, vertebant deinde in suum usum. Tune rides?

4. Aud.-Largiter. et vah Vespasiane, non alia tua sagacitas in excogitando?

5. Lips.-Sed Principes etiam secuti renuerunt, sive auxerunt: et videtur hoc fuisse triste illud *Chrysargyrum*, historiis decantatum. Georgius Cedrenus quidem eo trahit aperte. *Chrysargyri pensio fuit*, inquit, *talis, ut quisque mendicus aut pauper, meretrix sive iam emerita, omnis servus itemque libertus, inferrent in aerarium pro* VRINA *et* STERCORE*, iumentorum etiam et canum: sive in agris, sive in opidis habitarent. Et homines quidem utriusuis sexus, Nomisma argenteum; equus, mulus, bos tantumdem; asinus et canis, folles sex*. Cum Cedreno Constantinus Manasses facit: *Chrysargyrum sustulit Anastasius Imperator. quod erat, ut omnes viri, foeminae, pueri, servi, liberi, nummum argenteum, nomine* STERCORIS ET VRINAE *fisco darent. Idem muli, equi, boves*. Proh sancta fides! quanta haec pecunia fuisse debuit, ex omni genere paene viventium? et quae umquam Capitatio accessit? Miror, et simul indignor, haec tam foeda et tristia a Constantino nostro Magno instituta: si tamen ille. Nam Zosimus asserit, et eum culpat: Evagrius ex professo negat{Vide lib[rum] III Eccl[essiae] Hist[oria] cap[ite] XXXIX}, et hunc ut hostem optimi Principis invadit. Sane videtur a Vespasiano exemplum, quicumque auxit et produxit.

6. Aud.-Phui, phui haec talia! et odor mihi nares spurcat.

7. Lips.-Quid tu avertisti? viri proceres et reip[ublicae] primi hoc munus colligendi

---

10-11 Suet. *Vesp*. 16.1 **13** Suet. *Vesp*. 23.3 **22-26** Cedr. *Hist. Compend*. 1.626-7 **26-29** Manas. vv. 3085-3099 **31-32** Zos. 2.38.2 **32-33** Evag. 3.39

Lib. II cap. 6: Sobre el vectigal urinario, el crisargiro y el meretricio.

1. Encaro, en fin, otros vectigales.

2. Discípulo- Con tu permiso Lipsio, si bien es cierto que te escucho con avidez, no lo es menos que tanto impuesto comienza a ser tedioso. ¿Qué vamos a hacer con estos recursos?, ¿por qué no, mejor, nos los gastamos?

3. Lipsio- Más tarde, más tarde. Vamos a llegar ahora, en cambio, desde Augusto y los antiguos a los más recientes y por ello tanto más insaciables. El comienzo se remonta a Vespasiano (y es que me dejo a un lado a propósito a Calígula que instituyó muchos pero sin sentido, y que con él murieron) a Vespasiano digo, que, como en general dijo Suetonio sobre él AUMENTÓ *los tributos en las provincias, en algunas incluso los* DUPLICÓ. En estas pocas palabras, ¡qué gran encarecimiento de la vida!, ¡qué agotamiento el de los súbditos! Y, ¿por qué no habría de aumentar o incluso duplicar los habituales alguien que instituyó e imaginó también otros sobre cuestiones poco honorables? Pues fue él quien *ideó el vectigal de la orina*, como lo explica el mismo autor. Y es bien conocido el chiste al respecto, cuando acercó el dinero a las narices de su hijo. El origen y razón de este vectigal se encuentran en la existencia de ánforas y grandes vasijas en público para orinar que, según opino, los bataneros vaciaban después para sus menesteres. ¿Te estás riendo?

4. Discípulo- Con gusto pues, ¡vaya con Vespasiano! No tiene una sagacidad diferente a la tuya cuando de tener ideas se trata.

5. Lipsio- Pues bien, los príncipes siguientes la conservaron si no la acrecentaron. Parece que este fue el caso de aquel triste *crisargiro*, tantas veces cantado en las historias. Jorge Cedreno, ciertamente se extiende ampliamente a propósito de él: *El pago del crisargiro consistía*, dice, *en que cada mendigo o pobre, meretriz o alcahueta, todo esclavo o liberto, pagaría al erario por la* ORINA *y el* ESTIÉRCOL *tanto de jumentos como de perros, ya viviesen en campos como en ciudades. En efecto, las personas sin distinción de sexo, una moneda de plata; el caballo, mulo, buey otro tanto; el asno y el perro, seis 'folles'*. Constantino Manases coincide con Cedreno: *El emperador Anastasio mantuvo el crisargiro que consistía en que todos los hombres, mujeres, niños, esclavos y libres pagasen al fisco una moneda de plata, en concepto del* ESTIÉRCOL *y la* ORINA. *Lo mismo los mulos, caballos y bueyes*. ¡Por la Santa Fe! ¿Cuánta debió de haber sido esta fortuna, que prácticamente se sacaba de todo género de seres vivos a los que jamás afectó la capitación? Me maravillo y a la vez que me indigno con esta fea y triste institución que se remonta a nuestro Constantino el Grande si es cierto que él fue quien la ideó. Pues Zósimo lo afirma y le atribuye la culpa. Evagrio {véase el libro III de la «Historia de la Iglesia», capítulo XXXIX} explícitamente lo niega y arremete contra él como enemigo del príncipe óptimo. Realmente la institución parece una imitación de la de Vespasiano, quienquiera que fuera el que la pusiera en práctica y la incrementara.

6. Discípulo- Déjate de estos temas, ¡el olor me está ensuciando las narices!

7. Lipsio- ¿Por qué quieres apartarte de este asunto? Próceres y hombres principales del Estado corrían detrás de este servicio recaudatorio, del mismo modo (son palabras de

ambibant, *non aliter* (Evagrii verba) *quam militarem aliquam Praefecturam, aut Civilem magistratum*. O indignitas! sed Princeps dignitatem addebat, qui et *in Sacrum aerarium hanc pecuniam recipiebat*: ut idem ille Evagrius notat. Ne miremur Iuvenalem iam olim scripsisse, de iis quos fortuna amaret:

Conducunt foricas. et cur non omnia? cum sint
Quales ex humili magna ad fastigia rerum
Extollit, quoties voluit Fortuna iocari.

8. Atque isti pudendarum sordium lucrique exercitores aut conductores sunt, quos *Foricarios* Iurisconsulti appellant.

9. Aud.-Mihi ridere hic lubet res humanas.

10. Lips.-Quid ita?

11. Aud.-Nam qui pulchriores ludi sunt, quam vel institui tributum in haec talia: vel collectores eis honestissimos admovere? An istud non est illudere et insultare, non dicam dignitati, sed libertati?

12. Lips.-Tibi sic videtur, et nobis hodie: et tamen, ut nunc quoque mores aut cupidines, aliquis severiorum fortasse fuisset inter illos Foricae candidatos.

13. Sed aliquid occurrit. quid? turpe et pudendum item, et dignum suo auctore. Caligula *ex capturis Prostitutarum vectigal instituit, quantum quaeque uno concubitu mereret*. Ita Suetonius: sed quod credo cum illo periisse: etsi postea quoque sub Heliogabalo *Lenonum vectigal, et meretricum, et exoletorum fuit*. Ista foeda, et Romano nomine indigna: nec sustulit tamen optimus Imp[erator] Alexander Severus, sed dumtaxat {Lamprid[io]} in *Sacrum aerarium vetuit inferri, et ad instaurationem Theatri, Amphitheatri, Circi deputari*. Ex quo vere dixeris, magnum et hoc Vectigal fuisse, cum ad tantorum operum restitutionem conferret. Sed mittamus, et finiamus. Nam ad posteros Imperatores et Graecanicos, non lubet ire: etsi multa et ii invenerunt aut collegerunt, et quidam eorum divitias mirandas.

---

3 : ut idem 1605] . Idem 1598, 1599 **29** Amphitheatri 1598, 1599] Amphithetari 1605 **31** etsi 1599, 1605] deest 1598

1-2 Evag. 3.39 **2-3** Evag. 3.39 **6-8** Juv. 3 vv.37-39 **11** Dig. 22 **24-25** Suet. *Calig*. 40.1 **26** HA *Heliog*. 24.3 **28-29** *ibid.*

Evagrio) *a como lo hacían con cualquier prefectura militar o magistratura civil*. Indignidad, exclamas; pero a ella la dignidad se la confería el príncipe, pues *destinaba este dinero al erario sagrado*, según apunta aquel mismo Evagrio. No debemos asombrarnos por algo que ya en las épocas anteriores Juvenal escribiera a propósito de aquellos a los que la fortuna les sonríe:

Arriendan rentas impúdicas, pero ¿por qué no todas?
Son tan grandes que permiten pasar del lugar humilde
al más elevado, siempre que a la Fortuna se le antoja.

8. Por consiguiente, estos que explotaban y arrendaban vergonzosas bajezas y beneficios son los mismos que los jurisconsultos llaman *rentistas impúdicos*.

9. Discípulo- En este punto, me entran ganas de reirme las cosas humanas.

10. Lipsio- ¿Y eso?

11. Discípulo- Me pregunto que qué merece más burla, el impuesto que se instituye sobre tales conceptos o los honestísimos recaudadores que sobre él se afanan. ¿No ridiculizan e insultan ambas cosas, no diré a la dignidad, sino a la libertad?

12. Lipsio- A tí puede parecerte que es así, también a mí hoy en día me lo parece, pero eso se debe a actuales costumbres y pasiones, y alguno de los más severos quizá hubiera estado entre los aspirantes a la renta impúdica.

13. Pero había además otro impuesto, ¿cuál? Uno infame y deshonesto al mismo tiempo, y digno de su autor. Calígula *instituyó un vectigal sobre los ingresos de las prostitutas, por valor de lo que cobrase cada una a un cliente*. Así habla Suetonio, pero creo que aquello desapareció con él, si bien con posterioridad también bajo Heliogábalo *hubo un vectigal sobre proxenetas, prostitutas y degenerados*. Cosa repugnante e indigna del nombre romano. A pesar de ello, el óptimo emperador Alejandro Severo no lo suprimió, sino que sólo *prohibió que se ingresara en el erario sagrado y decidió destinarlo a la renovación del teatro, el anfiteatro y el circo* {en Lampridio}, según lo cual dirás justamente que este vectigal fue también grande al contribuir a la reparación de tan grandes edificios. Pero vamos dejando esto a un lado y poniendo el punto final. No es de mi gusto pasar a los últimos emperadores y a los bizantinos, si bien ellos también ingresaron y recaudaron por muchos conceptos, y alguno de ellos alcanzó riquezas increíbles.

Lib. II cap. 7: De opibus Byzantini imperii: et clausula ac finis Tributorum.

1. Aud.-[[Etiamne Graecanici?qui]] vero id potest, imperio iam tenui, diviso, et sic minuto?

2. Lips.-Potest: nec in rationes aut vias omnes pecuniae lubet inquirere, ipsam tibi dabo. Basilius Imp[erator] (vixit sub annum Christianum *octingentesimum*) a Zonara scribitur, *implesse totum Aerarium, et ipsos aditus viasque, pecuniis confertim stipatis. Habuit,* inquit*, in thesauris* DVCENTA MILLIA *talentum auri. Nam alterius pecuniae* NEC NVMERVS *iniri poterat, adeo ut terrae eam infoderet, aerariis aut repositoriis ubique repletis. Quin et* ARCVLAS *habuit lapillis gemmisque pretiosis plenas, cum aliis, tum illis quae candent, et quas Margaretas proprie appellamus*. In quibus verbis *ducenta illa millia talentum auri*, quid reddunt? ipsos *mille et ducentos milliones*. Vbi nunc argentum illud infinitum et innumerum? ego non arbitror infra, imo supra, aurum fuisse. Vbi gemmae et lapilli in arculis? itidem aequasse. O mira, o reiicienda, nisi e dictis et dicendis fidem caperent, et mutuo sibi attestarentur! Enimvero hoc grande in Graecanicis, Iudaeus etiam scriptor longe post, affirmat: cuius *Itinerarium*, *Beniamini* nomine, Arias Montanus edidit, vir plurifariam doctus, et nobis peramicus. Is ante annos circiter CCCC Europam, atque alia, peragravit, et scribit se Constantinopolim quoque venisse. *In ea urbe*, inquit, *vidi res atque* OPES INENARRABILES. *Deferuntur enim in Principis palatium quotannis Tributa, quibus* TVRRES *implentur coccinea purpureaque veste, et auro: ita ut* NVLLVBI TERRARVM *par congestae pecuniae exemplum reperiri possit. Affirmatur etiam ipsius* SOLIVS VRBIS *vectigal, ex Foris vaenalium, et Portu ac mercatorum pensionibus collectum, ad* VIGINTI MILLIA AVREORVM IN SINGVLOS DIES *accedere*. Quid tu facis? quo abis?

3. Aud.-Fugio.

4. Lips.-Sane bellus comisque es: postquam bene te sermone saturavi et excepi, abis, nec vel salutas.

5. Aud.-Salus te amet Lipsi, sed magis Veritas. Ego ut haec tam vana, tam monstrosa, stans patiensque audiam? Fugio. nam in os tibi resistere aut refellere, pudor me arcet.

6. Lips.-Exsolvo te hoc vinculo, fac si potes.

7. Aud.-Nam satis attendisti Lipsi (ut *Turres auri, et Gemmarum arculas* omittam:) unam urbem, in unumquemque diem, dare *vicena millia*?

8. Lips.- Attendi.

9. Aud.-*Aureorum* etiam?

---

3 [[Etiamne...qui]]1599, 1605] Qui 1598 **14** , imo supra, 1599,1605] deest 1598

7-11 Zonar. 17.9B **20-25** Ben. p. 29-30

Lib. II cap. 7: Sobre los recursos del Imperio bizantino. Conclusión y punto final a los Tributos.

1. Discípulo- ¿También recaudaban los bizantinos?, ¿cómo era posible en un Imperio que ya estaba pobre, dividido y muy disminuido?

2. Lipsio- Pues lo hacía, y aunque no es agradable entregarse al examen de todos los ingresos y caudales de dinero, también te voy a hablar de él. Del emperador Basilio (vivió en el año ochocientos de la era cristiana) escribe Zonaras, que *colmó totalmente el erario, incluso los propios accesos y las salidas, habiendo apiñado los dineros a conciencia. Poseyó*, dice, *en los almacenes* DOSCIENTOS MIL *talentos de oro. Otro tanto cuya* CANTIDAD NO *se había podido calcular, estaba enterrado en tesoros y despensas abarrotadas. Más aún, también poseyó* COFRECILLOS *llenos de diamantes y gemas preciosas, especialmente de aquellas que brillan con destellos blancos y a las que propiamente denominamos perlas.* En esta cita *aquellos doscientos mil talentos de oro*, ¿cuánto hacen? Son propiamente *mil doscientos millones*. ¿Dónde está ahora aquella plata infinita y sin cuento? Yo no creo que el oro quedase por debajo sino que, por cierto, sería aún más. ¿Dónde las gemas y los diamantes de los cofrecillos? Desaparecieron igualmente. ¡Maravillas inaceptables, si no fuera por que adquieren fiabilidad por los dichos y proverbios que las confirman reciprocamente! También un escritor judío muy posterior afirma que sin lugar a dudas, todo aquello fue muy grande entre los bizantinos. De él es el llamado «Itinerario de Benjamín» que editó Arias Montano, hombre docto en múltiples campos e íntimo amigo nuestro. Aquel recorrió Europa y otras regiones hace unos 400 años, y escribió que también llegó a Constantinopla. *Vi en aquella ciudad*, dice, *cosas y* RECURSOS INEFABLES. *En efecto, anualmente se entregan en el palacio del príncipe los tributos con los cuales las* TORRES *se colman de telas escarlata y púrpura, y de oro, de modo que* EN NINGÚN OTRO LUGAR DE LA TIERRA *se puede encontrar igual acopio de riqueza. Se afirma incluso que el vectigal* DE LA CAPITAL *que se recauda por las ventas en los foros, por los pagos de los mercaderes y en el puerto alcanza los* VEINTE MIL ÁUREOS POR DÍA. Pero, ¿qué haces?, ¿por qué te vas?

3. Discípulo- Me voy.

4. Lipsio- Verdaderamente, eres muy gracioso y cómico. Después de haberte saciado con mi discurso y de recibirte en mi casa, te vas y sin nisiquiera despedirte.

5. Discípulo- Que la salud esté contigo, Lipsio,... pero aún más la verdad. ¿Voy a oír impasible y paciente, cosas tan vanas y descomunales? Me voy porque el respeto me impide oponerme y refutarte en tu cara lo que dices.

6. Lipsio- Te exonero de ese vínculo... haz lo que dices, si puedes.

7. Discípulo- Pero, Lipsio, es que ¿has entendido bien (prescindiré de lo de *las torres de oro y los cofrecillos de gemas*) que una sola ciudad, por día podía generar *veinte mil*?

8. Lipsio- Así lo entendí.

9. Discípulo-¿También que las cantidades se expresan *en áureos*?

10. Lips.-Aureorum, et fortasse veterum, qui duplices fuere ad hos nostros.

11. Aud.-Proh Deus, ubi terrarum sum? et tu etiam auges?

12. Lips.-Es hic in meo solo. Sed age, gratiam augmenti fecero: sint menstrua *sexcenta millia* aureorum nostrorum, sint annui *septem milliones*, et paene quadrans. Quid hoc te percutit? maiora diximus.

13. Aud.-Sed non in una urbe. Provinciarum, et quidem grandium, hoc tributum sit: atque hodie, regnorum.

14. Lips.-Non abnuo. sed nempe Byzantium, id est *Nova Roma* hoc dedit: et tunc quidem in suo flore. [[quid autem censes (ut obiter addam) illam veterem olim dedisse?]] Sed ego sane hoc non nimis miror: illud magis, quae opes esse potuerint, in tam exiguis tunc finibus, ad pompam et apparatum illum Principalem. Lege Curopalatem, si vis *De officiis aulae Constantinopolitanae*, et adiunge Graecos alios: videbis Persas, et Medos omnes, vinci ab his Byzantinis. At ego tamen assensum tibi non impero: auctores meos dedi: tu aut alius, huc aut alio ite.

15. Aud.-Sed unum etiam, Lipsi, quaerere liceat. Cum sic urges tanta eos olim dedisse: qui potuerunt miseri, et fuerunt oneri ferundo? Nam nos sane hodie non possimus.

16. Lips.-Non possimus? dico ego nos facere.

17. Aud.-Nugaris, ut libere loquar. nam ubi hodie Principum etiam magnorum istae opes, aut aerarii ubertas?

18. Lips.-Non est, fateor: et caussae aliae etiam sunt, sed et illa quam, pro mea nunc mente, dicam. Non uni Regi aut Principi, quisque in sua provincia, damus, ut olim: sed varie magis et divisim, ita ut summa magna ad unum non redeat, magna tamen contribuantur. Quomodo? in exemplo nostro vide. Conferimus hodie Principi quaedam; post eum, Ordinibus; post hos, Magistratibus opidanis; post istos, Toparchis municipiorum aut pagorum. Denique Ecclesiae etiam et Ecclesiastici, quam multa a nobis habent? et iustissime quidem, atque ex lege divina, sed tamen habent. Haec igitur omnia si conferas, et in acervum iungas: affirmo tibi nos paria, aut plura dare. Quid, quod concussiones et raptus militares omitto? quae maxima ratio est, et misera nostra Belgica satis sentit. Negabis in unam caenam militarem, rusticum aliquem plus imputasse, quam in annum tributum? Atque haec non semel eveniunt, o quando tollenda? quando securitas et pax erit, aut saltem disciplina militibus? quando oeconomia et ordo in acceptis expensisque? Ista sint; fortiter et audacter dicam. tondeant accidantque nostri Principes, renascemur.

13-14 [[quid...dedisse?]] 1599, 1605] deest 1598

---

41 *Adag.* 2612

10. Lipsio- En áureos y, quizá, de los antiguos que eran del doble de los nuestros.

11. Discípulo- ¡Por Dios!, ¿en qué rincón del mundo me encuentro?, ¿pues no me aumentas tú aún la cifra?

12. Lipsio- Estás aquí en mi hogar. Pero, mira, te perdonaré el aumento: sean en un mes *seiscientos mil* de nuestros áureos, que son *siete millones* por año y casi un cuarto de millón más. ¿Por qué te sobresalta este hecho? De mayores cifras hemos hablado.

13. Discípulo- Pero no para una sola ciudad. Que sea este el tributo de las provincias y, ciertamente, de las grandes, y en la actualidad, el de reinos.

14. Lipsio- No te lo niego, pero desde luego Bizancio, la *Nueva Roma*, es esto lo que rentó. Y entonces, ciertamente, estaba en su mayor esplendor. Por lo demás, ¿qué crees (dicho sea de paso) que pagó aquella vieja antiguamente? Pero yo no me asombro en absoluto por esto. Más bien me sorprende el que las riquezas que hayan podido conseguir se hayan dedicado a tan exiguos fines como son la pompa y el aparato imperial. Lee a Curopalates, si te apetece, el «Libro sobre los servicios de la corte constantinopolitana», y añade a algunos otros griegos: verás a todos los persas y medos superados por estos bizantinos. Pero yo, no obstante, no te exijo asentimiento. Te he mostrado mis fuentes. Tu o cualquier otro, decidiros o no por ellas.

15. Discípulo- Pero, en cambio, Lipsio, creo que me puedo permitir plantearte una duda más. Cuando insistes tanto sobre el hecho de que ellos pagaron antiguamente tan gran cantidad, ¿cómo pudieron hacerlo los pobres, cómo pudieron sobrellevar tal carga? Pues, nosotros en la actualidad realmente no podríamos.

16. Lipsio- ¿Qué no podríamos? Yo te digo que lo hacemos.

17. Discípulo- Con menudencias, si quieres que te sea sincero, pues ¿dónde están hoy en día los recursos de los grandes príncipes, dónde la abundancia del erario?

18. Lipsio- No existe, lo confieso. Pero por razones muy otras, sobre todo por algo de lo que te voy a hablar según lo que opino actualmente. Nosotros no pagamos a un solo rey o príncipe cualquiera que sea este, como antiguamente, sino que lo hacemos más variada y repartidamente, de modo que las grandes sumas no van a parar a uno solo, aunque sí se contribuye con mucho. ¿De qué manera? Fíjate en nuestro propio caso. Hoy en día cotizamos una cierta cantidad para el príncipe; después de él, para los Estados; además de a estos, para los magistrados de las ciudades; después de los cuales, se paga a los señores municipales o rurales. Por último, también las iglesias y los eclesiásticos... ¿cuánto reciben de nosotros? Ciertamente lo hacen con toda justicia y por ley divina, pero lo perciben. Así pues, si te paras a pensar en todo ello y lo reúnes, yo te aseguro que nosotros pagamos lo mismo, si no más. ¿Por qué omitir las concusiones y requisas militares? Esto último es de la mayor consideración, y nuestra pobre Bélgica bastante lo siente. ¿Negarás que sólo en un banquete militar, un propietario rústico dedicó más que el tributo anual? Y tales situaciones son frecuentes... ¿Cuándo concluirán?, ¿cuándo habrá seguridad y paz o, por lo menos, disciplina entre los soldados?, ¿cuándo buena gestión y orden en cobros y pagos? Así sea, que yo seguiré hablando con osadía y atrevimiento. Que, por lo demás, nuestros príncipes nos poden y esquilen, nosotros renacemos.

Lib. II cap. 8: Pecunia e Triumphis, et aliquot eorum inspecti, aestimatique.

1. At satis in tota re *Tributaria* iam dixi: alia via se ostendit et aperit (quoniam de militibus tetigi) *Militaris*. Quae ea est? lata, trita, et per quam cumuli atque acervi pecuniarum invecti. Pecuniarum? imo vasorum, coronarum, vestium, gemmarum, et quidquid dici appetendum, aut aestimandum potest. Ne teneam te, intellego *Opes* quae e Praeda et manubiis, per *Triumphos* inferebantur. Quot autem isti fuerunt? quam multi, supra modum et fidem, uberes divitesque? Livius distincte plerosque eorum recenset, et describit: mihi quid opus est? satis sit, opinor, tangere, et specimen eorum aliquod, per aetates, dare.

2. Fuere igitur Triumphi Romulo, usque ad extrema Augusti, circiter *trecenti duodecim*: et ex his primi non nimis uberes, tamen modici, et magis magisque creverunt. Vt ecce sub Regibus L[ucii] Tarquinii Superbi triumphum reperio, qui victa *Suessa Pometia* et capta, *tantum praedae rettulilit*, (notante Dionysio) *ut sacratae diis decimae explerent quadringentorum talentorum numerum*. Ergo fuit in cumulo, *quater mille talentum*: id est, *viciesquater centena millia* Philippicorum. Magnae sane ab uno bello et victoria, si consideras, opes. Post eiectos deinde Reges, insignis L[ucii] Papirii Cursoris, de Samnitibus, habetur ab ipso Livio: qui sic describit {Lib[ro] X}. *Triumphavit in magistratu,* INSIGNI*, ut* ILLORVM TEMPORVM *habitus erat, triumpho. Nobiles aliquot captivi, clari suis patrumque factis ducti. Aeris gravis magna vis transvecta, vicies centum millia, et quingenta triginta tria millia. Id aes redactum ex* CAPTIVIS *dicebatur. Argenti quod captum ex* VRBIBVS *erat, pondo mille trecenta triginta*. *Omne aes argentumque in aerarium reconditum, militibus nihil datum ex praeda est*. Verba pluscula dedi, ut videas unde etiam ea praeda manubiaeque parari solent: et fere e Captivis, quos ingenti numero sub corona vaenumdabant; aut e Spoliis opidorum publicis privatisque. Summa autem illa Aeris efficit, *vigintiquinque millia trecentos triginta* Philippaeos: Argenti, *tredecim mille trecentos*.

3. Ac tales fere, aut minores, omnes illi usque ad Tarentinum, triumphi: qui incidit in annum Vrbis CCCCLXXIIX. De quo ita Florus {Lib[ro] I cap[ite] XVIII}: *Nec enim* VLLVS PVLCHRIOR *aut speciosior in urbem triumphus intravit. cum* ANTE HVNC DIEM *nil nisi pecora Volscorum, greges Sabinorum, carpenta Gallorum fracta Samnitium arma vidisset. Tum, si pompas aspiceres, aurum, purpura, signa, tabulae, Tarentinaeque delitiae*. Et valde ipse quidem aut nimis (ut est ille scriptor affectuum aut excessum) nimis, inquam, veteres illos abiicit: et hunc tamen non immerito attollit. In ea urbe et parte Italiae, gustavit Romanus Graecanicas delicias et divitias, quas affatim postea hausit. Sed nota in iisdem Flori, *purpuram*, *signa*, *tabulas* illata: quod verum fuit, et deinceps etiam sollenne. Atque adeo (digna observatu res)

---

7 autem 1599, 1605] deest 1598 **11** igitur 1599, 1605] deest 1598

14-15 DH 4.50.5 **19-24** Liv. 10.46.2-5 **29-32** Flor. 1.13.27

Lib. II cap. 8: El dinero procedente de los triunfos. Descripción y estimación de alguno de ellos.

1. Pero ya he dicho bastante de toda la cuestión tributaria. Otra vía se nos abre (ya que de cuestiones militares he tratado) es la *militar*. ¿Cómo es? Ancha y trillada, a través de ella se transportan montones ingentes de riquezas. ¿Riquezas? Por cierto que sí: vajillas, coronas, telas, gemas, y todo lo que puede decirse que es apetecible y estimable. Para no tenerte en vilo me refiero a los *recursos* que a través de los *triunfos* se ingresaban del saqueo y los botines. Pues bien, ¿cuántos hubo?, ¿cuántos hubo ubérrimos y ricos por encima de la justa medida y de lo creíble? Livio hace recuento de la mayoría de ellos, uno por uno, y los describe, ¿qué necesidad tengo yo de hacerlo de nuevo? Baste, opino, tratarlos tangencialmente y dar algún ejemplo de ellos por épocas.

2. Desde el tiempo de Rómulo hasta finales del de Augusto, hubo aproximadamente trescientos doce triunfos. De ellos los primeros no fueron demasiado ricos, sino más bien modestos, pero fueron creciendo paulatinamente. Por ejemplo, en la época de los reyes encuentro el triunfo de Lucio Tarquinio, el Soberbio, que tras vencer y conquistar *Suesa Pomecia se hizo con un botín tan importante* (lo apunta Dionisio) *que los diezmos sagrados para los dioses se completaron con la cantidad de cuatrocientos talentos*. Por lo tanto, el total fue de *cuatro mil talentos*, esto es *dos millones cuatrocientos mil* filípicos. Grandes recursos, realmente, para proceder de una sola guerra y de una victoria, si te paras a pensar. Después, tras la posterior expulsión de los reyes, el triunfo del insigne Lucio Papirio Cursor sobre los samnitas aparece en el propio Livio {en el libro X}, que lo describe del siguiente modo: *Celebró un triunfo durante la magistratura con una ceremonia triunfal* INSIGNE *tal y como se solía hacer* EN AQUELLOS TIEMPOS. *Se llevó a algunos nobles cautivos, ilustres por sus hechos y por los de sus antepasados. Se hizo desfilar una gran cantidad de dinero acuñado en barras de bronce, con un valor de dos millones quinientos treinta y tres mil. Se decía que todo este dinero se había sacado de los* CAUTIVOS. *La plata que se había capturado en* LAS CIUDADES *pesaba mil trescientas treinta libras. Todo el bronce y la plata fue guardado en el erario y a los soldados no se pagó nada del saqueo.* He ampliado un poco la cita para que veas también de dónde suelen aviarse estos saqueos y botines, que casi siempre procedían de los cautivos a los que se vendía en gran número en calidad de prisioneros de guerra; o de los espolios de las propiedades públicas y privadas de las ciudades. Por lo demás, aquella suma de bronce supone *veinte y cinco mil trescientos treinta* filípeos; *trece mil trescientos* la de plata.

3. Y tales, o menores, eran más o menos todos aquellos triunfos hasta el conseguido sobre los tarentinos, que aconteció en el año 478 de la Ciudad. Sobre el cual he aquí lo que dice Floro {en el libro I, capítulo XVIII}: *Y, en verdad, no se celebró en la ciudad triunfo* MÁS NOBLE *ni vistoso. De hecho,* ANTES DE AQUEL DÍA *sólo se había visto el ganado de los volscos, los rebaños de los sabinos, los carromatos de los galos, las armas quebradas de los samnitas. Pero entonces, quien se fijara en los cortejos, podría haber visto oro, púrpura, estatuas, cuadros y exquisiteces tarentinas*. Bien es cierto que este mismo en exceso (como le corresponde a aquel escritor de pasiones y excesos) en exceso, digo, desmerece a los antiguos, aunque también es cierto que, no sin merecerlo, realza este otro triunfo. En esa ciudad y en parte de Italia probó el romano las exquisiteces y las riquezas griegas, las mismas que más tarde consumió copiosamente. Date cuenta de que en esta misma cita de Floro se dice que se trajo *púrpura, estatuas y cuadros*, cosa cierta y, en lo sucesivo, incluso habitual. Además, hasta tal punto esto era así (cosa digna de ser observada) que prácticamente todo lo que

quidquid notabile aut optabile orbis, aut in eo urbs aliqua haberet; per hanc viam portamque Triumphalem id Romam fere invectum: etsi quaedam etiam extra bellum, vi aut persuasione magistratuum. Iam vero, postquam copiae et arma extra Italia missa, in grandes illas, et priscis opibus, aut victoriis quoque, inclytas regiones: quid auri, argenti spoliorum non relatum? P[ublius] Scipio ecce ex Hispania (in Livio {Lib[ro] XXVIII}) *argenti prae se in aerarium tulit* XIIII *millia pondo, trecenta, quadragintaduo: et signati argenti magnum numerum*. Ea pondo faciunt, *centum quadragintatria millia, quadringentos, viginti* Philippaeos. Etsi ille tamen Triumphus non fuit (nam sine magistratu eas res gesserat Scipio) sed pecunia dumtaxat Triumphalis. Idem iterum, victa Carthagine (pariter in Livio {Lib[ro] XXX}) *intulit in aerarium argenti pondo centum millia triginta tria*. Si ita accipis, ut sint *triginta tria millia* etiam, voce ἀπὸ κοινοῦ repetita (ut equidem opinor) tum erunt nobis *ter et decies centena triginta millia* Philippum. At alter Scipio, victa et diruta eadem Carthagine, rettulit (ut Plinius adnotavit {Lib[ro] XXXIII cap[ite] XL}) *quater millies* CCCCLXXM *pondo*. et addit: *Hoc argenti tota Carthago habuit, illa terrarum imperii aemula, quod* NVNC IN MENSARVM *est apparatu*. Qui numeri tamen parum fortasse probi sunt: et si tot illa millia legas, qui potest verum esse, mensae alicuius privatae ministerium tanti fuisse? Quin exiguas opes Plinius indicare voluit, scripsitque mea sententia: *quattuor millia, quadringenta, septuaginta pondo*. Ea efficiunt *quadraginta quattuor millia* Philippicum, et *septingentos*. [[Neque miremur minus quam antea relatum, quia pleraque urbs, dum capitur, incensa et diruta fuit. Ita opes perditae, aut ruinis oppressae.]] Quod autem inibi etiam sequitur, in pari menda videtur: *Postea victa Numantia, idem Africanus in triumpho militibus* XVII *millia pondo dedit. O viros illo Imperatore dignos, quibus hoc satis fuit*! Nam quomodo laudet vel parcimoniam Scipionis, vel modestiam militum, si maior summa divisa, quam tota Carthago habuit? Et essent ea pondo, *centum septuaginta millia* Philippaeorum: quae redderent in *viginti millia* militum (ut ponamus tot fuisse) circiter *octo Philippicos cum dimidio* viritim. Nimis magna haec largitio in illo aevo restricto sit: nec sane pro Plinii mente. Sint *septem millia* pondo: et plus satis erit.

4. Sed quid facio? per Triumphos omnes ibo? finis non sit: et Livius distincte ac descripte in plerisque temporum horum fecit. Lustra si voles: iuvabit videre, et magis, siquis in summam et acervum colligat triumphales omnes opes. [[Fac vel in Asia sola, vel magis Hispania: non admiratio solum in animo tuo gignetur, sed stupor. Fortasse ego {*In altera parte* ADMIRANDORVM} alibi: nunc,]] ut institui, per aetates aut saecula quosdam tangam. Vt hunc L[ucii] Aemilii de Macedonibus: *qui* (ut Velleii verba dem) *tantum* PRIORES EXCESSIT*, vel magnitudine regis Persei, vel specie simulacrorum, vel modo pecuniae, ut bis millies* HS *aerario contulerit, et* OMNIVM ANTEACTORVM *comparationem amplitudine vicerit*. Simulacra ibi fuisse super ceteros vult: et quid mirum? cum prisci illi Macedones, quidquid hoc elegantiarum esset, ex Graecia tota et Asia iamdiu collegissent? Pecuniae etiam modum producit ad *bis millies*: id est, *quinquagies centena millia* Philippum.

---

16 fortasse 1599, 1605] deest 1598 **20-22** [[Neque....oppressae.]] 1599, 1605] deest 1598 **21** autem 1599, 1605] deest 1598 **32-34** [[Fac...nunc,]] 1599, 1605] Ego, 1598

5-7 Liv. 28.38.5 **10-11** Liv. 30.45.3 **14-16** Plin. 33.54 **22-24** Plin. 33.141 **35-38** Vell. 1.9.6

en el orbe hubiera de señalado o deseable, o aquello que en este sentido tuviera cualquier ciudad, entró en Roma a través de esta vía, por la puerta triunfal, si bien había cosas que lo hicieron al margen de la guerra y que llegaban gracias a la fuerza y a la persuasión de los magistrados. Por otra parte, después de que ejércitos y armas fueran mandados fuera de Italia hacia aquellas grandes e ínclitas regiones de antiguas victorias y recursos, ¿cuánto oro, plata y espolios no sacaron? Hete aquí que Publio Escipión (en Livio {en el libro XXVIII}) desde España *envió antes de su llegada catorce mil trescientas cuarenta y dos libras de plata, y una gran cantidad de plata acuñada para el erario*. Ese peso de plata corresponde a *ciento cuarenta y tres mil cuatrocientos veinte* filipeos. Si bien no se trató de un triunfo (pues Escipión había realizado aquellos hechos sin ser magistrado), no es menos cierto que el dinero sí provenía de un triunfo. Él mismo, de nuevo, tras vencer a Cartago (puede verse igualmente en Livio {en el libro XXX}) *aportó al erario cien mil libras de plata y treinta y tres más.* Si aceptas la noticia considerando que sean ciento treinta y tres mil, lectura aceptada universalmente (que es también como yo opino), entonces serán para nosotros *un millón trescientos mil* filipos. Mas el otro Escipión, vencida y arrasada esa misma Cartago, reportó (según anotó Plinio {en el libro XXXIII capítulo XL}) *cuatrocientos millones y 470.000 libras* y añade: *Logró esta plata de toda Cartago, aquella ciudad que había pretendido el imperio de la Tierra, y cuya plata* AHORA *servía de vajilla* PARA LAS MESAS. Estos números, no obstante, son quizá poco fiables, pues si aceptas como cierta la lectura de todos aquellos millares te preguntarás cómo puede ser verdad que valiera tanto el servicio de la mesa privada de una persona. Es más, Plinio quiso indicar que las riquezas eran exiguas, y según mi parecer escribió: *cuatro mil cuatrocientas setenta libras*. Esto supone cuarenta y cuatro mil setecientos filípicos. Y que no nos asombre esto menos que lo anterior porque la mayor parte de la ciudad, una vez tomada, fue incendiada y arrasada. Así se perdieron recursos o se enterraron bajo los escombros. Por lo demás también lo que se sigue a continuación confirma la errata anterior: *Después, tras vencer a Numancia, el mismo Africano pagó a los soldados con motivo del triunfo 17 mil libras. ¡Hombres dignos de aquel Emperador que se conformaron con esta cantidad!* Pues, ¿a qué alabar la austeridad de Escipión o la moderación de los soldados si se repartió una suma mayor que la que se recogió en toda Cartago? Pues aquellas libras eran *ciento setenta* mil filipeos que resultaban entre los *veinte mil* soldados (pongamos que ese fue su número), alrededor de *ocho filípicos* y medio por persona. Demasiado grande sería esta dádiva para aquel tiempo de aprietos, y no es realmente este el sentir de Plinio. Sean *siete mil libras*, y serán más que suficientes.

4. Pero, ¿qué estoy haciendo? ¿Voy a recorrer todos los triunfos? No tendría fin, además Livio lo hizo con precisión y detalle con la mayor parte de los de aquellos tiempos. Revísalo si quieres, te será útil verlo y más aún lo será si alguien reúne en números y globalmente todas las riquezas triunfales. Házlo tú aunque sea sólo en Asia o, mejor, en Hispania. En tu ánimo no sólo nacerá la admiración sino el estupor. Quizá lo haga yo mismo en otro lugar {en una segunda parte de LOS «ADMIRANDA»}. Por ahora, tal y como establecí, trataré algunos por épocas y siglos. Como aquel de Lucio Emilio sobre los macedonios *que* (para emplear una cita de Veleyo) *tanto* EXCEDIÓ A LOS ANTERIORES *ya fuera por la grandeza del rey Perseo, ya por la calidad de las estatuas, ya por la cantidad de dinero, que confirió al erario doscientos millones de* HS *superando de este modo con creces* A TODOS LOS PASADOS *que se le comparen*. Dice que allí hubo más estatuas que en los otros, ¿y qué hay de sorprendente toda vez que los antiguos macedonios ya hacía tiempo que habían reunido todas las cosas distinguidas que hubiera en el conjunto de Grecia y en Asia? También se llevó una cantidad de dinero de unos *doscientos millones*, esto es, *quinientos mil* filipos.

5. Aud.-Magna summa est, et ex uno triumpho: sed quod fugere te non puto Lipsi (si fugit, suggero) Livius eam atterit, et ad *millies* reducit. Ita enim legitur {Lib[ro] XLV}: *Summam omnem captivi auri argentique translati,* HS *millies ducenties fuisse Valerius Antias tradit*. Magis etiam Plinio minuitur, in quo ista {Lib[ro] XXXIII cap[ite] III}: *Intulit et Aemilius Paullus, Perseo rege devicto, praedam pondo trium millium, a quo tempore populus Romanus tributum pendere desiit*.

6. Lips.-Haec reiicimus, et Critico naso damnamus. Meritissimo: tu putas Valerium illum Antiatem, qui omnia augere solet, et supra verum saepe evehere (in Livio non semel notatur) hic ita parcum et oris modicum fuisse? Non arbitror, et minimum *bis millies ducentis* scripsisse: etsi ipse Livius addat, *maiorem etiam summam, ex numero plaustrorum, ponderibusque auri et argenti generatim ab ipso scriptis, effici*. Quod ad Plinium: is vero numerus rideri magis, quam carpi meretur. Et itane *tria millia pondo auri* (ut ponamus vel id solum fuisse) nec amplius, Macedonia dederit? Hoc erat, cur populus Romanus Tributo liberaretur? cur iste, super *omnes priores triumphos*, censeretur? Atqui *tria millia pondo auri*, faciunt *trecenta millia* sola aureorum. Quin tu, me arbitro, cum libris quibusdam priscis lege, *e Macedonica praeda sestertium ter millies*. Est veritas. Nec movet, quod minus in Velleio sit: fortasse et ille augendus: in Suida quidem lego, *reperta in thesauris Regis Persei, in auro argentoque, sex millia talentum*: id est, *triciessexies centena millia* Philippum[[. Quod si in solis thesauris et aerario peculiari Regis,]] quid in reliqua praeda publica opidorum, aut privata hominum fuit? At vero Cornelius Sulla, etsi splendido triumpho, minus intulit: scriptumque in Plinio {Lib[ro] XXXIII}, *transtulisse auri pondo* XV *millia* {1.500.000 aureor[um]}, *argenti pondo centum quindecim millia*{1.150.000 Phil[ippicorum]}[[: si tamen et hic numeri incorrupti]]. Excessit omnes deinde Cn[aeus] Pompeius, in illo quem de rege Mithridate et Oriente duxit. Velleius: *Magnificentissimum de tot regibus, per biduum, egit triumphum: longeque* MAIOREM OMNI *ante se illata pecunia, praeterquam a Paullo, ex manubiis intulit*. Quid tamen istud, vicisse omnes, praeter Paullum, in modo pecuniae? Ille vero et Paullum vicit: si {*Vide notas*} vere Plutarchus {In Pompeio}, *viginti millia talentum in aerarium intulisse*. Nam ea sint, *centies vicies centena millia* Philippum. Et vere Plutarchus: et in Velleio emendandum, *praeterquam Capitolio*: ut mox dicam. Vicit ergo Paullum: non tamen iterum sine modo, quem ipse Plutarchus ligat et nobis iniicit, dum in Catone minore scribit: *Gloriatum eum, quod tantum argenti ex Cypro, cum nec unum militem haberet, reip*[*ublicae*] *contulisset, quantum nec Pompeius e tot bellis, et concusso orbe terrarum, rettulisset*. At enim Cato rettulit, non nisi *septem talentorum millia*, in eodem Plutarcho: quid ergo dicemus? Illud in Catonis illatione, minutum et corruptum esse, ad *vigintiseptem millia* aut circiter reformandum.

---

16 aureorum 1599, 1605] Philippaeorum 1598 **20-21** [[.Quod...Regis,]] 1599, 1605]: 1598 **23** {1.500.000 aureor.} 1599, 1605] deest 1598 **24** {1.150.000 Phil.} 1599, 1605] deest 1598 **24-25** [[: si...incorrupti]] 1599, 1605] deest 1598 **26** Oriente 1599, 1605] oriente 1598 Velleius 1605] de eodem 1598, 1599 **29** {*Vide notas*} 1605] deest 1598, 1599

3-4 Liv. 45.40.1 **4-6** Plin. 33.56 **11-12** Liv. 45.40.1 **17-18** Plin. 33.56 **23-24** Plin. 33.16 **26-28** Vell. 2.40.3 **30** Plu. *Pomp*. 45.4 **33-35** Plu. *Cat. Mi.* 45.2

---

29 {*Vide notas*}= nota 8

5. Discípulo- Es una gran suma para proceder de un único un triunfo. Pero, supongo que esto no te pasa inadvertido, Lipsio, (si se te escapó, te lo anuncio brevemente) Livio {Lib. XLV} la rebaja y la establece en *cien millones*. En efecto, se lee así *la suma total de cautivos, de oro y de plata que desfiló fue de cien millones doscientos mil* HS *según trae Valerio Antias*. Todavía se rebaja más en Plinio en el cual aparece esta cita {en el libro XXXIII, capítulo III}: *También Emilio Paulo aportó tras derrotar al rey Perseo un saqueo de tres mil libras, desde aquel momento el pueblo romano dejó de pagar el tributo*.

6. Lipsio- No admitimos tal cosa y desaprobamos semejante olfato critico. Con toda razón. ¿Supones que aquel Valerio Antias que suele exagerarlo todo y ponerse a menudo por encima de la verdad (esto se apunta en más de una ocasión en Livio), se mostró aquí tan austero y tan moderado? Yo opino que no y que, como mínimo, escribió *doscientos veinte millones*, aunque el propio Livio añade que *yo he sacado sumas incluso mayores a partir del número de carretas y de las cargas de oro y plata que este suele apuntar.* En lo que se refiere a Plinio, tal número, sin duda, merece ser objeto de risa más que de análisis. Pues, ¿no la merecen las *tres mil libras de oro* (pongamos que sólo fuera eso), y no más, que Macedonia pagó? ¿Con esto se libraba al pueblo romano del tributo?, ¿por ello debía considerarse a este por encima de *todos los triunfos anteriores*? Y sin embargo, *tres mil libras de* oro sólo hacen *trescientos mil* áureos. Es más, lee en ciertos libros antiguos, conmigo como árbitro, que *del botín macedónico se sacaron trescientos millones de sestercios*. Esa es la verdad y no la mueve que en Veleyo aparezca menos, pues quizá convendría aumentar algo lo que dice. En efecto, leo en Suidas que *en los tesoros del rey Perseo se encontraron seis mil talentos en oro y plata*, esto es, *tres millones seiscientos mil* filipos. Si esto es lo que había sólo en los tesoros y en el erario particular del rey, ¿qué no se sacaría del saqueo de las propiedades públicas de las ciudades o de las privadas de cada individuo? Cornelio Sila, aunque tuvo una ceremonia triunfal espléndida, aportó menos, pues está escrito en Plinio {en el libro XXXIII} que *hizo desfilar 15 mil libras de oro* {1.500.000 áureos} *y ciento quince mil de plata* {1.150.000 filípicos}, si es que estos números no están aquí alterados. Después Cneo Pompeyo los superó a todos con aquel que se trajo del rey Mitrídates desde oriente. Veleyo dice: *Celebró durante dos días un triunfo lleno de magnificencia sobre todos los reyes. Como botín trajo de largo* MÁS QUE TODO *el dinero que antes que él se había traído, a excepción de Paulo*. Aunque, ¿qué significa eso de que superó a todos salvo a Paulo en la cantidad de dinero? Por cierto que también superó a Paulo, si Plutarco {en «Pompeyo»} es fiel a la verdad cuando dice *que aportó al erario veinte mil talentos*, que son *doce millones* de filipos {ver las notas (8)}. Pues bien, fiel es Plutarco a la verdad cuando lo dice, y en Veleyo se debe enmendar *a excepción del Capitolio*, como pronto voy a explicar. Por lo tanto superó a Paulo. No obstante, de nuevo no va sin alguna traba lo que el propio Plutarco hilvana y nos sugiere cuando escribe en relación a Catón el menor. Dice que *se vanaglorió por haber conferido al Estado una gran cantidad de plata procedente de Chipre sin tener un solo soldado, cantidad que ni el propio Pompeyo reportó tras sus muchas guerras y habiendo arruinado todas las tierras del orbe*. Pero de hecho Catón reportó tan sólo *siete mil talentos*, según el mismo Plutarco. ¿Qué hemos de decir, pues? Que lo relativo al aporte de Catón está disminuido y corrupto y debe reformarse hasta los *veintisiete mil* o algo así. Sin duda alguna, los pillajes a que se sometió el tesoro de aquella Chipre no fueron tan grandes, ni deben

[[Enimvero depraedicatae illae Cypriae gazae haud maximae sint, nec sic per invidiam quaerendae, si non ultra *septem talentorum millia* productae. Sed de]] Pompeii quidem grandibus manubiis quis dubitet, cum et in solos milites largitum, donativi triumphalis nomine, XVI *millia talentum* {9.600.000 Phil[ippicorum]} Appianus scribat?

7. Magna haec omnia sunt, et vere illo *Magno* digna: sed hunc hic quoque C[aius] Caesar, uti acie, vicit et superavit. Appianus ait *quater eum triumphasse* (nam quintum differt:) *et intulisse sexagintaquinque millia talentorum*. Scis tu quid hoc efficiat? *trigintanovem* nobis *milliones*: plus triplo eius, quod Pompeius intulisset. Tu me respicis, et vulgu arguis: quid est?

8. Aud.-Ex fide Latini scriptoris, haec non sic esse: tu Graeco magis accedis? Nam Velleius de omnibus Caesaris triumphis, id est quinto illo Hispaniensi etiam addito: *Pecuniam ex manubiis latam, paullo amplius sexies millies* HS diserte scribit: qui sunt dumtaxat *milliones quindecim*. Et sane, meo animo sufficiunt.

9. Lips.-Credo equidem tuo animo, et arcae etiam tuae, si quis inferat: sed non sufficiunt, pro magnitudine tunc vel Romana, vel Iuliana. Imo tu rescribe meo animo, *deciessexies millies*: convenientissime ad Appianum. Nam ista sint *quadraginta milliones*: atque aliquid scilicet accesserit ex praeda Hispaniensi.

10. Ex paucis his vides, immensas opes in Aerario cumulatas e Triumphis: [[quos non omnes, imo]] nec decimam partem dedi. Ergone Plinii libris fides aut puritas sit, dum scribitur C[aius] Caesar iste, initio civilis belli, Aaerarium compilasse, *et protulisse ex eo laterum aureorum* XVI *millia, et innumerato pondo trecenta*? Profecto non sit: et perexigua ista, et quasi furfures aut folia, pro tota illa massa, et tam vetusta, auri argentique. In veteribus legitur: *Laterum aureorum* XV *argenteorum* XXXV *millia, et in numerato* HS *quadringenties*. Sed nec ea summa pro tot triumphis: etiam si in laterculo quoque *decem pondo* imputes, quod Budaeus fecit. Sed divinare tamen omitto, cum fulcrum non est cui innitar. Lucanum, si vis, lege furtum hoc Iulianum valde exaggerantem.

1-2 [[Enimvero...de]] 1599, 1605] . De 1598 **4** {9600000 Phil.} 1599, 1605] deest 1598 **21** [[quos...imo]] 1599, 1605] quod paucos, 1598

---

4 App. *Mith*. 116 **6-7** App. *BC* 2.101-2 **13** Vell. 2.56.2 **22-23** Plin. 33.56

suscitar tanta envidia si no produjeron más que *siete mil talentos*. Pero, ¿quién va a poner en duda los grandes botines de Pompeyo cuando Apiano escribe que la dádiva concedida sólo a los soldados en concepto de *donativo triunfal* fue de *16 mil talentos* {9.600.000 filípicos}?

7. Grandes son todas estas cifras, verdaderamente dignas de aquel al que se llamó el *Grande*, pero también en este punto, como en el campo de batalla, Cayo César le venció y superó. Dice Apiano que *celebró cuatro triunfos* (pues le escatima el quinto) *y aportó sesenta y cinco mil talentos*. ¿Sabes cuánto supone esto? *Treinta y nueve* de nuestros *millones*, más del triple de lo que aportó Pompeyo. Por tu mirada noto que no estás de acuerdo conmigo, ¿qué ocurre?

8. Discípulo- Según la autoridad de un autor latino, esto no es así. ¿Das tú más crédito a uno griego? Y es que Veleyo al tratar todos los triunfos de César, esto es, también con la adición de aquel quinto hispano, escribe expresamente que *la riqueza que procedía de los botines era de poco más de seiscientos millones de* HS, que son sólo *quince millones*. Y realmente, según mi modesta opinión, son más que suficientes.

9. Lipsio- Ciertamente, yo estoy de acuerdo con que lo son para tu modesta opinión, e incluso para tu arca si alguien te los ingresara, pero no son suficientes en virtud de la grandeza romana de aquel entonces, ni de la de Julio. Y por cierto, rectifícalo según mi opinión esta vez como *mil seiscientos millones*, cosa totalmente coincidente con Apiano. Pues estos son cuarenta millones y algo se añadió, por supuesto, del saqueo de Hispania.

10. Por estos pocos puedes ver los inmensos recursos que se acumularon en el erario procedentes de los triunfos. No los he tratado todos, nisiquiera la décima parte. ¿No queda de ellos un testimonio fiable y exacto en los libros de Plinio cuando se escribe que este Cayo César, al inicio de la guerra civil, desvalijó el erario *y se llevó de él 16 mil lingotes de oro y trescientas libras de oro en monedas*? En realidad, no. Muy poco es eso, casi calderilla y morralla para toda aquella masa, acumulada desde tanto tiempo, de oro y plata. En los antiguos se lee *15 mil lingotes de oro y 35 mil de plata, y cuarenta millones de* HS *en moneda*. Pero en función de la cantidad de triunfos ni esta suma parece adecuada, incluso si a cada lingotillo de atribuyes las *diez libras* que dice Budeo. No obstante, me niego a hacer conjeturas sin un apoyo para basarme. Si quieres, lee a Lucano que exagera bastante este hurto juliano.

Lib. II cap. 9: De Auro Coronario, et Coronis dictum.

1. Triumphalia habes: mentior. largiter etiam restat. Quid illud? *Aurum Coronarium*, quod specie triumphorum vel oblatum fuit, vel exactum. Origo eius, ut socii et amici, victori Imperatori *Coronas aureas* offerrent, quasi gratulantes, et meritum ei caput cingentes. Itaque primo quidem *Coronae* ipsae datae, aut missae: postea invaluit, ut pro iis Pecunia offerretur. Haec accepta a Sociis, aut Subditis: et sicut manubias ab hostibus legebant, sic spolia ista occulta ab amicis. Mos plane vetus, et a Graecis, nisi erro, ad Romanos imitatione translatus. Apud Athenaeum quidem Chares, in rebus Alexandri magni, ait {Lib[ro] XII}, *post victum Darium, missas* CORONAS *partim a Legatis gentium, aliisque, aestimatas decem millibus ac quingentis talentis*. [[Atque alibi talia legas.]]

2. Iam apud Romanos, crebrum. ut in Livio, cum Cn[aeus] Manlius Gallograecos vicisset, eoque terrore Asiam liberasset {Lib[ro] XXXVIII}; *missae undique legationes non gratulatum modo venerunt, sed* CORONAS *etiam* AVREAS*, pro suis quaeque facultatibus, attulerunt*. Itaque idem Manlius in triumpho tulit (apud eumdem Livium {Lib[ro] XXXIX}) *coronas aureas ducentas duodecim, pondo*: id est, ut singulae fuerint librales. In triumpho, inquam: et ita obtinuerat, ut eae coronae ante ipsum victorem latae, populo ostenderentur. De eo Festus: *Triumphales coronae sunt, quae Imperatori victori aureae* PRAEFERVNTVR*, quae antiquis temporibus propter paupertatem laureae fuerunt*. Iamante etiam in Quinctii Flaminini triumpho Livius {Lib[ro] XXXIIII}: *Coronae aureae,* DONA *civitatum, translatae centum quattuordecim*. Itemque in Scipionis Asiatici, numerat *aureas coronas ducentas trigintaquattuor*. At vero Appianus in Caesaris, *bis mille octingentas vigintiduas, easque pondo viginti millium quadringentorum quattuordecim*: ita ut *decem pondo*, aut circiter, plerasque necessum sit fuisse. Neque equidem pro magno aut vero habeo, quod Plinius quasi inter rarae magnificentiae exempla scripsit {Lib[ro] XXXIII cap[ite] III}: *Claudius cum de Britannia triumpharet, inter Coronas aureas, unam* VII *pondo habuit, quam contulisset Hispania citerior, alteram* IX *quam Gallia comata, sicut titulus indicavit*. Minuta, minuta haec sunt; nec vel Claudio, vel tam ditibus provinciis, ad ostentandum, digna. Vt minimum, fuit DCC pondo, iterumque DCCCC vel potius ∞. Etsi non ad usum tales, sed pompam modo fuisse sciamus. Ideoque et de his Tertullianus capiendus, libello de Corona: *Sunt et provinciales aureae, imaginum iam, non virorum, capita* MAIORA *quaerentes*. Bene *Provinciales*, quia ab iis datae. Nec coronae solum ipsae, sed aurum ac pecunia ad coronas: atque id proprie *Aurum coronarium*, de quo et titulus est in Codice Iustinianaeo. Servius ad hoc Virgilii: *Dona recognoscit populorum*, notat: *Aurum coronarium dicit, quod hodie a victis gentibus datur. Imponebant autem hoc Imperatores propter concessam vitam*. Non recte omnino, nec ab ipsis iam victis ob vitam datum, sed a sociis amicisque, ut dixi. datum in pecunia, titulo coronario. Vt apud Polybium (in Fragmentis) οί γεραῖοι ἐστεφάνωσαν τὸν

11-12 [[Atque...legas.]] 1599, 1605] deest 1598

10-11 Ath. 12.539.a **11** DS 17.24.3; 17.48.6; 17.49.2;17.113.1 **14-16** Liv. 38.37.4 **17** Liv. 39.7.1 **19-21** Pomp. Fest. s .v. triumphales **22-23** Liv. 34.52.8 **23-24** Liv. 37.59.4 **24-25** App. *BC* 2.102 **28-30** Plin. 33.54 **33-34** Tert. *De Corona* 13.1 **35-36** *Cod. Iust*. 10.76 **36-38** Serv. *In Aen*. 8 v.721 [ed. Thilo: *immunitatem* pro *vitam*] **40-*1*** Plb. 13.9.5

---

30 Etsi non ad usum tales, = nota 9

Lib. II cap. 9: Sobre el oro coronario, también llamado para las coronas.

1. Tienes los recursos derivados del triunfo..., pues no, miento, todavía resta una parte importante. ¿De qué se trata? Del *oro coronario* que se concedió o se exigió con la excusa de los triunfos. Su origen se encuentra en que los aliados y los amigos concedían al emperador victorioso *coronas áureas* en acción de gracias, ciñéndoselas a la cabeza como recompensa. Así pues, al principio se entregaban o enviaban coronas propiamente; más tarde se hizo común que se concediera dinero en su lugar. Este se cobraba de los aliados o de los súbditos, y a medida que se iban enviando botines de los enemigos, así iban pasando desapercibidos estos espolios de los amigos. Costumbre manifiestamente antigua, y pasó a los romanos desde los griegos, si no me equivoco, por imitación. En Ateneo, Cares, al tratar los asuntos de Alejandro Magno dice {en el libro XII} que *tras la victoria sobre Darío, se enviaron* CORONAS*, unas de embajadores de naciones extranjeras y otras de otros orígenes, que se estimaron en diez mil quinientos talentos*. Y puedes leer cosas semejantes en otros textos.

2. Ya entre los romanos el hecho se hizo frecuente, como se ve en Livio. Cuando Cayo Manlio venció a los gálatas y liberó a Asia de su opresión {en el libro XXXVIII}, *llegaron embajadas de todas partes, no sólo para mostrar su agradecimiento sino que también traían* CORONAS ÁUREAS*, según las posibilidades de cada uno*. Por eso este Manlio en su triunfo llevó (según el mismo Livio {en el libro XXXIX}) *doscientas doce coronas áureas de a libra*, esto es, que cada una pesaba una libra. En el triunfo, digo, y así consiguió que se mostraran al pueblo aquellas coronas que con anterioridad se le habían otorgado a él mismo como vencedor. Al respecto dice Festo: *Las coronas triunfales son las que* PRECEDEN *al general victorioso, que en los tiempos antiguos eran de laurel debido a la pobreza*. Ya antes, Livio {en e libro XXXIIII} con motivo del triunfo de Quinto Flaminino cuenta que *desfilaron ciento catorce coronas de oro,* REGALO *de las ciudades*. Él mismo, en el de Escipión el Asiático, enumera *doscientas treinta y cuatro coronas áureas*. Pero Apiano, en el de César, *dos mil ochocientas veintidós que pesaban veinte mil cuatrocientas catorce libras*, de modo que es necesario que la mayor parte de ellas fuese de *diez libras* o algo así. Por ello no tengo por grande ni cierto algo que Plinio escribe como ejemplo de rara magnificencia {en el libro XXXIII, capítulo III}: *Claudio, en la celebración del triunfo sobre Britania, entre sus diversas coronas áureas, recibió una de 7 libras enviada por Hispania Citerior y otra de 9 había sido enviada por la Galia Comata, según se indicaba en su inscripción*. Menudencias, estas cosas son menudencias que no son dignas de realzar a Claudio ni a tan ricas provincias. Como mínimo fueron de 700 o 900 libras o mejor de 1.000. Sabemos, no obstante, que tales coronas no se destinaban a ningún uso cotidiano, (9) sólo se utilizaban en la procesión triunfal. También a este respecto debe recurrirse a Tertuliano, en el opúsculo «Sobre la Corona»: *Hay también coronas provinciales de oro que buscan las cabezas* PRINCIPALES *de las imágenes y no de los hombres*. Dice bien *provinciales*, porque eran otorgadas por ellas. Y no sólo las propias coronas, sino el oro y el dinero con el que pagar las coronas y esto propiamente es el *oro coronario*, acerca del cual existe incluso un título en el «Código» de Justiniano. Servio ante estas palabras de Virgilio: *Recuérdame las ofrendas de los pueblos*, apunta: *Se llama oro coronario al que se concede actualmente por las naciones vencidas. En efecto, los emperadores lo imponían a cambio de perdonarles la vida*. Por lo demás no es totalmente cierto que lo pagaran los vencidos a cambio de la vida sino que, como he dicho, lo pagaban aliados y amigos. A pesar de ser pagado en metálico, se hacía en concepto de oro coronario. Como se ve en Polibio (en los «Fragmentos»): οἱ γεραῖοι ἐστεφάνωσαν τὸν ἀντίοχον τὸν βασιλέα πεντακοσίοις ἀργυρίου ταλάντοις: *Los de Gera coronaron al rey*

ἀντίοχον τὸν βασιλέα πεντακοσίοις ἀργυρίου ταλάντοις: *Geraei coronarunt Antiochum regem quingentis argenti talentis*. Vt apud Livium populus quidam Asiae, *Manlio ingredienti fines ut cohiberet a populatione militem, in coronam auream* XV *talenta offerunt*.

3. Et hoc praetextu rapinas extorsionesque usurpatas, quis non colliget? Cicero Pisoni obiicit: *Mitto aurum coronarium, quod lex et decerni et accipi vetat, nisi Imperatoribus ex provincia decedentibus, ad decorandum triumphum*. Sed istas leges spernebant. et Dio Cassius quosdam notat {Lib[ro] XLIX}, cum res leviculas gessissent, triumphum sibi, vel a Caesare vel ab Antonio, impetrasse: καὶ ἐπὶ τῇ προφάσει ταύτῃ, inquit, χρυσίον πολὺ παρὰ τῶν δήμων ἐς τοὺς στεφάνους ἐσέπραττον: et isto hoc praetextu, multum auri a populis, quasi ad coronas, colligebant. Imo vero et ab ipsis Italis, qui tamen immunes talium videbantur esse. Caesar quidem ita fecit. de quo idem Dio, cum ex Asia, victo Pharnace, rediisset {Lib[ro] XLII}: *Ibi quoque* (Romae) *magna pecunia coacta, quam partim titulo* DONI, *ut erant* CORONAE, *statuae, et talia, collegit; partim mutui nomine accepit*. Decretis enim coronis statuisque, pecuniam ipsam dari sibi curabant. Ideo miretur fortasse aliquis, ipsum illum Graecum postea scribere, de L[ucio] Antonio M[arci] fratre {Lib[ro] XLVIII}: *quod is, cum triumphasset Kalendis Januariis, in quibusdam Mario se comparabat, aut et praeponebat. in eo maxime, quod is Marius aut nullam, aut unicam omnino coronam accepisset; sibi vero cum alii, tum populus tributim (quod ante ipsum nemini) coronas dedissent*. Ait nemini id contigisse: atqui, nonne ipso narrante, iamante Caesari? Sed observetur, *tributim*: in eo novitas, et est hoc quod Cicero irridet, *Patronum quinque et triginta tribuum fuisse*. Ideo igitur et tributim dederunt, novo more. Sane Italos dedisse, vel ex eo liqueat, quod Augustus de se in lapide Ancyrano dicit: MVNICIPIIS. ET. COLONIIS. ITALIAE. CONFERENTIBVS. AD. TRIVMPHOS. MEOS. QVINTVM. CONSVL. REMISI. ET. POSTEA. QVOTIESCVMQVE. IMPERATOR sum appellatus, AVRI. CORONARIVM. NON. ACCEPI. Gloriatur vere. et consonat in illo ipso quinto consulatu Dio Cassius, qui notat, *eum tunc bene audisse vulgo*, ὅτι παρὰ τῶν πόλεων, τῶν ἐν τῇ ἰταλίᾳ, τὸ χρυσίον τὸ τοῖς στεφάνοις προσῆκον, οὐκ ἐδέξατο: *quod ab opidis Italiae, aurum, ad coronas conferri solitum, non accepisset*. Cuius exemplo Hadrianus (in Spartiano) *aurum coronarium Italiae remisit, in provinciis minuit*. Sed et Ammianus, inter testimonia liberalitatis Iuliani ponit, *tributorum indicta admodum levia, et coronarium remissum*. Eo enim paullatim iam ventum erat, ut hoc *Coronarium* non minus Tributis fere attereret; nec in triumphis modo, sed in laetitia quacumque, et primordiis imperii, daretur. In Ammiano scriptum, *Tripolitanos misisse legatos, Victoriarum aurea simulacra Valentiniano, ob imperii primitias, oblaturos*. De ipsis coronis Synesius {Orat[ione] de Regno}, qui se quoque Legatum a Cyrenensibus ab Arcadium missum ait, στεφανώσοντα χρυσῷ μὲν τὴν κεφαλὴν, φιλοσοφίᾳ δὲ τὴν ψυχήν: *coronaturum auro quidem caput Imperatoris, philosophia vero eius mentem*.

2-4 ≅Liv. 38.14.5 [ed. Briscoe: *Helvium* pro *Manlium*] **6-7** Cic. *In Pisonem* 37 [eds.: Mitto aurum coronarium quod te diutissime torsit, cum modo velles, modo nolles. Lex enim generi tui et decerni et te accipere vetabat nisi decreto triumpho.] **9-10** DC. 49.42.3 **13-15** DC 42.50.2 **17-21** DC 48.4.5-6 **22** Cic. *Phil*. 7.16 **24-27** RGDA 21 **28-30** DC 51.21.4 **31** HA *Had*. 6.5 **30-31** Amm. 25.4.15 **33-34** Amm. 28.6.7 **36** Syn. 3

---

3 Et hoc praetextu rapinas extorsionesque usurpatas = nota 10

Antíoco con quinientos talentos de plata. O en Livio, donde cierto pueblo de Asia *ofreció a Manlio cuando penetraba en sus fronteras para que el ejército mantuviera al ejército lejos de la población civil, 15 talentos en concepto de corona áurea*.

3. Y, ¿quién no se da cuenta de que bajo ese pretexto se cometían pillajes y extorsiones? (10) Cicerón echa en cara a Pisón lo siguiente: *Devuelvo el oro coronario que la ley impide pagar o aceptar, salvo a los generales victoriosos cuando dejan el mando de su provincia, y sólo para engalanar su ceremonia triunfal*. Pero despreciaban estas leyes, y Dion Casio {en el libro XLIX} apunta el caso de ciertas personas *que, habiendo gestionado asuntos de mínima importancia consiguieron para sí la celebración del triunfo de parte de César o de Antonio,* καὶ ἐπὶ τῇ προφάσει ταύτῃ dice, χρυσίον πολὺ παρὰ τῶν δήμων ἐς τοὺς στεφάνους ἐσέπραττον, *y bajo este pretexto, recaudaban gran cantidad de oro de los pueblos en concepto de coronas*. Y es bien cierto, sin duda, que lo hacían entre los propios italianos que, no obstante, parecían estar exentos de tales cobros. En efecto, César así lo hizo. Sobre ello el propio Dion dice que al regreso de Asia, tras la victoria sobre Farnaces {en el libro XLII}: *También allí* (en Roma), *se recaudó gran cantidad de dinero, una parte la reunió a título de* OFRENDAS*, al ser* CORONAS*, estatuas y otras cosas semejantes; y otra parte la aceptó en concepto de empréstito*. De hecho, con la imposición de coronas y estatuas, lo que se procuraban era dinero propiamente. Puede parecer quizá sorprendente lo que aquel mismo griego escribe más adelante a propósito de Lucio Antonio, hermano de Marco {en el libro XLVIII}, *que celebró su triunfo el día de las calendas de enero, en fechas que le permitían compararse con Mario si no lo situaban por delante de él, y esto último porque aquel Mario no había recibido corona alguna o a lo sumo una, cuando a él se las habían otorgado, entre otros, el pueblo por tribus (cosa que a nadie antes se le había concedido)*. Dice que eso no le sucedió a nadie, con todo, ¿no dice el mismo narrador que se le había concedido ya antes a César? Pero obsérvese la expresión *por tribus*: ahí está la novedad y es de esto de lo que se burla Cicerón cuando dice: *Fue patrono de las treinta y cinco tribus.* Así pues, según lo dicho, también se otorgaron *por tribus*, según una nueva costumbre. Es verdad que los italianos las otorgaron, y así se clarifica lo que Augusto dice a propósito de sí mismo en la inscripción de Ankara: HABIÉNDOLAS CONCEDIDO LOS MUNICIPIOS Y LAS COLONIAS DE ITALIA PARA MIS CEREMONIAS TRIUNFALES DURANTE EL QUINTO CONSULADO, LAS DEVOLVÍ Y MÁS TARDE CADA VEZ que se me aclamó EMPERADOR NO ACEPTÉ EL ORO CORONARIO. Sea justamente alabado por ello. Dion Casio está en consonancia en lo de aquel quinto consulado, cuando apunta *que había sido elogiado por el pueblo* ὅτι παρὰ τῶν πόλεων, τῶν ἐν τῇ ἰταλίᾳ, τὸ χρυσίον τὸ τοῖς στεφάνοις προσῆκον, οὐκ ἐδέξατο: *porque no aceptó de las ciudades de Italia el oro que se acostumbraba a pagar para las coronas*. Adriano (en Esparciano) siguiendo este ejemplo *condonó el oro coronario de Italia y lo disminuyó en las provincias*. También Amiano, como testimonio de la liberalidad de Juliano, pone *una simplemente liviana imposición de tributos, y la condonación del coronario*. En efecto, poco a poco se había producido en fin que este *coronario* prácticamente había adquirido el significado de los tributos, y que no sólo se pagaba en las celebraciones triunfales, sino en cualquier jubileo o en los inicios de reinado. Se escribe en Amiano que *con motivo del inicio de su imperio, los tripolitanos enviaron embajadores que habrían de ofrecer a Valentiniano efigies doradas de sus victorias*. A propósito de estas mismas coronas, Sinesio {discurso «Sobre el Reino»}, que también fue enviado como embajador de los cirineos ante Arcadio, dice que στεφανώσοντα χρυσῷ μὲν τὴν κεφαλὴν, φιλοσοφίᾳ δὲ τὴν ψυχήν: *la cabeza del emperador, en efecto, se ha de coronar con oro, pero su mente con*

Apertissime item Capitolinus in Antonio Pio: *Aurum coronarium, quod adoptionis suae caussa oblatum fuerat, Italicis totum, medium provincialibus reddidit*. Atque ex hoc licet intelligere, quae sit et quanti *Oblatio*: cum inter Tributi genera recensent, *Canonem*, *Oblationem*, *Indictionem*: etsi, alio quoque titulo et specie, Oblationes. Sed de hoc nostro, Suidas: στεφανικὸν τέλεσμα παρὰ ῥοδίοις οὕτως ἐκαλεῖτο. ἐπειδὴ ἀυτόνομοι ἦσαν οἱ ῥόδιοι, βραχύ δέ τι μέρος ῥωμαίοις ἐπὶ τιμῇ πέμποντες ἐτήσιον, ὡς οὐ φόρον ἡγεμόσι μᾶλλον, ἢ στέφανον φίλοις διδόντες: *Coronarium vectigal apud Rhodios ita dicitur, quoniam liberi sunt Rhodii, exiguum autem aliquid Romam quotannis mittunt, non ut tributum dominis, sed quasi coronam amicis dantes*. Notetur illud *quotannis*: nam et hoc ita factum, ac velut honorarium tributi genus exactum. Procopius de Theodato notat, rege Gothorum {Lib[ro] I de Goth[is]}: *pactum eum cum Petro, Iustiniani Imperatoris Duce, decedere Sicilia tota, et quotannis coronam auream mittere Iustiniano trecentarum librarum*. Quid, quod lego civitates in alia occasione, atque etiam tristi, coronas has misisse? Appianus in Sullae funere *supra bis mille coronas aureas, magna celeritate confectas, praelatas* scribit, atque addit expresse; *dona civitatum, aut legionum quibus praefuerat*. Habes et intellegis, opinor, de Coronis et Coronario.

4. Aud.-Satis. sed quid iis post praelationem factum, aveo equidem scire.

5. Lips.-In templis, et Capitolio maxime, videntur dicatae. Plinium eo traxerim, de Coronis: *Inde natum, ut etiam triumphaturis conferrentur, in templis dicandae*. Nam etsi de aliis ibi coronis, tamen in occasione tangit hunc morem. Livius, de legatis Saguntinorum {Lib[ro] XXVIII}: *Non grates tantum, ut agere iussi sumus, sed donum hoc etiam, si vos permitteretis, coronam auream, in Capitolium, victoriae igitur, ferre*.

6. Quod itaque supra, in Velleio erat: *Praeterquam Capitolio intulit*: huc referri potest, ut non venerint in rationes illas *Coronae*, et alia dona sive aurum, quae Iovi Capitolino Pompeius intulit aut dedit. Mos enim ita fuisse videtur: vel ex Suetonii de Augusto nota. quem ait sedecim *millia pondo auri, una donatione, in cellam Iovis Capitolini contulisse*: quod fecit statim ab Aegyptiaco triumpho. Imo et Triumphale ipsum aurum interdum, aut pars eius, ibi condita. ex Plinio, qui {Lib[ro] XXXIIII, cap[ite] I} *duo millia pondo auri perisse, Pompeii tertio Consulatu, e Capitolini Iovis solio, a Camillo ibi condita*, scribit: fortasse ut religio magis servaret. Atque ad hoc etiam tale aurum referendum videatur, quod Suetonius in Caesare notat: *Eum primo consulatu tria millia pondo auri furatum e* CAPITOLIO*, et tantundem in aurati aeris reposuisse*. Plane hoc est. nam de Aerario compilato, ad alterum Consulatum facit, nec id quoque in Capitolio. Solent tamen et alia tampla Auro coronario exornare. ut

---

21 dicatae 1599, 1605] dicata 1598 **26** itaque 1599, 1605] igitur 1598 *Praeterquam* 1599, 1605] *Praeter quam* 1598 **29** sedecim 1599, 1605] XVI 1598

1-2 HA *Antonin*. 4.10 **5-7** Suid. s.v. Στεφανικὸν τὲλεσμα **11-13** Procop. 5.6.2
14-16 App. *BC* 1.106 **22** Plin. 16.10 **24-25** Liv. 28.39.15
26 Vell. 2.40.3 **29-30** Suet. *Aug*. 30.2 **32-33** Plin. 33.14
34-35 Suet. *Caes*. 54.3

filosofía. Con toda claridad, también dice Capitolino en la vida de Antonino Pío que *restituyó el oro coronario que se le había ofrecido con motivo de su adopción, todo el de los italianos y la mitad del de los provinciales*. Y a partir de esto se puede entender qué era y a cuánto ascendía la *ofrenda*, pues entre los tipos de tributo se recogen el *canon*, la *ofrenda* y la *indicción impositiva*: si bien, las ofrendas también aparecen bajo otro concepto y bajo otro aspecto. Pero sobre el que nosotros tratamos dice Suidas: στεφανικὸν τέλεσμα παρὰ ῥοδίοις οὕτως ἐκαλεῖτο. ἐπειδὴ ἀυτόνομοι ἦσαν οἱ ῥόδιοι, βραχύ δέ τι μέρος ῥωμαίοις ἐπὶ τιμῇ πέμποντες ἐτήσιον, ὡς οὐ φόρον ἡγεμόσι μᾶλλον, ἢ στέφανον φίλοις διδόντες: *El coronario se llama entre los rodios vectigal porque los rodios son libres y, en efecto, envían anualmente una pequeña cantidad no como tributo para los señores sino como cuando se ofrece la corona a los amigos.* Nótese aquello de *anualmente*, pues haciéndolo así se demuestra que se exigía a modo de pago de tributo. Procopio apunta a propósito de Teodato, rey de los godos {en el libro I de las «Godas»}: *Alcanzó un pacto con Pedro, general del emperador Justiniano, para retirarse de toda Sicilia, y enviar anualmente a Justiniano una corona áurea de trescientas libras*. ¿Por qué si no enviar estas coronas, cosa que leo que hicieron las ciudades en otra ocasión también triste? Apiano escribe que en las honras fúnebres de Sila *se expusieron más de dos mil coronas áureas, confeccionadas con gran celeridad*, y añade expresamente *regalo de las ciudades o de las legiones que él había gobernado*. Creo que tienes aquí todo para comprender lo referente a las coronas y al coronario.

4. Discípulo- Desde luego, pero tengo especial interés en saber qué se hizo con ellas tras las procesión.

5. Lipsio- Parece ser que se consagraron en los templos, particularmente en el Capitolio. Al respecto yo aduciría un texto de Plinio que se refiere a las coronas: *De ahí surgió la costumbre de que aunque se entregaban a los triunfadores, debían consagrarse en los templos*. Pues, aunque en esa cita se trataba de otras coronas, la costumbre también puede aplicarse a las nuestras. Dice Livio a propósito de los embajadores de los saguntinos {en el libro XXVIII}: *Se nos ha ordenado además de mostrarnos agradecidos, llevar al Capitolio como don, si lo permitís, esta corona de oro y de la victoria*.

6. Por lo demás, en cuanto a lo que dejé pendiente más arriba en relación a aquello de Veleyo de: *Excepción hecha de lo que aportó al Capitolio*, se puede referir a que no hubieran llegado aquellas *coronas* y otras donaciones y oro en la misma medida que lo que Pompeyo había aportado y dado a Júpiter Capitolino. En efecto, parece que esa era la costumbre también según un apunte de Suetonio sobre Augusto que dice que *confirió diez y seis mil libras de oro en una sola donación a la cámara sagrada de Júpiter Capitolino*, cosa que hizo inmediatamente después de la ceremonia triunfal egipcia. Y por cierto que, en alguna ocasión, el mismo oro triunfal o parte de él se encerraba allí, según dice Plinio {en el libro XXXIIII, capítulo I}, que escribe que *en el tercer consulado de Pompeyo desaparecieron dos mil libras de oro del sitial de Júpiter Capitolino que estaban allí encerradas desde Camilo*. Quizá se hiciera para dar mejor servicio a la religión. Al parecer también se debe referir a este oro lo que Suetonio apunta sobre César: *En su primer consulado malversó tres mil libras de oro del* CAPITOLIO*, y las sustituyó por la misma cantidad de bronce dorado*. Esto es indiscutible, pues en el segundo consulado se dispuso a asaltar el erario y ya no el Capitolio. Es cierto que también otros templos se suelen adornar con el oro coronario

Augustus de se, in lapide Ancyrano: *In Capitolio, et in aede Divi Iulii, et in aede Apollinis, et in aede Vestae, et in templo Martis Vltoris consecravi, quae mihi constiterunt circiter (millenis)* AVRI CORONARII *pondo trigintaquinque millibus*. At prior Caesar, Coronas suas in triumpho ductas vendidit, et ex earum pretio militibus promissa persolvit. quod ita Appianus.

1-3 RGDA 21 **4-5** App. *BC* 2.102

---

3 *(millenis)* AVRI = nota 11

como dice Augusto sobre sí mismo en la inscripción de Ankara: *En el Capitolio, en el santuario del divino Julio, en el santuario de Apolo, en el santuario de Vesta y en el templo de Marte Ultor, consagré cuanto* ORO CORONARIO *se me presentó, alrededor de treinta y cinco miles (de millares)* (11) *de libras*. Pero el primer César vendió las coronas que se le habían llevado en su ceremonia triunfal, y con los beneficios de ellas satisfizo lo que prometió a los soldados. Así lo cuenta Apiano.

Lib. II cap. 10: Impensae publicae in Militem, Magistratus, Populum: et de Frumentatione.

1. Peragravi et emensus sum *Triumphalem* viam: tempus desinere, nec addere ultra, sed erogare. Nonne videtur Auditor?

2. Aud.-Certe videtur. nam ego censeo, nisi expendimus largiter, omnem Romam iam illationibus tot auri implendam.

3. Lips.-Ego vero exhauriam, et expendam non loculis, sed totis saccis: ut ipsum iterum miraturus sis, unde ad tot Expensas ullae Opes. Oceanus si Aerarium fuisset, dixisses desiccandum.

4. Impendia igitur sub Principibus (ulteriora omittam). Duplicia fuere, *Necessaria*, et *Arbitraria*[[: ex quibus sane colligas immensas et vere ADMIRANDAS quasdam opes. Nam Necessaria illa impendia, fere]] trium generum: in *Militem*, in *Magistratus*, in *Populum*. De militibus res clara est; Stipendiis alendos, Emeritis prosequendos: et id perpetuo, in legionibus et praesidiis perpetuis iam factis. Haec partite non exsequor, satis a me in *Romana Militia*, et {Com[mentario] I ad Ann[alium] Tac[iti]} alibi, factum. De Magistratibus, intellego duplices fuisse, in quos largiter et statim expendendum: *Vrbanos* et *Provinciales*. Vrbanis quidem Augustus instituit, ad onera sublevanda, ad ludos praebendos, et talia, aliquid dare: praesertim Praetoribus, quasi ex lege. *Provinciales* autem, vel plurimum auferebant, ut ipsi plures, et per provincias dispersi. Nam ita Suetonius {Cap[ite] XXXVI}: *Auctor et aliarum rerum Senatui fuit, in quis, ut* PROCONSVLIBVS *ad mulos et tabernacula, quae publice locari solebant,* CERTA PECVNIA *constitueretur*. Et quamquam *Proconsules* modo nominat, tamen [[{*Et solet Suetonius largiter ea voce uti*}]] longius spectavit, et *Praesidibus* communiter, aut et *Procuratoribus*, aliisque *Officiis* datum. Quanta ea expensio fuit? immensa, vel hoc argumento: quod Cicero L[ucio] Pisoni obiicit, eunti in Macedoniam, ut Proconsuli, *sestertium centies octogies, quasi Vasarii nomine, datum*. Ad sola Vasa, inquam, id est ornatum et instructum, tot illa sestertia data scribit; et obiicit, non quia contra morem fuerit, sed quia supra modum. Nimium adsignificat, collusione quadam, ad tributum. Quid igitur? esto vel *Centies* {250.000} tantum summa ordinaria: esto vel *Quinquagies* {<1>25.000 Phil[ippicorum]} {*Vide Notas*}: in tot illis talibus, nonne immensum accrescet? Et plura accedunt huic generi, ut *Curatores* variorum munerum alendi, vel ornandi; ut *Legati* exterarum gentium admittendi, et numerandi: et quae scimus in omni Republica esse.

5. Iam de *Populo*, perpetui etiam et certi in eum sumptus: et praesertim ad Alimenta. Nam iamante institutum, Principes tenuerunt, ut plebem egenam aut tenuem

---

8 implendam 1605] non suffecturam 1598, 1599 **14-15** [[: ex...fere]] 1599, 1605] . Illa 1598 **25** quamquam 1605] quanquam 1598, 1599 **26** [[{*Et...uti*}]] 1599, 1605] deest 1598

---

18 Lips. *De Mil*. V.16 (≅*Elect*. I.2) Lips. *Com. ad Ann*. I.17: *denis in diem assibus animam et corpus aestimari* **23-25** Suet. *Aug*. 36.1 **29** Cic. *In Pisonem* 35

---

33 {*Vide Notas*} = nota 12

Lib. II. cap. 10: Gastos públicos en el ejército, las magistraturas y el pueblo. Sobre la 'Frumentatio'.

1. He recorrido palmo a palmo la vía *triunfal*. Ha llegado el momento de no añadir más, sino de comenzar a repartir. ¿No te parece, Discípulo?

2. Discípulo- En verdad que así es, pues pienso que como no gastemos generosamente, Roma entera va a quedar abarrotada con todo el oro de los impuestos.

3. Lipsio- Yo voy a vaciarla y a gastar no cofrecillos sino sacos llenos, de modo que te veas obligado a sentirte de nuevo asombrado, pues verás que no hay recursos suficientes para tantos desembolsos. Si el erario fuese un océano dirías que se va a secar.

4. Así pues, en tiempo de los príncipes (no voy a hablar de los anteriores) los gastos estatales fueron de dos tipos: los *comprometidos* y los *discrecionales*. A partir de ellos puedes concluir que ciertos recursos fueron inmensos y verdaderamente DIGNOS DE ADMIRACIÓN. Los gastos *comprometidos* son, por lo general, de tres tipos: los destinados al *ejército*, a las *magistraturas* y al *pueblo*. La cosa está clara en cuanto a los soldados: debían ser sustentados con pagas, y a los licenciados se les debía garantizar una manutención, y ello de modo continuo, en legiones y guarniciones que se habían hecho ya permanentes. No voy a exponer el tema metódicamente, lo hice suficientemente en mi «Militia Romana» y en otros lugares {en el «Comentario» a los «Anales» I de Tácito}. En cuanto a las magistraturas, entiendo que fueron de dos tipos, y en ambos se debió desembolsar generosa y constantemente: las de la *Ciudad*, y las *provinciales*. En efecto, Augusto dispuso que se le entregara algo a los de la Ciudad para mitigar sus cargas, para organizar juegos y actividades semejantes: especialmente, a los pretores, casi por ley. Ahora bien, los *provinciales* obtenían incluso más ya que ellos eran más y estaban repartidos por las provincias. Y así lo dice Suetonio {en el capítulo XXXVI}: *En el Senado fue el promotor de otras medidas, entre las cuales se encontraba el prever* UN DINERO CONCRETO PARA LOS PROCÓNSULES *con destino a las acémilas y equipamientos que solían alquilarse oficialmente.* Y aunque sólo nombra a los *procónsules*, tuvo puesta la mirada, sin embargo, más allá, pues se pagó {*y Suetonio suele servirse generosamente del término*} tanto a los *gobernadores* en general como a los *procuradores* y a otros *servicios públicos*. ¿Cómo era este desembolso? Inmenso, según la prueba de este reproche que Cicerón echa en cara a Lucio Pisón a quien, cuando iba a Macedonia como procónsul, se le pagaron *dieciocho millones de sestercios en total de asignación en concepto de vajilla*. Sólo para vajillas, esto es, para ornatos y pertrechos, escribió que se pagaron todos aquellos sestercios, y lo reprocha no porque estuviera fuera de la costumbre, sino porque era una cantidad excesiva. Da a entender que era excesivo y que conllevaba cierto perjuicio para el tributo. ¿De cuánto era, pues? Sean los diez millones {250.000 filípicos} tan sólo de la suma ordinaria (12), o séanlo los cinco millones {125.000 filípicos}, cuando se trata de pagar a toda aquella gente, ¿no se aumenta inmensamente el gasto? Pues de esta partida dependen muchos gastos, como alimentar y permitirles atender a su servicio honorablemente a los '*curatores*' de varios servicos públicos, como la acogida y atención de *embajadores* de naciones extranjeras; y todo lo que sabemos que conlleva todo Estado.

5. En fin, en cuanto al *pueblo*, hubo un gasto permanente y preciso en su beneficio, especialmente el destinado a garantizarle el alimento. Y es que los Príncipes mantuvieron una institución que ya existía con anterioridad: proveer a la plebe

perpetua frumentatione pascerent; atque ea magno labore et sumptu paranda, advehenda, et tum gratis distribuenda. Mira haec res sit, siquis consideret: et plane inter omnis aevi, omniumque gentium, ARMIRANDA. Sed tractavi olim in Electis, quid nunc retractem?

6. Aud.-Imo obsecro Lipsi, hic ei suus locus est: et quid si aliquid firmius aut plenius tibi observatum?

7. Lips.-Observatum, non nego: ut talibus dies diei est doctor. Breviter dicam, quae pro nostro argumento. Frumentatio igitur vetus Romae, et ab ipso etiam Senatu. Ille in rebus et annona arcta, quasi benignus pater, miseritus plebis, frumentum aliquando divisit, non tamen nullo, sed modico aere. Accessere Tribuni statim, et hoc tam populare sibi vindicarunt, variis Frumentariis legibus latis. Vltimus in hac re Clodius, *Annonariam legem tulit, ut frumentum, quod antea populo semisse aeris ac trientibus in singulos modios dabatur,* GRATIS *daretur*. Ita Asconius: atque haec origo deinde et continuatio gratuiti frumenti fuit. Senatus quidem, statim a coniuratione Catilinae, largitione hac tali usus erat, auctore ipso Catone: sed nescio, an sine ullo pretio. In Plutarco hoc sic narratum, sed verbis quae pensitanda sunt. Ait, *C*[*aium*] *Caesarem in Praetura res novas tentasse, populo suspenso et mobili, ob Catilinarias illas turbas. Cato igitur, ut praeveniret*, ἔπεισε τὴν βουλὴν ἀναλαβεῖν τὸν ἄπορον καὶ ἀνέμητον ὄχλον εἰς τὸ σιτηρέσιον. ἀναλώματος μέν ὄντος ἐνιαυτοῦ χιλίων καὶ διακοσίων καὶ πεντήκοντα ταλάντων: *suasit Senatui assumere egenum et non distributum populum ad frumentationem, etsi sumptus esset mille ducentorum quinquaginta talentorum.* Id sit *trecenties* HS more Romano; nostro, *septingenta quinquaginta millia* Philippicorum. Vides igitur impendium in hanc rem, quod illo aevo fuit: [[etsi alter Plutarchi locus (in Caesare) minuit nonnihil, et ubi de hac ipsa re agit, numerat sumptus non nisi *septingentas quinquaginta myriadas drachmarum*: quod sit Latinis, *ducenties vicies* HS: nobis, *quingenta quinquaginta millia* Philippaeorum. Sed verius est, hunc locum rescribendum, augendumque ad illum priorem. Opinor autem et crevisse postea impendium, lata lege Clodii, quae totum frumentum gratificaretur, de qua dixi. Quin et sub Imp[eratoribus]. largiter crevisse, cum plures adscripti, et classes etiam institutae (haud dubie magno impendio) ad transvehendum. Quis tamen numerus accipientium fuit? reperio aliquando ad *trecenta viginti millia* cepisse: sed Iulius Caesar minuit. de

---

22 *non distributum* 1605] *indivisum* 1598, *infinitum* 1599 **25-34** [[etsi...ita]] 1599, 1605] si tamen plenum id impendium, et haec mens iis verbis. Nam alter Plutarchi locus, de ipso hoc Catonis facto, in Caesare, ambiguum me reddit. ubi sic: ὁ κατὼν ἔπεισε τὴν σύγκλητον ἀπονεῖμαι σιτηρέσιον ἔμμηνον. ἐξ οὗ δαπάνης μὲν πεντακοσίαι πεντήκοντα μυριάδες ἐνιαύσιοι προσεγίνονται τοῖς ἄλλοις ἀναλώμασιν: *Cato suasit Senatui distribuere frumentum menstruum, ex quo sumptus accessit ad reliqua septingentarum quinquaginta myriadum drachmarum.* Ea summa non reddat, nisi *ducenties vicies* HS: id est, *quingenta quinquaginta millia* Philippicum: atque ideo visa viris doctis, et mihi olim, ne Plutarchus cum Plutarcho pugnet, ad priorem reformanda, scribendumque ἑπτακοσίαι πεντήκοντα: *septingentae quinquaginta*. Nunc nonnihil addubito, et an non mens in priori quidem loco: *Catonem suasisse frumentum dari iis*

---

2 Lips. *Elect*. I.8; I.27 **12-14** Ascon. *Enarr. In Pison*. 9 **19-21** Plu. *Cat. Mi*. 26.1 [ed. Flacelière-Chambry-Juneaux: ἐνιαυσίου] **25** Plu. *Caes*. 8.7

pobre y necesitada de un permanente aprovisionamiento de grano. Este se debía averiguar y allegar desde el exterior con gran trabajo y coste, para después ser distribuido gratis. Es esta una institución maravillosa si alguien se para a pensar, y manifiestamente DIGNA DE ADMIRACIÓN en toda época y por todas las naciones. Mas con anterioridad traté este asunto en los «Electa», ¿por qué voy a repetirlo ahora?

6. Discípulo- Te lo ruego, Lipsio, hazlo, este es su lugar...¿quién te dice a tí que con alguna observación no vas a poder llegar a completar y confirmar algún extremo?

7. Lipsio- Es cierto, eso es lo que ha ocurrido, no lo niego, que en tales asuntos cada día trae nuevas enseñanzas. Voy a explicarlo brevemente, que es lo que conviene a nuestra intención. El aprovisionamiento de grano era antiguo en Roma y se debía al propio Senado. Él mismo, en situaciones difíciles y de cosechas escasas, como un padre benevolente que se apiada de la plebe, repartió grano en alguna ocasión, bien es cierto que no por nada, sino a un módico precio. Pronto los tribunos lo aumentaron y se apropiaron de este asunto tan popular proponiendo varias leyes sobre el aprovisionamiento del grano. El último de esta tendencia fue Clodio, que *propuso una ley sobre el reparto de grano según la cual el grano que antes se daba al pueblo a 'semis' de bronce y 'triente' por cada modio, se diese* GRATIS. Así lo dice Asconio y este fue el origen de la gratuidad del grano que se mantuvo en adelante. En efecto, inmediatamente después de la conjura de Catilina, el Senado se acostumbró a actuar mediante este tipo de dádiva, siendo el propio Catón el promotor, pero, desconozco si se hacía gratuitamente. Así es como se narra el asunto en Plutarco, pero con términos que merecen ser examinados con cuidado. Dice que *Cayo César intentó una revolución durante su pretura, ya que el pueblo estaba entonces indeciso y voluble por las perturbaciones catilinarias. Catón, entonces, para adelantarse,* ἔπεισε τὴν βουλὴν ἀναλαβεῖν τὸν ἄπορον καὶ ἀνέμητον ὄχλον εἰς τὸ σιτηρέσιον. ἀναλώματος μέν ὄντος ἐνιαυτοῦ χιλίων καὶ διακοσίων καὶ πεντήκοντα ταλάντων: *convenció al Senado para que asumiera el aprovisionamiento de grano al pueblo pobre y sin derecho a distribución, aunque el coste fuera de mil doscientos cincuenta talentos*. Sean estos, *treinta millones* de sestercios en números romanos, según los nuestros *setecientos cincuenta mil* filípicos. Fíjate, así pues, en las costas de esta medida que se realizó en aquel tiempo, si bien un segundo pasaje de Plutarco (en el «César») lo disminuye algo, y, donde se desarrolla este tema propiamente, enumera tan sólo un coste de *siete millones y medio de dracmas*, lo cual es en cifras latinas *veintidós millones de* HS y para nosotros *quinientos cincuenta mil* filipeos. Pero es más cierto que este pasaje debe ser rectificado y que debe aumentarse la cifra según el anterior. Yo opino, de todos modos, que las

---

qui ante non accepissent, et assumpsisse novam turbam, ἀνέμητον, ut verbum Graecum est, *indivisam, indescriptam, et nondum inter frumentantes relatam.* Id autem novi sumptus additum, etsi iamante tot illa talenta in hanc rem expensum. Posterior deinde locus indicet et notet adiectionis illius summam, paullo minorem scilicet vetere, et quae fuisset. Haec dixerit aliquis: sed sunto vel sola illa priora talenta in universum, magnae satis expensae sint, praesertim cum tunc Clodii illa lex, totum gratificans, lata nondum esset. Paullo autem post fuit: nec dubitemus impendium crevisse. Mansit sub Imperatoribus, nisi quod per civilia bella numerus accipientium cum immensum crevisset, Iulius Caesar recidit. de quo 1598

quo ita]] Suetonius: *Ex viginti trecentisque millibus accipientium frumentum e publico, ad centum quinquaginta retraxit*: aut si Dionem audis, *ad centum sexaginta*: quia dicit ad *mediam partem redactos*. Parvum discrimen: sed Augustus deinde auxit, et *ducenta millia* fecit. an et Tiberius? etsi ille minime popularis: tamen recenset in Senatu (apud Tacitum) *quibus e provinciis, et quanto* MAIOREM *quam Augustus, rei frumentariae copiam advectaret*. Ergo et in plures, nisi fallor, distribuendam.

8. Aud.- Mehercules Lipsi, grandis hic numerus: et tot illi Romae pauperes?

9. Lips.- Pauperes, aut saltem qui sublevari gauderent: inter quos liberti, et id genus, maxime fuere. Dionysii locus notabilis, admonentis multos ideo manumiti, {Lib[ro] IIII} ἵνα τὸν δημοσίως διδόμενον σίτον λαμβάνοντες κατὰ μῆνα, καὶ εἴτις ἄλλη παρὰ τῶν ἡγουμένων γίγνοιτο τοῖς ἀπόροις τῶν πολιτῶν φιλανθρωπία, φέρωσι τοῖς δεδωκόσι τὴν ἐλευθερίαν: *ut frumentum, quod publice datur, accipientes in menses singulos, et siqua alia liberalitas Principum in pauperes fiat, id totum Dominis ferant a quibus facti sunt liberi*. Vides fraudes, quae etiam factae: aut saltem, quomodo, quos puderet ipsos e publico pasci, id fecerint succidanea libertorum persona.

10. Aud.- Aliquoties iam audio de *menstruo frumento*: ergone ea distributio?

11. Lips.- Illaipsa, et in cuiusque mensis initio (sive *Nonis*, ut Suidae visum, unde et *Annonas* ridicule derivat) accipiebant. Quomodo? per *Tesseras*: quique eas habebat, ad *Curatores frumenti dividendi* ibat, munus institutum ab Augusto. Quattuorviri enim erant, iique ex honestioribus, et qui ante quinquennium Praetura functi essent: quod Dio notavit {Lib[ro] LIV}. Etsi *Praefectus* etiam *annonae* proprius, illustri honore: sed qui de advehendo et adservando in horreis satageret, non proprie de dividendo. Multa circa hanc rem: sed minuta quid opus exsequi? de numero iterum aliquid videamus: in quem videtur Seneca tenuiores omnes cives inclusisse. *Frumentum*, inquit, *publicum tam fur, quam periurus, et adulter accipiunt, et sine discrimine morum* QVISQVIS CIVIS *est*.

1-2 Suet. *Caes*. 41.3 **3** DC 43.21.4 **5-6** Tac. *Ann*. 6.13.1 **12-14** DH 4.24.5 **22-23** Suid. s.v. Νόνναι: τοῦ μηνός **24-26** DC 54.1.4 (=54.17.1) **29-30** Sen. *Ben*. 4.28.2

costas se incrementaron posteriormente, una vez que se propuso la ley clodia que subvencionaba todo el grano, sobre la cual ya he hablado. Es más, también opino que en la época de los emperadores se incrementó generosamente al inscribirse muchos entre los beneficiarios e incluso se instituyeron grupos (sin duda a alto coste) para los repartos. ¿Cuál fue la cantidad de los beneficiarios? Encuentro que en alguna ocasión comprendió a *trescientos veinte mil*, pero Julio César la disminuyó, sobre lo cual Suetonio dice así: *Los trescientos veinte mil que se beneficiaron del grano público, los redujo hasta ciento cincuenta mil*, o si atiendes a Dion, *hasta ciento sesenta mil*, porque dice que *los dejó en la mitad*. Pequeña diferencia. Augusto, con todo, luego aumentó la cifra y la dejó en *doscientos mil*. ¿También lo hizo Tiberio? Aunque él estaba escasamente inclinado a las medidas populares, en cambio censó en el Senado (según Tácito) *a los de las provincias, e introdujo en el servicio frumentario a una multitud* MAYOR *que Augusto*. Por lo tanto, si no me equivoco, se debía distribuir entre más.

8. Discípulo- Por Hércules, Lipsio, que es grande la cifra en este punto, ¿tantos pobres hubo en Roma?

9. Lipsio- Pobres o, al menos, personas gustosas de ser subvencionadas. Entre ellas se encontraban principalmente los libertos y gentes de ese tipo. Hay un pasaje notable de Dionisio {en el libro IV}, este recuerda que muchos eran manumitidos por ello, ἵνα τὸν δημοσίως διδόμενον σίτον λαμβάνοντες κατὰ μῆνα, καὶ εἴτις ἄλλη παρὰ τῶν ἡγουμένων γίγνοιτο τοῖς ἀπόροις τῶν πολιτῶν φιλανθρωπία, φέρωσι τοῖς δεδωκόσι τὴν ἐλευθερίαν: *para recibir cada mes el grano que se da públicamente, así como cualquier liberalidad que los Príncipes hagan en beneficio de los pobres, todo lo cual llevan a los señores que les han dado la libertad*. Fíjate en los fraudes que también se llegaban a cometer o, al menos, cómo a aquellos les avergonzaba alimentarse de lo público y lo hicieron con la intermediación de los libertos.

10. Discípulo- En alguna ocasión oigo hablar también del *grano mensual*, ¿se trata de esta misma distribución?

11. Lipsio- Exactamente la misma, pues lo cobraban al inicio de cada mes (o en las *nonas*, según el modo de ver de Suidas, de donde deriva él ridículamente la palabra *annona*). ¿Cómo? Mediante *fichas*. Todo el que las poseía se dirigía a los '*curatores*' *del reparto de grano*, cargo instituido por Augusto. Eran cuatro hombres procedentes del grupo de los de mayor dignidad, que hubiesen desempeñado la pretura en el quinquenio precedente, como apuntó Dion {en el libro LIV}. Aunque existía propiamente un *prefecto de la annona*, que era un ilustre honor, pero este se cuidaba de la importación y almacenaje en graneros, y no del reparto propiamente dicho. Existen múltiples testimonios acerca de este asunto, pero ¿qué necesidad hay de tratar los detalles? Veamos algo de nuevo sobre el número, en el cual parece ser que Séneca incluyó a todos los ciudadanos pobres. *El grano público*, dice, *lo recibe tanto el ladrón como el que miente o el adultero, al margen de las costumbres* QUE CADA CIUDADANO *tenga*. No obstante, yo comprendo el texto así: que deberían ser

Sed ita tamen accipio, ut admitti debuerint et inscribi: [[atque ideo meliores libri referunt: *quisquis incisus est*. In tabulas nempe, huic rei factas. Sed de numero tamen capientium]] iterum sub Principibus fluctuo. Dixi de Augusti *ducentis millibus*: sed P. Victoris, quem Schottus noster vulgavit, scriptio videatur augere. Nam ait diserte: *Huius* (Augusti) *tempore, ex Aegypto urbi annua ducenties centena millia frumenti inferebantur*. Modios sane intellegit: sed quanta ea summa sit ex sola Aegypto? Atqui Africa iam addenda est, quae duplum ad Aegyptum dedit. Hoc enim ita palam et adfirmate Iosephus scripsit, in oratione Agrippae regis ad Iudaeos: *Africam octo mensibus populum Romanum pascere, Aegyptum autem quaternis*. Valde notabilis locus: et idem est in Hegesippo, qui transcripsit. Ex hac igitur ratiocinatione, frumentum urbi illatum annuum fuerit *sexcenties centena millia modiorum*. Sint in dies circiter, *centum sexagintaquattuor millia octogintatria*. Heu, ingentem copiam! et quae sufficiat, si inspicis, vel *vicies centenis* hominum *millibus* alendis. Nam Modius paullo plus minusve Romanis pendit XXV libras: sed Romanas tamen libras, id est duodecim unciarum.

12. Aud.-Hem Lipsi, et tu credis haec vera esse? qui possunt? nam ante dumtaxat de *ducentis millibus*, aut largissime, *trecentis viginti* frumentantium est dictum.

1-*20*[[atque...illud]] 1605] : neque id factum nisi certo numero, et alii deinde assidue in demortuorum locum allecti. Sed quin Principes secuti numerum illum Augusti auxerint, non videtur dubitandum. Certe modus ipse frumenti, qui distributus, hoc dixerit: de quo in Spartiani Severo aliquid, sed mendose legas. *Moriens*, inquit, *Severus septem annorum canonem, ita ut* COTTIDIANA *LXXV millia modiorum expendi possent, reliquit.* Dico parum hoc esse, et valde augendum. AVD. Parum? tot illa modia in diem? Atqui ea sint vel ad *septingenta millia* hominum pascenda largiter: cum Modius habeat XXVI libras. LIPS. Dico et repeto parum esse, et convincam. Ex Africa et Aegypto hoc frumentum advectum praecipue (aliunde enim etiam non nego, ut ex Sicilia, Sardinia, Italia ipsa) sed praecipue ex duobus iis locis, docui in Electis. Et classis huic rei fuit, Africana et Alexandrina. At vero Aegyptus sola (quod Victor scripsit) *urbi* ANNVA *ducenties centena millia frumenti inferebat*: quid ergo iam Africa? Largius etiam, et ipsum duplum. Hoc ita Iosephus mihi dicit in Oratione Agrippae: *Africam per octo menses populum Romanum pascere, Aegyptum autem per quaternos*. Notandus sane locus: et quid efficitur? ex Victoris illo calculo, *quadringenties* igitur *centena millia* modiorum Africam intulisse. Iunge ista, sunt *sexcenties centena millia* in annum: quid in diem? Divide, reperies *centum sexagintaquattuor millia trecenta octogintatria*. Itaque vix ambigo, quin centenaria nota addita, in Spartiano rescribam: *cottidiana* CLXXV *millia.* Paullo amplius, fateor, quam e duabus provinciis dixi confici: sed paullo, et miretur aliquis numeros sic convenire. Quod redundat autem, aliunde scilicet advenerit: aut post Augustum (nam de eius aevo Victor) aucta sit illatio Aegypti. Quod dixerit etiam aliquis, ex iis quae Socrates in Ecclesiastica historia scribit: quem ut intellegas, praemittam. Constantinum Magnum, cum sedem suam et affectum Byzantium transtulit, etiam Frumentationis partem transtulisse, et Aegyptiam classem atque annonam, Romae veteri ablatam, ad eam urbem et populum applicasse. Haec certa sunt, et variis scripta: sed ecce, quod nunc ad rem, Constantius eius filius in parte frumentationem hanc abstulit, offensus plebi Constantinopolitanae, ob seditionem notam, in qua et Hermogenes Dux ab Imperatore missus, esset interfectus. Hanc igitur rem cum narrasset Socrates, addidit: Εζημίωσε δὲ τὴν πόλιν ἀφελὼν τοῦ σιτηρεσίου, τοὺ παρα εχεθέντος παρὰ τοῦ πατρὸς ἀυτοῦ ἡμερισίου, ὑπὲρ τέσσαρας μυριάδας ὀκτὼ γὰρ ἐγγὺς μυριάδες ἐχορηγοῦντο πρότερον τοῦ σίτου, ἐκ τῆς ἀλεξανδρέως κομιζομένου πόλεως: *Mulctavit*

admitidos e inscritos, y, por ello, los mejores libros refieren *todo el mundo está registrado*. En las tablas, como es natural, realizadas al efecto. Pero yo sigo vacilando sobre el número de los que en tiempos de los príncipes lo recibían. He hablado de los *doscientos mil* de Augusto, pero un texto de P. Víctor que editó nuestro Schott parece aumentar la cifra. Pues sostiene expresamente: *En tiempo de este* (de Augusto) *se importaba desde Egipto a la ciudad veinte millones de grano anuales*. Da a entender claramente que son modios, mas ¿qué significa una suma tal y sólo de Egipto? Con todo, África también debe ser incorporada y pagaba el doble de Egipto. En efecto, Josefo lo escribió ostensible y firmemente en el discurso del rey Agripa a los judíos: *África alimenta durante ocho meses al pueblo romano, Egipto en cambio los otros cuatro*. Pasaje realmente notable: y lo mismo se encuentra en Hegesipo que lo transcribió. Así pues, de este razonamiento se deduce que el grano que anualmente se traía a la ciudad era *sesenta millones de modios*. Son, aproximadamente, *ciento sesenta y cuatro mil ochenta y tres* por día. ¡Cantidad descomunal!, que basta, si la observas con atención, para alimentar a casi *dos millones de hombres*. Y es que un modio pesa para los romanos poco más o menos 25 libras, pero libras romanas, esto es de a doce uncias.

12. Discípulo.- ¡Vaya Lipsio!, ¿y tú te crees que todas estas cantidades son ciertas?, ¿cómo es posible? Antes se ha hablado de *doscientos* o, con gran generosidad, de *trescientos veinte mil* perceptores del aprovisionamiento estatal de grano.

---

urbem, auferens frumenti, in DIES SINGVLOS *a patre eius adtributi, super quattuor myriadas. Octo enim circiter myriades praebebantur frumenti, ex Alexandrina urbe advecti.* Habes clare tot* {*octoginta*} millia (Modiorum an *Medimnorum*, non exprimit: sed ego *Modios* ceperim) *cottidiana*, eaque e sola Aegypto maxime: ut appareat omnino Aegyptum plus paullo tunc dedisse: nisi si et alicunde illatio etiam facta. Consentit Sozomenus {Lib[ro] III cap[ite] VI} de ablato isto *dimidio frumento*: sed numeros non expressit: expressit Nicephorus in eadem narratione, sed cum lato errore, si tamen sic ipse. Nam Graecum non vidi: Latina ita habent {Lib[ro] IX cap[ite] VII}. *Octo enim myriades medimnorum frumenti quotannis a Constantino plebi datae fuerant, cuius dimidiam partem Constantius diminuit*. Dicit *Medimnos*: et dubito, ac vereor ut nimis crescat. Dicit *Quotannis*, et non dubito quin falso hoc sive ipse, sive interpres. In Socrate expresse est, ἡμερίσιον, *diurnum*: et res plane poscit. Sed in eodem Socrate, nequem interpres item fallat, qui *quattuor myriades* (quod in Graeco) reddidit, *quadragies centena millia medimnorum*: quam supino calculo, et mente dormitante? AVD. Miror, et quomodo ad haec talia, et splendida, non paullo plus intendunt? Sed tamen mihi altera etiam admiratio non excutitur Lipsi, in grandi hoc frumenti diurni numero: et pro tua correctione CLXXV *millium* modiorum, ali in diem potuerint vel *sexdecies centena millia* hominum, aut supra. Atqui non tot, opinor, inter frumentantes. LIPS. Non tot adscripti fortasse, sed cogita Patresfamilias plerosque fuisse, ac pro se et suis cepisse. Denique de numero frumenti satis iam dictum videtur. An hoc quoque moneo, posteriore instituto Principum factum, ut non frumentum ipsum, sed panis daretur? Qui in gradibus distribuebatur, atque ideo *Gradilis* dictus. Idem et *Fiscalis*, opinor, in veteri Commentario Persii: ad 1598 **1-3** [[atque... capientium]] 1605] : neque id factum nisi certo numero, et alii deinde assidue in demortuorum locum allecti. De quo numero 1599

4-5 Aur. Vict. (pseudo) *Epit. de Caes*. 1.6 **8-9** ≅ J. *B. J*. 2.16.4.386 **10** ≅Heges. 2.9.1 (p. 152)

13. Lips.- Dictum. sed nempe etsi non plures caperent, plures tamen fruebantur et alebantur. Nam censendum est, plerosque istorum qui caperent, Patresfamilias fuisse; uxorem, liberos, servulos habuisse. Itaque largius valde quam in unum caput capiebant: et videtur tessera sive donatio ordinario fuisse in singulos, *decem modiorum*, quod in Electis notavi. Iam et hoc cogitandum, plures etiam in consortium huius frumenti venisse. An non probabiliter Vrbanos illos omnes milites? sane in Herodiano lego, *Severum, praeter alia quae indulsit, militibus etiam* τὸ σιτηρέσιον *sive frumenti modum auxisse*. Quid ipsam deinde Aulam et Palatinos? nonne item probabile annonas suas hinc accepisse? An non et Classiarios ipsos in Italia milites? Haec considerari et colligi pro Victoris scriptione possint: quae mihi tamen, ut rem dicam, parum est certa{*Vide Notas*}. Ingens frumenti copia sit, et ex duabus provinciis tantum. An igitur placeat in eo corrigi, *ad centies centena millia*? Ita universa illatio fuerit, cum illo Africano, *trecenties centena millia*: larga profecto satis et laxa, cum haec in diem toleret ad *millia hominum circiter septingenta*. Facit pro emendatione, quod Spartianus de Severo scribit: curiose prospexisse rei frumentariae, *et cum moreretur reliquisse septem annorum Canonem, ita ut* COTTIDIANA LXXV *millia modiorum expendi possent*. Magna providentia eius Principis, soliciti in septem annos: sed et Canon ille diuturnus opportune expressus, qui proxime ad nostra *trecenties centena millia* (tecum computa, si voles) proxime, inquam, accedit.

14. Minuisse tamen paullatim hic Canon videtur: sive quia Principes in alia distribuerent; an et quia minus, provinciis iam effaetis, inferretur? Sane Constantinus egregie minuit. qui sedem et affectum suum Byzantini transferens, ut in aliis Novam hanc Romam cum illa Veteri, sic et Frumentatione voluit in parte aequare. Nam classem Aegyptiacam Byzantio destinavit, relicta Romae dumtaxat illa Africana. Haec divisio deinceps mansit: nisi quod Byzantini frumenti modum tamen minuit filius eius Constantius, offensus plebi obseditionem temere et aspere motam. De ea re Ecclesiastici nostri scriptores: qui et numerum exprimunt frumenti. In Nicephoro Callisto est {Lib[ro] IX cap[ite] VII}: *Octo myriades medimnorum frumenti quotannis a Constantino datae plebi fuerant, cuius dimidiam partem Constantius diminuit*. Atque iste totum Frumenti modum annum facit, non nisi *octoginta millium medimnorum*: quae sint Romanis circiter *quadraginta octoginta modiorum*. Haud magna, nec pro priscis opibus, largitio: quam tamen et Socrates ita firmat. Εζημίωσε δὲ τὴν πόλιν ἀφελὼν τῶν σιτηρεσίου, τῶν παρασχεθέντος παρὰ τοῦ πατρὸς ἀυτού ἡμερισίου, ὑπὲρ τέσσαρας μυριάδας ὀκτὼ γὰρ ἐγγὺς μυριάδες ἐχορηγοῦντο πρότερον τοῦ σίτου, ἐκ τῆς ἀλεξανδρέων κομιζομένου πόλεως: *Mulctavit urbem, auferens frumenti quod pater eius in dies adsignaverat, super quattuor myriadas. Octo enim myriades circiter antea dabantur, invehebanturque ex urbi Alexandria*. Dicit enim ille σιτηρέσιον ἡμερίσιον, *diurnum frumentum*: sed exuberat ille modus in dies singulos, nec aliter sentit quam de divisione dumtaxat diurna. At annua ipsa illatio, tanta: id est, *mille trecenti* in diem circiter modii, vix quattuordecim aut quindecim millibus hominum pascendis. Heu, quantum minuimus? atque idem in ipsa Roma vetri factum, Olympiodori locus (apud Photium,

---

5 Lips. *Elect*. I.8 **7-8** Hdn. 3.8.5 **12** Aur. Vict. (pseudo) *Epit. de Caes*. 1.6
15-16 HA *Sept. Sev*. 23.2 **32-35** Socrat. 2.13.5

---

10 {*Vide Notas*}= nota 13

13. Lipsio.- En efecto, eso es lo dicho, pero, como es natural, aunque no lo obtuvieran muchos directamente, otros muchos, en cambio, sí lo disfrutaban y se alimentaban de él. Y es que se debe convenir en que la mayoría de los que lo percibían eran 'paterfamilias' y tenían esposa, hijos y algún joven esclavo. Así pues, percibían más cantidad que la correspondiente a un individuo y parece ser que la ficha y el donativo ordinario era de *diez modios* para cada uno, según apunté en mis «Electa». Así, y esto debe ser objeto de reflexión, muchos eran los que participaban conjuntamente en el disfrute de este grano. ¿No es probable que también lo recibieran todos los soldados urbanos? En Herodiano leo que realmente *Severo, además de otras concesiones a los soldados, también les aumentó* τὸ σιτηρέσιον *o medida de grano*. ¿Qué le correspondería luego a la propia Corte y a los que vivían en el Palatino?, ¿no es también probable que en estos lugares recibieran sus abastecimientos?, ¿y no lo es que lo hicieran también los propios marineros que servían en Italia? Todo ello se puede considerar y colegir a partir de la cifra de Víctor que, no obstante, para mí y a decir verdad, es poco segura {*veánse las notas* (13)}. Sea la cantidad de grano ingente, y procedente sólo de dos provincias. ¿No convendría corregir al respecto *unos diez millones*? Así el total de la aportación sería, añadido el grano africano, de *treinta millones*, suficientemente generosa, en realidad, y amplia como para sustentar en un día *en torno a setenta mil hombres*. A favor de la enmienda está lo que Esparciano escribe sobre Severo, que prestó una celosa atención al servicio de abastecimiento de grano *y al morir dejó un remanente de siete años, de modo que podían gastar* CADA DÍA *75 mil modios*. Gran previsión la de aquel Príncipe que estaba alerta a siete años vista, también este remanente diario queda expresado oportunamente y está cerca de nuestros *treinta millones* (calcúlalo si quieres).

14. Parece ser que, poco a poco, no obstante, se disminuyó este remanente ya porque los príncipes lo distribuyeron a más gente, o, quizá, también porque importaran menos por estar las provincias ya exhaustas. Pues bien, Constantino lo disminuyó especialmente cuando, al transferir su sede y afecto a Bizancio, quiso equiparar en parte esta Nueva Roma con aquella antigua también en la 'frumentatio' como en otras cosas. Destinó a Bizancio la flota egipcia, dejando a Roma sólo la africana. Esta división se mantuvo en adelante, hasta que su hijo Constancio también disminuyó la cantidad del grano Bizantino, irritado con la sedición de la plebe, sublevada con gran dureza y sin causa aparente. Al respecto hablan nuestros autores eclesiásticos que incluso expresan la cantidad de grano. En Nicéforo Calisto hay un pasaje que dice {en el libro IX, capítulo VII}: *Se habían dado ochenta mil medimnos de grano al día por Constantino a la plebe, cantidad a la que Constancio le quitó la mitad*. Así pues, toda esta cantidad de grano anual equivale concretamente a *ochenta mil medimnos*, que para los romanos son alrededor de *cuatrocientos ochenta modios*. No es una gran dádiva, ni se corresponde con los antiguos recursos, aunque hasta Sócrates la confirme: Εζημίωσε δὲ τὴν πόλιν ἀφελὼν τοῦ σιτηρεσίου, τοῦ παρασχεθέντος παρὰ τοῦ πατρὸς ἀυτού ἡμερισίου, ὑπὲρ τέσσαρας μυριάδας ὀκτὼ γὰρ ἐγγὺς μυριάδες ἐχορηγοῦντο πρότερον τοῦ σίτου, ἐκ τῆς ἀλεξανδρέων κομιζομένου πόλεως: *Castigó a la ciudad quitándole al grano que su padre les había asignado por día más de cuarenta mil. En efecto, antes se daba en torno a ochenta mil y se importaban desde la ciudad de Alejandría*. Ciertamente él habla de σιτηρέσιον ἡμερίσιον, *grano diario*, pero esta cantidad es excesiva, para cada día y no se comprende el texto de otro modo que no sea refiriéndose al reparto únicamente diario. Pero entendiendo esta misma aportación de grano por años, esto es, alrededor de *mil trescientos* modios por día, apenas permite alimentar a catorce o quince mil hombres. Vaya, ¿cuánto lo hemos disminuido? Lo mismo ocurrió en la propia

in Bibliotheca) attendenti ostendit. Excerptum ibi legitur: Ὅτι μετὰ τὴν ὑπὸ γόθων ἅλωσιν τῆς ῥώμης, Αλβῖνος ὁ τῆς ῥώμης ἔπαρχος, ἤδη ταύτης πάλιν ἀποκαθισταμένης, ἔγραψε, μὴ ἐξαρκεῖν τὸ χορηγούμενον μέρος τῷ δὴμῳ, εἰς πλῆθος ἤδη τῆς πόλεως ἐπιδιδούσης. ἔγραψε δὲ καὶ ἐν μίᾳ ἡμέρᾳ τετάχθαι ἀριθμὸν χιλιάδων δεκατεσσάρων: *Post Gothorum invasionem et direptionem Romanam, Albinus Praefectus urbis, iterum nunc ea instaurata, scripsit, Non sufficere populo modum qui inferretur, cum urbs iam in multitudinem largiter excrevisset. Scripsit autem, et in unam diem statutum numerum quattuordecim* {*Modiorum* opinor} *milium*. Verba, quae expressim de Frumento non habent; sed eo referenda esse, mecum censebit, qui examinabit. Ergo diurnus tunc modus (sub Honorio) *quattuordecim mille* modii: qui et ipse minuit aut periit cum imperio ipso Romano. Theodoricus tamen rex Gothorum (sane, ut in illa gente, laudandus) specimen aliquod veteris moris restituit: et in Ricobaldo quodam scriptum: *A Romanis cum gaudio susceptus est, quibus ille ad subsidium, tritici singulis annis* CXX *millia modiorum concessit*. Sed quid ad ista eo? ADMIRANDA mea non horum temporum: quin priorum etiam Principum aevo (circa Flaviorum imperium) panis distribui, non ipsum frumentum, coepit: credo, quia lucrum aliquod ex eo fiscus captaret; et quo minore modo in plures largitio spargeretur. Is *Panis gradilis* dictus; quia in gradibus divideretur; idem *Fiscalis*, quia e publico et fisco. Commentarius Persii vetus, ad illud]] ---*populi cribro decussa farina. Panem non delitiosius cribro discussum, sed plebeium de populi annona, id est, Fiscalem dicit*. Eos panes *bilibres* fuisse, ex Vopisci Aureliano dicam. *Nam Aurelianus*, inquit, *eo tempore quo proficiscebatur ad Orientem, bilibres coronas populo promisit, si victor rediret. Et cum aureas populus speraret, neque Aurelianus aut posset, aut vellet, coronas eum fecisse de Panibus, qui* NVNC *Siliginei appellantur, et singulis quibusque donasse. ita ut Siligineum suum* COTTIDIE *toto aevo suo unusquisque reciperet, et* POSTERIS SVIS *dimitteret*. E quibus inspectis plane affirmaveris, *Bilibres*, et in *Capita* sic datos fuisse.

15. [[Aud.-Quomodocunque Lipsi, tamen magna illa, et in magno modo (Severi canon dicit) largitio, et mihi semper stupenda.]]

16. Lips.-Quid si accumulo, et obsonium etiam addo? *Nam idem Aurelianus* (Vopisci item verba) *et porcinam carnem populo Romano distribuit, quae* HODIEQVE *dividitur*. Quando *hodieque*? ad tempora usque Constantini. Simile in *Oleo* fuit, quod perpetuum populo dicit et instituit Imp[erator] Severus. *Vinum* etiam, ut nequid deesset, Aurelianus statuerat, sed morte praereptus non fecit. Satis haec mi Auditor, cetera in Electis meis vide.

28-29 [[Aud.-...stupenda.]] 1599, 1605] O ingentem, vel immensam potius, in immenso illo populo largitionem! 1598

1-4 Phot. 80 (= Olymp.), p. 175, l. 30-35 **13-15** ≅Ricob. 10.48 **19-20** Pers. 3 v.112
21-26 HA *Aurel*. 35.1 **31-32** HA *Aurel*. 35.2 **35** HA *Aurel*. 48.1-3
36 Lips. *Elect*. I.8

antigua Roma: un pasaje de Olimpiodoro (en la «Biblioteca» de Focio), que se interesó al respecto, lo muestra. Allí se lee este extracto: Ὅτι μετὰ τὴν ὑπὸ γόθων ἅλωσιν τῆς ῥώμης, Αλβῖνος ὁ τῆς ῥώμης ἔπαρχος, ἤδη ταύτης πάλιν ἀποκαθισταμένης, ἔγραψε, μὴ ἐξαρκεῖν τὸ χορηγούμενον μέρος τῷ δήμῳ, εἰς πλῆθος ἤδη τῆς πόλεως ἐπιδιδούσης. ἔγραψε δὲ καὶ ἐν μίᾳ ἡμέρᾳ τετάχθαι ἀριθμὸν χιλιάδων δεκατεσσάρων: *Después de la invasión de los godos y del saqueo de Roma, Albino, el prefecto de la ciudad, una vez que se recuperó la ciudad, escribió que "la cantidad que se venía importando no bastaría al pueblo porque la población de la ciudad había crecido copiosamente". Escribió también que en un día la cifra se estimó en catorce mil* {*modios*, opino yo}. La cita que nada dice explícitamente sobre el grano, se debe referir a él, como convendrá conmigo quien la vaya a examinar. Por lo tanto, la cantidad diaria (bajo Honorio) fue de *catorce mil modios*, y este mismo también la disminuyó o hizo desaparecer a la vez que el propio Imperio romano. Teodorico, en cambio, rey de los godos (realmente debe ser loado, como corresponde a aquella nación) restableció un cierto aspecto de la vieja costumbre, pues en un cierto Ricobaldo está escrito que *fue recibido con gozo por los romanos, a los cuales él a modo de subsidio concedió 120 mil modios de trigo cada año*. Pero, ¿qué hago en esta época? Mi libro sobre LO DIGNO DE ADMIRACIÓN no versa de esos tiempos, por lo demás en tiempos de los primeros príncipes (en torno al Imperio de los Flavios) comenzó a distribuirse pan y no grano, creo que porque el fisco conseguía cierto lucro y, en menor medida, también porque la dádiva llegaba a más gente. Este era el llamado *pan de los graderíos*, porque se repartía en los graderíos, también se le llamó *fiscal*, porque se pagaba del fisco público. Un viejo comentario a Persio a propósito de ---*harina tamizada con el cedazo del pueblo,* dice *que no es el pan más delicioso el que se tamiza con el cedazo, sino el plebeyo que viene del abastecimiento del pueblo, esto es, el fiscal*. He de decir que según el «Aureliano» de Vopisco estos panes eran de *dos libras*. *Pues Aureliano*, dice, *en el momento en que partió para oriente prometió al pueblo coronas de dos libras si regresaba vencedor. Y como el pueblo las esperaba de oro y Aureliano no podía o no quería dárselas, él hizo las coronas de pan, que* AHORA *se llama candeal y entregó una a cada uno, de modo que* DIARIAMENTE *y durante todo su tiempo cada persona para sí recibía su candeal, pero* SUS SUCESORES *dejaron de hacerlo*. Afirmarás cabalmente tras observar esta cita que los panes eran de *dos libras* y se entregaban por persona.

15. Discípulo- Sea como fuera, Lipsio, grande fue aquel gasto y comportaba grandes cifras (el remanente de Severo lo demuestra), y para mi siempre debe infundir estupor.

16. Lipsio- ¿Qué dirás si amontono ejemplos y añado otras vituallas? *Pues el mismo Aureliano* (es una cita también de Vopisco) *también distribuyó al pueblo romano carne de cerdo, como* HOY MISMO *se sigue repartiendo*. ¿Cuándo fue ese *hoy mismo*? En los tiempos que llegan hasta Constantino. Algo parecido ocurrió con el *aceite* que el emperador Severo estableció que se diera permanentemente al pueblo. Incluso Aureliano dispuso lo mismo para el *vino*, para que a nadie le faltara, pero, arrebatado por la muerte, no lo llevó a cabo. Con esto basta, discípulo amigo, el resto búscalo en mis «Electa».

Lib. II cap. 11: Impensae in Ludos carptim ostensae.

1. Transimus ad *Arbitraria* impendia: quae trium item generum maxime fuerunt. In *Ludos*, *Opera*, *Dona*: In *Ludos* singulatim si persequar, aut exempla accumulem; seorsim Theatrum mihi struendum sit, et novi aliquot sermones. Capita impendiorum dicam. de quibus universe sic Lactantius {Lib[ro] VI Instit[utionum]}: *Quid dicendum est de iis, qui populari levitate ducti, vel* MAGNIS VRBIBVS *suffecturas opes, exhibendis* MVNERIBVS *impendunt?* Item Ambrosius {Serm[one] LXXXI} : *Magistratus in theatris, mimis, et athletis, gladiatoribus, aliisque huiusmodi generibus hominum* TOTVM PATRIMONIVM *suum largitur et prodigit, ut unius horae favorem vulgi acquirat*. Merito damnant nostri Patres damnosam hanc insaniam, et quae privatos homines bonis per ludum exuit; Principes ipsos attenuat et delibat. Atque id discere cum ex frequentia eorum potes, tum ex apparatu. Vnus Augustus {Sueton[io]} *fecisse ludos se dicit, suo nomine quater et vicies; pro aliis magistratibus, quia aut abessent, aut non sufficerent, ter et vicies*. Ego vix arbitror, ullos ex istis Principalibus ludis minoris *quingenties*, aut et *millies sestertio* stetisse: quod Apparatus et Pompa facile persuadebunt. Nam ecce in ipso Theatro, Amphitheatro, aut Circo adornando qui saepe sumptus? cum semper gratia aliqua et illicium novitatis in ipsa forma quaereretur: et Nero (pro exemplo) *Theatrum totum, non Scaenam eius tantum, auro illevit et obtexit. Sed et quidquid illatum fuit, et omne instrumentum ac choragium, aureum: itemque vela quae superne contra solem obumbrabant, purpurea tota, et aureis stellis interstincta. Ex quo et dies ille Aureus appellatus*. Dio Cassius hoc in Nerone. et Plinius {Lib[ro] XXXIII cap[ite] III} idipsum adsignificavit: *Nero Pompeii theatrum operuit auro, in unum diem, quo Teridati regi Armeniae ostenderet*. Quid Iulius Caesar, ante Neronem, et nondum Princeps? {Plin[io] ibid[em]} *Is primus in Aedilitate, munere patris funebri,* OMNI APPARATV *arenae* ARGENTEO *usus est: ferasque argenteis hastis lacessere, tum primum visum. Mox, quod etiam in* MVNICIPIIS *aemulantur, C*[*aius*] *Antonius ludos scaena argentea fecit*. Caesar igitur hoc *primus*: sed non ultimus. et quod Plinius addidit, passim et in Coloniis ac Municipiis Argenteae iam scaenae. Ideo non possum, ut rarioris operae aut magnificentiae admirari, quod Plinius, ut tale, scripsit eodem isto loco: *Item L*[*ucius*] *Murena, et Caius Princeps, in Circo pegma duxit, in quo fuere argenti pondo* CXXIIII. Tu hoc Plini notabile duxisti? *centum vigintiquattuor* pondo argenti? quis ex equite, et paene dixerim plebe, tunc non insumpserit? [[Lege CXXIIII∞ {*Faciunt* 1.240.000 *Philip*[*picorum*]}: id est, *centum vigintiquattuor millia*: nec id pro Caio aliquo sit magnum, imo nec pro privato nimium, quia argentum recipiebant, nec totum peribat: si tamen vellent]]. Plura eiusmodi ornamenta aut instructus erant, et quaedam in libello nostro Amphitheatrali diximus: et vis nunc unum et extremum furorem? Heliogabalus Imp[erator] (ait Lampridius) *fertur in Euripis vino plenis navales Circenses exhibuisse*. Tu cogita quantum vini profusum, fossis illis et Euripis in Circo ita eo plenis, ut naves inter se concurrere, ac certare de velocitate possent. Quid iam dicam tot *Gladiatorum* millia, tot *Ferarum* ex toto orbe quaesitarum? tot equorum nobilium? in vita actisque Principum assidua haec legis.

---

20 *Is* 1605] Is 1598, 1599 **30** *Murena* 1599, 1605]*Muraena* 1598 **33-35** [[Lege...vellent]] 1599, 1605] Lege C∞IIII id est, *centum millia quattuor*: nec idipsum pro *Caio* aliquo est. 1598

6-8 Lact. *Inst*. 6.11.22 **9-11** Ambros. *De Off. Ministr*. 21.109 **13-15** Suet. *Caes*. 43.1 **19-22** DC 63.6.1-2 **23-24** Plin. 33.54 **25-27** Plin. 33.53 **30-31** *ibid.* **36-37** Lips. *De Amphit*.16-18 **38** HA *Heliog*. 23.1

Lib. II cap. 11: Gastos en juegos presentados por partidas.

1. Pasamos a los gastos *discrecionales* que fueron principalmente de tres tipos: los destinados a *juegos*, *obras públicas* y *donativos*. Si quisiera seguirle la pista a los de los juegos uno por uno, o acumular ejemplos, habría que prepararse un teatro solo para mí, y varios nuevos tratados. Voy a hablar de los conceptos básicos en que se gastaba, de cuya imagen general Lactancio habla en estos términos {en el libro VI de las «Institutiones»}: *¿Qué decir de aquellos que se dejan llevar por la ligereza popular y gastan en la organización de* ESPECTÁCULOS *riquezas que bastarían para mantener a* GRANDES CIUDADES*?* Del mismo modo Ambrosio dice {en el sermón LXXXI}: *Los magistrados gastan generosamente y disipan* TODO SU PATRIMONIO *en actores, mimos, atletas, gladiadores y otros tipos de personas similares, para atraer el favor del vulgo durante una hora.* Con razón nuestros Padres reprueban esta reprobable locura que despoja a los particulares de sus bienes por causa de la diversión, y que place y seduce hasta a los príncipes. Esto puedes deducirlo de su frecuencia y de su aparato. Sólo Augusto {según Suetonio} *organizó en su nombre propio veinticuatro y en el de otros magistrados que o estaban ausentes o no disponían de medios, veintitrés.* Pienso que es difícil que ninguno de estos juegos imperiales costara menos de *cincuenta* o *cien millones de sestercios*. Su aparato y pompa nos persuadirán de ello fácilmente.

2. En efecto, ¿cuánto había que destinar al frecuente embellecimiento del teatro, del anfiteatro o del circo? De hecho, era normal buscar cierta gracia y el reclamo de la novedad. Nerón (por ejemplo) *pintó y cubrió de oro todo el teatro, no sólo su escenario. Todo lo que se trajo, muebles y decoraciones escénicas, era dorado. También los toldos que protegían contra el sol, eran completamente de color púrpura y tenían estrellas doradas repartidas. De ahí le viene a ese día el nombre de Áureo*. Dion Casio lo cuenta cuando habla de Nerón y Plinio explica lo mismo {en el libro XXXIII, capítulo III}: *Nerón recubrió el teatro de Pompeyo con oro en un solo día, para mostrárselo a Tirídates, rey de Armenia*. ¿Qué hizo Julio César antes de Nerón y cuando todavía no era el príncipe? {en Plinio, en el mismo lugar}: *Fue el primero que, durante la edilidad, con motivo del oficio fúnebre de su padre, se sirvió* DE TODOS LOS ENSERES *de la arena* PLATEADOS. *Entonces se vio por primera vez incitar a fieras con astas de plata. Luego, cosa que aún se imita en los* MUNICIPIOS*, Cayo Antonio organizó juegos en un escenario plateado.* Por lo tanto, César fue el *primero*, pero no el último en hacerlo y, como añade Plinio, aparecían escenarios plateados por todas partes incluso en colonias y municipios. Por ello no puedo admirar como obra o magnificencia de mayor rareza algo que Plinio describe como tal en este mismo pasaje: *Además, Lucio Murena y el príncipe Cayo, levantaron en el circo una tramoya en la que se utilizaron 124 libras de plata*. ¿Tomaste por notable esta afirmación de Plinio?, ¿*ciento veinticuatro* libras de plata?, ¿qué miembro del orden ecuestre, diría que casi de la plebe, no se lo gastaba entonces? Lee CXXIIII ∞ {equivalen a 1.240.000 mil filípicos}, esto es *ciento veinticuatro mil*. Para ningún Cayo es esta una cifra enorme, ni es excesiva por cierto para una persona particular, porque recibían plata y no la gastaban toda aunque quisieran. Habían muchas decoraciones y aparejos de este estilo, y algo sobre ello hemos dicho en nuestro librito sobre el anfiteatro. ¿Quieres que te muestre ahora un único y extremado exceso? Del emperador Heliogábalo (lo dice Lampridio) *se cuenta que exhibió unos espectáculos circenses náuticos con los canales llenos de vino*. Medita cuánto vino se tuvo que verter en aquellas fosas y canales para llenar las del circo y que las naves pudieran luchar entre ellas y competir en velocidad. ¿Qué decir de todos aquellos miles de *gladiadores* y *fieras* que se iban a buscar por todo el orbe?, ¿y de todos aquellos nobles caballos? En la vida y hechos de los príncipes puedes

3. Addo huc *Missilia* et *Sparsiones* in populum, id est Tesseras ligneas cum notis rerum, aut interdum res ipsas, magno certamine diripiendas. Quae item velut legitima iam erant in omnibus ludis, ad populum illiciendum. Horum pretia et sumptus, ex Neronianis istis colligantur, apud Suetonium: *Sparsa et populo missilia omnium rerum per* OMNES DIES*, singula cottidie millia avium, cuiusque generis multiplex penus, tesserae frumentariae, vestis, aurum, argentum, gemmae, margaretae, tabulae pictae, mancipia, iumenta, atque etiam mansuetae ferae: novissime,* NAVES, INSVLAE, AGRI. Notetur haec iactatio, quanti ea, et quantarum rerum? Praeter aurum, gemmas, margaretas, *Insulas* et totos *Agros* dedit: *Insulas* nempe urbanas, et habitabiles domos. O res vix Suetonio fidissimo testi credendas! Sed accedit et Dio similia asserere: *Omnia*, inquit, *delicatissima quae homines comedunt* (ad *Penum* Suetonii pertinet:) *omnia pretiosissima, equos, mancipia, esseda, aurum, argentum, variam vestem, haec dabat per symbola quaedam et tesseras. Globulos enim parvos inscriptos, ut quaeque eorum erant, hos iaciebat in populum, et reipsa mox dabatur, quod quisque eorum in tessera haberet*. Neque Nero haec solus: de more fiebat, etsi alius largius parciusque, pro opibus, praeberet. Titus sane Vespasianus filius, item profusissime, in ludis quos per centum dies, dedicatione Amphitheatri sui, fecit. Dio Cassius de eo: παρέσχε δέ τινα καὶ ἐς ὠφέλειαν φέροντα ἀυτοῖς. σφαιρία γὰρ ξύλινα μικρὰ ἄνωθεν ἐς τὸ θέατρον ἐῤῥίπτει σύμβολον ἔχοντα, τὸ μὲν ἐδωδίμου τινὸς, τὸ δὲ ἐσθῆτος, τὸ δὲ αῤγυροῦ σκεύους, ἄλλο χρυσοῦ, ἵππων, ὑποζυγίων βοσκημάτων, ἀνδραπόδων, ἅ αῤπάσαντάς τινας ἔδει πρὸς τοὺς δοτῆρας ἀυτῶν ἀπενεγκεῖν, καὶ λαβεῖν τὸ ἐπιγεγραμμένον: *Dedit et quaedam, utilitatem, non solum voluptatem, spectantibus praebentia. Nam globulos ligneos quosdam de loco superiore in theatrum iaciebat, qui symbolum haberent, hic alicuius esculenti, ille vestis, alius argentei vasi, alius aurei, equorum, iumentorum, mancipiorum; quae oportebat eos, qui rapuissent, ferre ad Curatores ludorum, et ab iis accipere quamque rem inscriptam*. Credis tu haec per tot illos centenos dies fieri potuisse, sine impensa *bis terque millies* HS? ego non opinor. et ubi sumptus ludorum reliqui? Neque miror iam profecto Hadrianum, cum in adoptione Ceionii Commodi multa in populum profudisset per similes ludos, et in militem: atque is Ceionius aegro corpore, vitalis non videretur: saepe dixisse, *Perdidimus quater millies* HS *quod populo et militibus dedimus*. Qui sunt ipsi nostri *decem milliones*. Sed dices, Principum virorum modo haec fuisse. Erras. de Milone, hoc iam olim Cicero, *tria patrimonia in has res effudisse*: de Messalla quodam Vopiscus, cum stomacho ista narrat {In Carino}: *Legat hunc locum Junius Messalla, quem ego libere culpare audeo. Ille enim patrimonium suum scaenicis dedit, heredibus abnegavit. matris tunicam dedit mimae, lacernam patris mimo: et recte, si aviae pallio aurato atque purpurato, pro syrmate tragoedus uteretur. Iam quid Lineas petitas Aegypto loquar? quid Tyro et Sidone tenuitate perlucidas, micantes purpura, plumandi difficultate pernobiles? Donati sunt ab Atrebaticis birri petiti, donati birri Canusini,*

15-16 , pro opibus, 1605] deest 1598, 1599 **29** similes 1599, 1605] hos 1598

4-8 Suet. *Ner*. 11.2 **11-15** DC 61.18.1-2 **17-21** DC 66.25.4-5 **30-31** HA *Had*. 23.14 **32** Cic. *Pro Milone* 35 **33-*3*** SHA *Carin. Numerian*. 20.4-21.1

encontrarlos asiduamente.

3. Añado aquí las *donaciones* y *repartos* para el pueblo, esto es, las fichas de madera con anotaciones de las cosas u ocasionalmente, las propias cosas que había que atrapar tras dura lucha. Estas eran, por decirlo así, igualmente legítimas en todos los juegos para atraer al público. Su precio y costas se coligen de estas de Nerón, en Suetonio: *Repartos y donaciones de toda clase se arrojaban al pueblo* A DIARIO*, diariamente se daba un millar de pollos, multitud de aperitivos de todo género, fichas para el abastecimiento de grano, ropa, oro, plata, gemas, perlas, cuadros, esclavos, jumentos e incluso fieras adiestradas y, como gran novedad,* BARCOS, MANZANAS y CAMPOS. Nótese cuánto duraban estos repartos y a cuántos productos afectaba... Además de oro, gemas o perlas, regaló *manzanas* y *campos* enteros: *manzanas*, naturalmente, urbanas, casas de viviendas. ¡Apenas se puede creer si no procediera de un testimonio tan fiable como el de Suetonio! Pero sucedieron y Dion afirma cosas similares: *Cuantas delicias comestibles* (se corresponde con los *aperitivos* de Suetonio), *cuanto caro pueda haber, caballos, esclavos, carros, oro, plata, ropa elegante, todo ello lo regalaba mediante ciertos vales y fichas. Se trataba de pequeñas bolitas con letreros, y funcionaban de manera que él los arrojaba al pueblo e inmediatamente se le entregaba a cada cual lo que tuviera en la ficha*. Pero Nerón no fue el único, se hacía habitualmente, si bien cada cual concedía presentes con más generosidad o moderación en función de los recursos que tuviera. Pues bien, Tito, el hijo de Vespasiano, también lo realizó con gran profusión en los juegos que dio durante *cien días* con motivo de la inauguración de su anfiteatro. Dice Dion al respecto: παρέσχε δέ τινα καὶ ἐς ὠφέλειαν φέροντα ἀυτοῖς. σφαιρία γὰρ ξύλινα μικρὰ ἄνωθεν ἐς τὸ θέατρον ἐῤῥίπτει σύμβολον ἔχοντα, τὸ μὲν ἐδωδίμου τινὸς, τὸ δὲ ἐσθῆτος, τὸ δὲ ἀργυροῦ σκεύους, ἄλλο χρυσοῦ, ἵππων, ὑποζυγίων βοσκημάτων, ἀνδραπόδων, ἅ αὖπάσαντάς τινας ἔδει πρὸς τοὺς δοτῆρας ἀυτῶν ἀπενεγκεῖν, καὶ λαβεῖν τὸ ἐπιγεγραμμένον: *También dio a los espectadores ciertas prebendas de provecho y no sólo para el disfrute. Desde la parte superior se lanzaron hacia el público algunas bolitas de madera que tenían un dibujo, aquí de algo suculento, allí ropa, unas de un vaso de plata, otras de uno de oro, de caballos, de jumentos, de esclavos. Se trataba de que quienes las pillaran las llevaran a los 'curatores' de los juegos, pues de ellos recibiran lo que hubiese inscrito*. ¿Tú te crees que esto pudo hacerse durante aquellos cien días sin gastar *doscientos* o *trescientos millones* de HS? Yo creo que no, ¿de dónde se sacaba el coste para el resto de los juegos? Desde luego tampoco me sorprendo porque Adriano repartiera profusamente al pueblo y al ejército en unos juegos similares con motivo de la adopción de Ceionio Cómodo, ni porque, al darse cuenta de la mala salud de este Ceionio que tenía el cuerpo enfermizo, dijera con frecuencia: *Hemos perdido los cuatrocientos millones de sestercios que dimos al pueblo y al ejército*. Son diez millones de los nuestros. Pero dirás que estas fueron actitudes exclusivamente de los hombres con el poder del príncipe. Te equivocas. Cicerón, al respecto, ya antiguamente decía sobre Milón: *Disipó tres patrimonios en estos espectáculos*. Vopisco, narra malhumorado lo siguiente en relación a un cierto Mesala {en «Carino»}: *Que Junio Mesala lea este pasaje, que gustoso me voy a atrever a denunciar lo que hace. Ha repartido su patrimonio familiar entre comediantes, ha arruinado a sus herederos, ha dado la túnica de su madre a una actriz, la 'lacerna' de su padre a un actor, y, con toda seguridad, si dispusiera del manto dorado y purpurado de su abuela, lo estaría usando un actor trágico como vestido talar. ¿Qué decir de los paños de lino que hace traerse de Egipto?, ¿qué de las telas, delicadas por su finura traídas de Tiro y Sidón, que brillan con púrpura y son famosísimas por la complejidad que conlleva bordarlas? Se regalan capas traídas por*

Africanae opes, in scaena non prius visae. Et haec quidem iccirco ego in litteras misi, ut futuros editores pudor tangeret, ne PATRIMONIA SVA*, proscriptis legitimis heredibus, mimis et balatronibus deputarent.* [[Sed distinctissime vero, et expressis summis, aliquid Olympiodorus: Ὅτι Πρόβος ὁ παῖς Αλυπίου, τελέσας τὴν οἰκίαν πραιτούραν, δώδεκα κεντηνάρια χρυσοῦ ἀνάλωσε. Σύμμαχος δὲ ὁ λογογράφος, συγκλητικὸς ὢν τῶν μετρίων, τοῦ παιδὸς Συμμάχοὺ τὴν πραιτοὺραν τελοῦντος, εἴκοσι κεντηνάρια ἐδαπάνησε. Μάξιμος δὲ, εἷς τῶν εὐπόρων, εἰς τὴν τοῦ υἱοῦ πραιτούραν, τεσσαράκοντα κατεβάλετο κεντηνάρια ἑπτὰ δὲ ἡμέραις οἱ πράιτωρες τὰς πανηγύρεις ἐτέλουν: *Quod Probus, filius Alypii, cum ipse Praeturam gereret, duodecim centena pondo auri* {120.000 *aureor*[*um*]} *absumpsit. Symmachus vero, ille orator* (est noster, qui in parte exstat) *Senator* VNVS E MEDIOCRIBVS*, in filii Symmachi Praeturam viginti centenarios* {200.000 *aureor*[*um*]} *effudit. At Maximus, scilicet e divitibus, item in filii Praeturam, quadraginta* {400.000 *aureor*[*um*]}. *Edebant autem ludos Praetores, non nisi* SEPTEM DIEBVS. Vide dies, vide sumptus: quanto immaniter plus olim alii? quanto scilicet tunc resp[ublica] florentior, et maiores privatim opes. Sed et inferiore illo aevo ipsi Consules (nam haec de Praetoribus) opinor, largius. de quibus in Codice Iustinianaeo lex est {Lib[ro] XII *Tit*[*ulo*] *De Consulibus*}, quae *spargendi vilitate* (ita loquitur) *sublata, eius loco ad reparationem Aquaeductuum, centena pondo auri praestari per singulos consulatus* decernit. Atque id in imminutionem, et pro beneficio. si igitur sola Sparsio (id est, missilia in populum) tanti; quid reliqui omnes ludi, et eorum apparatus?]] Et de Ludis haec quoque sufficiant in specimen: de *Operibus* {Lib[ro] III toto}, in proximum sermonem differo et protollo.

3-21 [[Sed...apparatus?]]1599, 1605] deest 1605

4-9 Phot. 80 (=Olymp.), p. 185-6, l. 37-34 **16-17** *Cod. Iust.*12.3

los atrebáticos, se regalan capas canusias, riquezas africanas, que antes no se han visto en la escena. Y de verdad que he puesto tales cosas por escrito para que el recato afecte a futuros organizadores de espectáculos y para que no malgasten SU PATRIMONIO *en beneficio de actores y pícaros tras despojar a los legítimos herederos*. Olimpiodoro dice algo clarísimo y explicitando las sumas: Ὅτι Πρόβος ὁ παῖς Αλυπίου, τελέσας τὴν οἰκίαν πραιτούραν, δώδεκα κεντηνάρια χρυσοῦ ἀνάλωσε. Σύμμαχος δὲ ὁ λογογράφος, συγκλητικὸς ὢν τῶν μετρίων, τοῦ παιδὸς Συμμάχοὺ τὴν πραιτοὺραν τελοῦντος, εἴκοσι κεντηνάρια ἐδαπάνησε. Μάξιμος δὲ, εἷς τῶν εὐπόρων, εἰς τὴν τοῦ υἱοῦ πραιτούραν, τεσσαράκοντα κατεβάλετο κεντηνάρια ἑπτὰ δὲ ἡμέραις οἱ πράιτωρες τὰς πανηγύρεις ἐτέλουν: *Probo, hijo de Alipio, cuando desempeñó la pretura, consumió mil doscientas libras de oro* {120.000 *áureos*}. *Símaco, el orador* (es el mismo del que conservamos algunos textos)*, senador* DE MEDIANA FORTUNA*, durante la pretura del hijo de Símaco disipó veinte centenares* {200.000 *áureos*}. *Pero Máximo que era, desde luego, uno de los ricos, también durante la pretura de su hijo, gastó cuarenta* {400.000 *áureos*}. *En efecto, los pretores daban no menos de* SIETE DÍAS *de juegos públicos*. Fíjate en los días y en el coste: ¿con anterioridad, otros, cuánto más desmesuradamente gastarían?, ¿cuánto, por supuesto, en el momento en que el Estado era más floreciente y mayores los recursos particulares? Yo opino que, de todos modos, incluso en esta baja época los propios cónsules (pues lo dicho es acerca de los pretores) debieron gastar más generosamente. Acerca de ellos existe una ley en el «Código» de Justiniano {En el libro XII, en el título sobre los cónsules} que decreta que *en el lugar de los vulgares repartos* (así se expresa) *que se están produciendo, se garanticen durante cada consulado cien libras de oro para la reparación de acueductos.*Y eso era una reducción del gasto y como un favor. Si, por lo tanto, esos repartos (esto es, las propinas para el pueblo) subían a tanto, ¿qué significaría toda la parte restante del espectáculo y el aparato del mismo? En fin, sobre los juegos basten para hacerse una idea estas palabras. Voy a aplazar lo relativo a las *obras* y lo dejaré para el próximo apartado {el libro III entero}.

Lib. II cap. 12: Dona Principum effusa, et primo Iulii Caesaris.

1. Dona sequuntur, magnitudine sua et frequentia non iam inter ADMIRANDA, sed STVPENDA. Siquis Midas fuisse fingatur, qui omnia tactu faciat aurea; defecerit inaurare, quantum isti sunt largiti. Per Principes aliquot lubet ire, et hoc ostendere: ordiarque a capite ipso, CAESARE IVLIO. De illo universe ita Suetonius: *Nullum* LARGITIONIS *aut officiorum genus in* QVEMQVAM, PVBLICE PRIVATIMQVE *omisit*. Vis magis partite? Idem scriptor: *Militibus singula interdum* MANCIPIA *vel* PRAEDIA *viritim dedit*. Ecce. ubi vos Curii aut Fabricii, qui ipsi Imperatores vix *septena iugera* habebatis? nunc miles aliquis capit ab isto donatore *Praedia* tota. Haec et plura (mox dicenda) in militem: quid in Senatum et digniores? Idem iterum Suetonius: *Parte magna Senatus gratuito, aut levi foenore, obstrictis, ex* RELIQVO *quoque ordinum genere vel invitatos, vel sponte ad se commeantes,* VBERRIMO CONGIARIO *prosequebatur*. Nec hic finis: extra urbem quoque et Italiam ea largitas se diffudit. et *non minore studio* (idem Suetonius) *Reges atque Provincias per* ORBEM TERRARVM *illiciebat: aliis captivorum* MILLIA *dono offerens; aliis quo vellent, et quoties vellent, Auxilia submittens.superque Italiae, Galliarumque et Hispaniae, Asiae quoque et Graeciae potentissimas* (sive placet, *potissimas*) *urbes praecipuis* OPERIBVS *exornans*. Quid tibi iste vir videtur? mihi, nil nisi novus quidam Triptolemus; qui sublimi vectus curru, femina non frugum, sed liberalitatis suae, per terrarum orbem spargit. Atque haec, quo magis mirere, privatus Caesar fecit, et [[nondum in fastigio illo Principali.]]

2. Aud.-Affatim miror: et unde Caesari, nondum Caesari, opum ista vis?

3. Lips.- [[Magis mireris, si accogites, iam ab adolescentia profusum hunc fuisse, et grandi alieno aere oppressum. Plutarchus aperte; *debuisse eum,* PRIVSQVAM VLLVM MAGISTRATVM CAPERET*,* (nota. de valde igitur iuvene) *mille trecenta talenta*. Ea sunt nobis *septingenta octoginta millia* Philippicum. Quid vero iam in ipsis magistratibus? materies et caussa amplior largiendi. Itaque Appianus scribit, *euntem ex Praetura in Hispaniam, creditoribus retinentibus, dixisse ioco: Millies sibi opus esse,* VT NIHIL HABERET: id est, ut solum aes alienum solveret, in suo nihil haberet. Ea reddunt *viciesquinquies centena millia*: nec ambige, neque doctissimum Budaeum audi (nescio qua caussa) minuentem. Graeca palam sic volunt: ὅτι δέοιτο δισχιλίων καὶ πεντακοσίων μυριάδων: et Drachmae intellegendae, ex Graecorum more.

4. Ego vero amplius credo, auxisse etiam in Consulatu et deinceps ad Principatum; ut hominis huius ingenium erat, tantum ut daret quaerentis. Sed unde, aiebas, habuit et reposuit? Non longe te duxero.]] Gallias nostras vide: iste fons, e quo hausit. Divites tunc hercle Provincias, sed quas fulmen istud afflavit et ambussit. Nam

---

5 inaurare 1598, 1599] iuaurare 1605 **6** CAESARE IVLIO 1599, 1605] *Caesare Julio* 1598 **21-22** [[nondum...Principali.]] 1605] ille paulloante aere alieno oppressus. 1598, 1599 **26-38** [[Magis...duxero.]] 1599, 1605] deest 1598

6-8 Suet. *Caes*. 26.2 **8-9** Suet. *Caes*. 26.3 **12-14** Suet. *Caes*. 27.1 **15-19** Suet. *Caes*. 28.1-2 [ed. Goold; ed. Bassols de Climent: *potentissimas*] **20-21** Ov. *Met*. 5 v. 639-647 **27-28** Plu. *Caes*.5.8 **30-35** App. *BC* 2.8

Lib. II cap. 12: Donaciones principescas. En primer lugar las de Julio César.

1. Es el turno de las donaciones cuyo tamaño y frecuencia se encuentran no ya entre las cosas DIGNAS DE SER ADMIRADAS, sino entre las DIGNAS DE ESTUPOR. Si alguien se hiciera pasar por Midas y con tocarlo pudiera convertirlo todo en oro, se cansaría de dorar cuanto ellos regalaron. Es preciso recorrer algunos príncipes para demostrarlo. Daré inicio a mi recorrido por el primero de todos: JULIO CÉSAR. Suetonio dice genéricamente sobre él lo siguiente: *No descuidó nigún género de* DÁDIVA *ni sus compromisos para con* TODO EL MUNDO*, ya fuera* OFICIAL *ya* PRIVADAMENTE. ¿Quieres más detalles? El mismo autor dice: *En una ocasión dio a los soldados* ESCLAVOS *y* FINCAS *a cada uno.* Ea, ¡dónde habéis quedado los que de Curio o Fabricio, que también como emperadores conocieron la victoria, apenas recibisteis *siete yugadas*! Entonces cualquier soldado recibe una finca entera de este. Estas y otras muchas cosas (en seguida hablaremos de ellas) eran las que se daban al soldado: ¿qué no daría al Senado y a los más dignos? Una vez más dice el mismo Suetonio: *Honraba* CON UN UBÉRRIMO FESTÍN *a gran parte del Senado gratuitamente o, a los invitados y a los que del resto de órdenes compartían por su voluntad su mesa, obligándoles a pagar un precio mínimo.* Pero aquí no está el punto final. Esta generosidad también se difundió fuera de la ciudad y de Italia, *y no con menor empeño* (dice el mismo Suetonio) *agasajaba a reyes y provincias del* MUNDO ENTERO*, ofreciendo* MILES *de cautivos como regalo a unos, rebajando a otros cuando y cuantas veces quisieran los auxilios y también embelleciendo las ciudades más potentes* (o quizá diga *más ricas*) *de Italia, las Galias, las Hispanias, Asia y también de Grecia con* OBRAS PÚBLICAS *de primer orden*. ¿Qué te parece este señor? Para mí no es sino un nuevo Triptolemo que con su sublime carro repartía la simiente no de las mieses sino de su propia liberalidad por el mundo entero. Y todo ello, para mayor admiración, lo hizo César como particular, antes de llegar a la cumbre del Principado.

2. Discípulo- Mucho me sorprendo pues, ¿de dónde pretendes que sacase todos estos medios César, antes de ser César?

3. Lipsio- Más te sorprenderás cuando te enteres de que desde la adolescencia fue pródigo y que estuvo agobiado por muchas deudas. Plutarco lo dice abiertamente, *llegó a deber* ANTES DE ALCANZAR NINGUNA MAGISTRATURA (date cuenta, pues, de lo joven que era) *mil trescientos talentos*. Para nosotros son *setecientos ochenta mil* filípicos. Pero, ¿qué ocurrió cuando por fin alcanzó las propias magistraturas? Que tuvo justificación y motivo de prodigar con más largueza. Escribe Apiano al respecto que *cuando se iba a Hispania a ejercer la pretura, y como los acreedores no le dejaban marchar dijo medio en broma que necesitaba cien millones* PARA NO TENER NADA, esto es, que los necesitaba sólo para pagar sus préstamos y que no eran para sí. Ese dinero supone *dos millones y medio*, no me lo discutas aunque oirás al doctísimo Budeo (desconozco por qué razón) disminuirlo. La cita griega no deja lugar a dudas: ὅτι δέοιτο δισχιλίων καὶ πεντακοσίων μυριάδων: y debe entenderse de dracmas, según la costumbre de los griegos.

4. De todos modos, creo que durante su consulado y en el período posterior hasta el principado, llegó a aumentar sus deudas, pues la condición de este hombre era la de dar a quien le pedía. Pero me decías que de dónde obtuvo y pudo abastecerse de dinero. No te voy a llevar muy lejos. Fíjate en nuestras Galias, esta es la fuente de que fue

quomodo se in iis gesserit, breviter Suetonius: *In Gallia, fana templaque Deum, donis referta, expilavit; urbes diripuit, saepius ob praedam quam ob delictum*. Denique e tot proeliis, accessit ingens captivorum multitudo, e qua divendita pecuniam redegit. [[In sola Gallia *decies centena millia virorum in acie cepit*: quod Appianus ita tradidit, et *totidem occidit*: dico *virorum* et in acie: quid iam mulierum et puerorum? Nam nec his parcebant, imo vel uberrima ex ea venditione praeda. Has solas manubias si aestimas; accedes vel ad *triginta milliones*, et contracta ac parca capitum aestimatione. Iam in ipsis opidis, et agris, quanta praedarum seges? omitto, tu cogitabis.]] Sed lubetne singulatim inspicere viri dona? Ecce, instante civili motu, in Gallia cum esset, *L*[*ucium*] *Paullum Consulem designatum, mille quingentis talentis flexit, ne contra se staret: Curionem, qui aere alieno obrutus, maiore etiam summa, ut pro se staret*. Illa tot talenta reddunt, *nongenta millia* Philippicum: id est paene millionem, in virum unum. Quid iam in Curionem? amplius longe dedit, ut Appianus dixit (nam eius ea verba scito:) et nisi fallor, ipsum aes alienum eius totum exsolvit. Nec fallor, et Dionem clare hoc ita memini scripsisse {Lib[ro] XL}. Atqui aes illud fuit *sexcenties* HS quod Valerius Maximus prodidit: qui minus ergo dedit? Itaque Velleio numerale mendum inhaesit, cum de ista re, *Curionem centies* HS scribit *accepisse*. Ille vero *sexcenties*: et ita hic rescribe. Ea faciunt *quindecies centena millia* Philippicum, quid nisi plurium Senatorum census? Nec largitiones eius aliae in primum ordinem scriptae exstant: etsi fuerunt, quod in Suetonio audisti: et in magnos illos semper magnae.

5. Sequuntur Milites, quibus unice se dedit: atque idipsum privatus. Certe adhuc in Gallia, cum Pompeius duas legiones, colore belli Parthici revocaret; ipse ut animos sibi pigneraret, singulis abeuntis *ducentas quinquaginta drachmas* divisit; quod Plutarchus, aliique prodiderunt: id est, *vigintiquinque* Philippicos nostros. Cogita iam duplum in Centuriones, triplum quadruplumque in Praefectos, et Tribunos: valde ea largitio crescit. Sed quid in ipso iam bello civili? privatim haud dubie multa; communiter haec largitio fuit, Suetonio expressa. *Veteranis legionibus, praedae nomine, in pedites singulos, super bina sestertia, quae initio civilis tumultus numeraverat, vicena millia nummum dedit*. Recte ita locus habet, et in optimis libris: quid opus est argutari, aut interpolare? Examinemus. *Veteranis legionibus*, inquit: non enim novellis aliis: etsi et hae, credo, aliquid habuerunt. Veteranae autem illae, *decem*. In *pedites singulos*, inquit: cur igitur equites omittit? quia non opus: sicut nec Centuriones adiecit, quos notum scilicet erat duplum accepisse, de more. Etsi de equitibus hoc aevo, dubito: et olim quidem triplum etiam soliti accipere: sed post Socios civitate donatos, palam video nec honorem nec praemia tanta equitibus fuisse, qui plerique iam e Latinis. Pergit, ‖{Lib[ro] VIII}‖ *Super bina sestertia*[[: ea sunt *quinquaginta* nobis Philippaei: dedit, inquit, *vicena millia nummum*.]] Ea sunt, ipsi Philippici *quingenti*: atque ii viritim, et in gregarios milites divisi, cum duplum Centurionibus esset, Tribunis Praefectisque alarum quadruplum. Proh fidem! (nam saepe exclamo, et cogor) quae haec, praeter stipendia, et

---

3-8 [[In...cogitabis.]] 1605] deest 1598] Iam postea in bello et victoria, ah, quanta praedarum seges? omitto, tu cogita. 1599 **36-37** [[: ea...*nummum.*]] 1605] . Ea sunt, de quibus Hirtius {Lib[ro] VIII}: *Militibus singulis ducenos sestertios, Centurionibus duo millia nummum, praedae nomine, condonanda pollicetur.* Nam *bina* HS idem quod *duceni* HS: sive Philippici *quinque*: at *duo millia nummum* (Suetonio omissa) *quinquaginta* istos reddunt. Super haec igitur, dedit, inquit, *vicena millia nummum*. 1598, 1599

1-2 Suet. *Caes*. 54.2 **4-5** App. *Gall*. 2 **9-11** App. *BC* 2.26 **14** DC 40.60.3

sacando. Ricas provincias por entonces, por Hércules, pero a las que este río dejó exhaustas y devastó. Y el modo como se condujo en estas circunstancias lo expone en pocas palabras Suetonio: *En Galia desvalijó lugares y templos consagrados a los Dioses, en los que se habían depositado las donaciones; asoló ciudades, lo hacía más a menudo en pos de botín que por saldar una falta*. En definitiva, de todas sus campañas consiguió una cantidad ingente de cautivos cuya venta le reportó una cantidad de dinero. Sólo en la Galia *capturó un millón de hombres en el campo de batalla*, según transmite Apiano, *y ejecutó a otros tantos*. Hablo de *hombres* en el campo de batalla, ¿qué decir de las mujeres y los niños? No eran pocos, y por cierto que la venta de este botín fue muy provechosa. Si valoras sólo esta porción de botín te vas casi a los *treinta millones* y realizando una tasación de la persona reducida y por lo bajo. En las propias ciudades y en los campos ¿qué rendimiento sacó a los saqueos? Ahí lo dejo para que tú lo medites. Pero, ¿no te gustaría observar una por una las donaciones que realizó? Cuando era inminente la guerra civil mientras estaba en Galia *giró a Lucio Paulo, cónsul designado, mil quinientos talentos para que no se pronunciara en su contra, y a Curión, que estaba abrumado por las deudas, una suma incluso mayor para que se pronunciara en su favor*. Todos aquellos talentos hacen *noventa mil* filípicos, esto es, casi un millón para un solo hombre. ¿Cuánto le dio a Curión? Mucho más, según dijo Apiano (pues la cita la tomo de él), y, si no me equivoco, liquidó todas sus deudas. Y no me equivoco pues recuerdo que Dion {En el libro XL} escribió claramente que así fue. Aquella deuda ascendía a *sesenta millones de* HS según Valerio Máximo, entonces, ¿cómo le iba a dar menos? Así es, Veleyo se mantiene fiel a un error en la cifra cuando a propósito de este asunto escribe que *Curión recibió diez millones de* HS. En realidad recibió *sesenta millones*: corrígelo así en ese punto. Esto hace *un millón y medio* de filípicos, que ¿qué son sino la fortuna de muchos senadores? No han quedado noticias de otras dádivas suyas para los miembros del primer orden, si bien, como has oído de Suetonio, las hubo y para los grandes, siempre grandes.

5. Es el turno de los soldados a los cuales se les pagó excepcionalmente y esto siendo aún particular. Con certeza aún en Galia, cuando Pompeyo le reclamó dos legiones con la excusa de la guerra parta, él mismo para ganarse sus voluntades, repartió a cada uno de los que se iba *doscientas cincuenta dracmas*, como revelan Plutarco y otros. Esto es, *veinticinco* de nuestros filípicos. Piensa que se debió dar el doble a los centuriones, el triple y el cuádruplo a prefectos y tribunos: la dádiva se incrementa así sobremanera. Pero, ¿cuánto regaló durante las propia guerra civil? Sin dudarlo, mucho y a cuenta propia. Esta dádiva queda descrita, en general, en Suetonio: *En las legiones veteranas, en concepto de botín, pagó a cada soldado de infantería, además de los dos sestercios que al inicio del conflicto civil había saldado al contado, veinte mil monedas.* Así, con toda seguridad es como aparece este pasaje y en los mejores libros, ¿qué necesidad hay de desmentirlo o interpolarlo? Examinémoslo. Dice *en las legiones veteranas*, no ciertamente en las recién reclutadas, si bien creo que estas también obtuvieron algo. Ahora bien, había *diez* legiones veteranas. Dice, para *cada soldado de infantería*, y ¿por qué omite a los de caballería? Porque no es necesario citarlos, como tampoco incluye a centuriones, pues se sabía que ellos cobraban el doble habitualmente. No obstante, tengo alguna duda a propósito de la caballería en esta época: en los tiempos antiguos llegaba a cobrar el triple, pero después que se les concedió la ciudadanía a los aliados, me parece que indiscutiblemente ni la caballería tenía tanto

---

15 Val. Max. 9.1.6 **17** Vell. 2.48.3-4 **23** Plu. *Caes*. 29.4 **27-29** Suet. *Caes*. 38.1

alia lucella aut raptus, largitio est? quanta in tam multos? Ne milites nostri audite, et exempla haec aut cupite aut sperate. Vnde enim Iulius, unde Romanae opes?

6. Aud.- Vnde et tibi animus sic ista credendi, et affirmandi? Nam alii viri docti trepidant, et in lectione commutant.

7. Lips.- Nihil est. incogitantia hoc facit (imperitiam nolo dicere) veterum et largitionum, et divitiarum: quibus alia exempla mox attestabuntur. Etsi in hac re satis Graeci scriptores, qui cum Tranquillo planissime in summa concordant. Nam Dio breviter, sed clare, *militibus quinque millenas solidas Drachmas* datas scribit, Appianus fusius et distinctissime: *Militibus a triumpho, superans etiam ea quae promiserat, legionariis drachmas Atticas quinque mille, Ordinum ductoribus duplum, Tribunis et Alarum praefectis iterum duplum dedit*. Visne aliquid apertius? et cur huic consensui repugnemus? Nota autem nec Appianum aliquid seorsum de Equitibus, ut nec Tranquillum, dixisse. Sed quae haec *Promissa* sunt, quae Appianus signanter scribit *eum superasse*? Opinor esse, quod in pugna ad Pharsalum, *singulis millenas Drachmas* promiserat: iterumque, ut volentes in Africam sequerentur, *alteras millenas*. quod utrumque in Appiano leges. Largiter igitur excessit, nisi quid in ipsa Africa aut alibi etiam promisit.

8. Aud.- Audesne in fasce dare has summas omnes, ut magis attendam?

9. Lips.-Licet. Fuerunt legiones decem, sed veteranae, et ideo parum plenae. Sunto igitur *triginta millia militum*: et singulis *quingenti* Philippici: faciunt, *quindecim nostros milliones*. Vbi nunc Centuriones, Tribuni, Praefecti, atque ipsi Equites? Regum opes expensas dices in donatione hac una. Atqui an finis est? imo sub ipsum idem tempus, largitionem ad Populum extendit. et ut Suetonii verbis hoc quoque dicam, *Populo, praeter frumenti denos modios, ac totidem olei libras, trecenos quoque nummos, quos pollicitus olim erat, viritim divisit, ac centenos pro mora.*

10. Aud.- Hic mihi vocem opus tollere, nec comprimo. Viritim toti populo tantum frumenti, olei, pecuniae?

11. Lips.- Moderor, ne clama: toti populo frumentanti, nec ultra. Dio Cassius ita restrinxit: τῷ ὄχλῳ τῷ σιτοδοτουμένῳ: id est, *Populo, qui frumentum acciperet*. Ergo tenuiorem populum intellegit: et semel nota, Suetonium hic atque alias *populi* voce (praeter morem antiquum) plebeculam istam ieiunam, et hirudinem aerarii designare. Qui tamen ipse numerus grandis, et sub hoc tempus *trecenta viginti millia* erant, qui e publico pascerentur: quod ante dixi. Totus ergo ille populus accepit *quadringentos* nummos viritim: id est, *Minam*, ut Appianus expressit. Sunt Philippici *decem*: ergo in

---

10 DC 43.21.3 **11-13** App. *BC* 2.102 **16-17** App. *BC* 2.92 **27-29** Suet. *Caes*. 38.1 **35** DC 43.21.3 **40** ≅App. *BC* 2.143

rango ni retribuciones de licenciamiento, pues la mayoría salía de entre los latinos. Prosigue diciendo que, *además de los dos sestercios*, que son *cincuenta* filipeos para nosotros, pagó, dice, *veinte mil monedas*. Son otros *quinientos* filípicos, que se dieron a cada uno de los soldados rasos, correspondiéndole el doble a centuriones y el cuádruplo a tribunos y prefectos de las alas. ¡Asístame la fe! (no es la primera vez que exclamo sobrecogido), ¿qué dádiva si se suma a la paga y otras pequeñas ganancias y pillajes?, ¿qué enorme cantidad destinada a tantísimos? Que no lo oigan nuestros soldados, que no lo anhelen, ni esperen tales modos. En efecto, ¿dónde encontraríamos a un Julio o unos recursos romanos?

6. Discípulo- Pero, ¿de dónde sacas tú fuerza para creer y afirmar tales cosas? Pues otros doctores dudan y modifican totalmente esa lectura.

7. Lipsio- Sin motivo. La falta de reflexión (no me atrevo a decir que es falta de pericia) a propósito de antiguas dádivas y riquezas lo provoca: al respecto otros ejemplos enseguida me darán la razón. De todos modos, sobre este tema son bastantes los autores griegos que concuerdan perfectamente en la suma con Tranquilo. Dion, en pocas palabras pero con total claridad, escribe que se pagó *a los soldados cinco mil dracmas de oro*, Apiano se extiende más dejando las cosas claras: *Por el triunfo, rebasando incluso lo que les había prometido, pagó a los soldados legionarios cinco mil dracmas áticas, el doble a los mandos intermedios, y el doble a su vez a los tribunos y prefectos de las alas.* ¿Qué más quieres? Es más, ¿por qué nos repugna este consenso? Date cuenta, no obstante, que ni Apiano ni Tranquilo dicen nada propiamente sobre la caballería. Pero ¿qué es lo que *se prometió* que Apiano escribe y subraya que *César lo superó*? Yo opino que se trata de *la cantidad de mil dracmas a cada uno* que había prometido en la batalla de Farsalia. También en otra ocasión, para que le siguieran de buena gana a África, *otras mil*, ambas promesas las puedes leer en Apiano. Por lo tanto, se destacó generosamente, si no es que prometiera aún algo más en la propia África o en otro lugar.

8. Discípulo- ¿A que no me das estas sumas en su conjunto, para que esté más atento?

9. Lipsio- Sea. Fueron diez las legiones, veteranas y por ello con pocos efectivos. Sean pues *treinta mil soldados* y a cada uno *quinientos* filípicos, hacen *quince de nuestros millones*. ¿Qué hacemos con los centuriones, los tribunos, los prefectos y con la propia caballería? Di que los recursos de los reyes se gastan en esta sola donación. Con todo, ¿crees que aquí acaba la cosa? Ten por cierto que en el mismísimo tiempo se extiende la generosidad hacia el Pueblo y que, para decirlo con las palabras de Suetonio, *a cada persona del pueblo, además de sus correspondientes diez modios de grano, y de las mismas libras de aceite, repartió trescientas monedas que les había ofrecido antiguamente y cien por el retraso.*

10. Discípulo- En este punto no me puedo quedar callado y tengo que alzar la voz, ¿de veras crees que se repartió al pueblo tal cantidad de trigo, aceite y dinero por persona?

11. Lipsio- Me voy a moderar, no me chilles: se refiere a todo el pueblo beneficiario de los repartos de grano, y no más. Dion Casio lo circunscribe: τῷ ὄχλῳ τῷ σιτοδοτουμένῳ: *al pueblo frumentario*. Por lo tanto da a entender que se refiere al pueblo más pobre, y date cuenta, de una vez por todas, que Suetonio designa aquí y en otros pasajes con el término de *pueblo* (en contra de la costumbre antigua) a esta plebe mísera, famélica y

summam, *tres milliones ducenta millia*. Vbi olei deinde modus, ubi frumenti? Mi Auditor, ad Ovidium eundum nobis est ut transformemur, et animos veteres, pro veteri aevo, capiamus. Nostri homulli hodie, dicant mera mendacia me flare.

parasitaria del erario. Este, no obstante, era numéricamente importante, pues en este tiempo llegaban a los *trescientos veinte mil* los que vivían del dinero público, según dije más arriba. Todo aquel pueblo, pues, cobró *cuatrocientas* monedas por persona, esto es, una *mina* según la expresión de Apiano. Son *diez* filípicos, por lo tanto y en suma, *tres millones doscientos mil*. ¿De dónde se sacaría además semejante cantidad de aceite y grano? Discípulo mío, nos corresponde volver a Ovidio para transformarnos y para adoptar el espítu antiguo que es el adecuado para una época antigua. Que nuestros pobres contemporáneos digan que canto meras ilusiones.

Lib. II cap. 13: Augusti Principis dona.

1. Sed unum etiam Iulium vidimus, quid tot Caesares qui secuti? et ut aliis minime, tamen in liberalitate consecuti, aut praegressi.

2. Aud.- Difficile creditu est. nam hic homo mihi videtur de se, quod olim Livius Drusus posse dicere: *Nihil se cuiquam ad largiendum, praeter caelum et coenum, reliquisse*.

3. Lips.- Non ita est: opes istae Vectigalium, et quas diximus, inexhaustae erant, et ut perennes quidam fontes fluebant. Itaque ad AVGVSTVM veniamus, qui non diuturnitate solum imperii, sed vereor ut liberalitate patrem superarit. Dona eius quaedam ante imperium, alia in ipso sunt: et illa magis miranda. Primum *militibus et Evocatis, quos contraxit metu Antonii, adita hereditate Iuliana, dedit singulis quingenas Drachmas*. Ita ipse Appianus; interpres eius parum provide *sestertios* vertit. Is numerus Evocatorum, ad *dena millia* fuit: ergo *quingenta* hic Philippaeorum *millia*. Amplius. eodem paene tempore, cum legiones Quarta et Martia ad se transissent ab Antonio, dedit singulis *totidem illas Drachmas*: iterumque cum in armis decurrissent, et speciem proelii perite assimilassent, *alteras totidem*: quae certe fuerunt ad dictam facile summam; et longe supra, si Equites et Centuriones (quod nec ante feci) suo more computentur. Iam vero in ipso primo Consulatu, cum signis a Mutina motis urbem intravit; dedit qui se deduxerant, singulis *bis mille quingentas drachmas*, sive *ducentos quinquaginta* Philippaeos: atque eae *octo legiones* fuerunt. Minima legionum frequentia, surgent *sex milliones*, et Equites ac Ductores omittentur. Vbi autem praedae quas egit, aut spolia quae cepit? adhuc nulla. Quo magis in ADMIRANDIS hae donationes tres, a privato Octaviano, et sola spe futurae magnitudinis, susceptae et perfectae. Atque hic notandum in ultima, transisse eam velut in legem; et sollenne donativum hoc habitum, quoties legiones postea Principem in urbem deduxissent. Certe Spartianus in Severo tradit, *Milites per seditionem dena millia poposcisse a Senatu, exemplo eorum, qui Augustum Octavianum Romam deduxerant, tantumque acceperant*. O peritos historicos vel antiquarios, et in rem suam lecta aptantes! Sed quarta etiam donatio a privato, in qua lingua mihi haeret.

4. Aud.- Quiane obscoena aut turpis?

5. Lips.- Non, sed quia immensa, aut certe immodica, et vereor refragatorem.

6. Aud.- Non me. ut ii qui de caelo tacti sunt, silent et stupent: sic iam paene ego. perge.

7-8 Auct. incert. *De vir. illustr*. 66.5 **13-16** App. *BC* 3.40 **16-19** App. *BC* 3.45
22-23 App. *BC* 3.90 **29-30** HA *Sept. Sev*. 7.6

Lib. II cap. 13: Donaciones del príncipe Augusto.

1. Pero sólo hemos visto a Julio, ¿qué no harían los Césares siguientes? que aunque en otras cuestiones apenas si le podían alcanzar, en la liberalidad sí le andaron a la zaga si no lo superaron.

2. Discípulo- Es difícil de creer, pues de este hombre me parece que se puede decir lo que antiguamente de Livio Druso: *salvo el cielo y el cieno, no le quedó nada por regalar a cualquiera*.

3. Lipsio- No es así. Los recursos de los vectigales de los que también hemos hablado, eran inagotables y emanaban como de fuentes perennes. De modo que pasemos a AUGUSTO que no sólo superó a su padre en tiempo de permanencia en el imperio, me temo que también lo hizo en la liberalidad. Ciertos regalos suyos son previos a su imperio, otros corresponden al tiempo de gobierno: los primeros son más dignos de considerarse maravillosos. En primer lugar *pagó a los soldados y a los reenganchados que contrató por miedo a Antonio, una vez que recibió la herencia juliana, quinientas dracmas a cada uno.* Así lo dice el propio Apiano, aunque su traductor vierta incorrectamente *sestercios*. El número de reenganchados llegó a *diez mil*, por lo tanto en este punto fueron *quinientos mil* filipeos. Además, prácticamente en el mismo tiempo, cuando las legiones Cuarta y Marcia se pasaron a su bando desde el de Antonio, pagó a cada una *la misma cantidad de dracmas*. Además, como al hacer maniobras militares asimilaron con pericia el diseño táctico de combate, les dio *otro tanto*. Todo ello se corresponde con facilidad y certeza con la suma dicha y queda ampliamente por encima si se computa la caballería y los centuriones (cosa que no hice anteriormente) según la costumbre. Ya durante su primer consulado, cuando, con las águilas de la campaña de Módena entró en la Ciudad, a cada uno de los que le habían escoltado, les pagó *dos mil quinientas dracmas* o doscientos cincuenta filipeos: fueron *ocho legiones*. Considerando una dotación mínima por legión, surgen *seis millones*, y se omiten caballería y mandos. ¿Para ello realizó saqueos o se aprovechó de los espolios de sus victorias? Por ahora, en absoluto. Por ello estas tres donaciones realizadas por Octaviano como ciudadano particular deben tenerse más en el apartado de las cosas DIGNAS DE ADMIRACIÓN, pues se realizaron con la sola esperanza de granjearse y alcanzar una futura grandeza. Por lo demás, en este punto debe hacerse un inciso en relación a la última que, prácticamente, se convirtió en ley. En lo sucesivo, este donativo se concedió de modo regular siempre que las legiones escoltaban al príncipe a la ciudad. Esparciano trae en la vida de Severo que *durante la sedición, los soldados exigieron del Senado los diez mil siguiendo el ejemplo de aquellos que habían escoltado hasta Roma a Augusto Octaviano y los cobraron*. ¡Ay de los sabios historiadores y anticuarios que adaptan el pasaje según su conveniencia! Pero queda todavía una cuarta donación de cuando era un ciudadano particular, que se me quedaba entre los labios.

4. Discípulo- ¿Quizá a causa de su obscenidad y torpeza?

5. Lipsio- No, por su desmesura o, mejor, por su exageración, y temo que alguien se pueda querer oponer.

6. Discípulo- No seré yo, que estoy como al que le cae un rayo y se calla atónito, así me encuentro yo ahora poco más o menos. Prosigue.

7. Lips.- In Philippensi igitur proelio, ubi de Principatu actum vel Libertate, hic ipse Octavianus cum Antonio promiserunt viritim *quinque mille Drachmas*.

8. Aud.- Hoc illud erat? at Caesar iamante totidem, et docuisti.

9. Lips.- Sed Caesar *decem* legionibus tantum: isti *novendecim*, quae in pugna erant, et aliis *quadraginta*, quae in praesidiis aut Italia sparsae. Appianus quidem ita narrat, vel apud eum Antonius (oratione ad Asiaticos) sed addit: *attritas eas iam et minutas ad* XXVIII *rediisse, quae* (inquit) *cum suis additamentis efficiunt virorum supra centum septuaginta millia: praeter* EQVITES*, et item* ALIVM *militem*. Quis iste *alius miles*? opinor Auxilia, quae haud longe infra legiones. Itaque qualis et quanta haec summa conficiatur, ingenue fateor, vix ego ausim promere: et scito esse supra *centum quinquaginta milliones*. Vbi estis qui Novum orbem, et novas in eo divitias repperistis? Huc ite, ostendent et effundent eas Duumviri isti unica largitione. Atque haec ille fecit ante Principatum: in ipso tenuit et cucurrit eumdem liberalitatis cursum.

10. Aud.- At hic mihi votum et cogitatio.

11. Lips.- Prome.

12. Aud.- Si eo saeclo ego vivam, quid nisi miles sim? ita omnes ad eos opes adfluunt et concurrunt.

13. Lips.- Vera narras. et scito ab hoc militum tunc seminario, Senatorias et divites plerasque familias ortas. Haec praemia in civili bello iis sunt: cum homines ut ad imperium veniant, imperium paene ipsum donant. Quid donat? perdunt volui dicere: et quomodo tot isti pecuniarum cumuli, sine aperta pernicie provincialium civiumque, colligi potuere? Sane id factum est: sed Pax postea, cum copiae suo cornu, reposuit omnia et reparavit.

14. Enimvero, Augustus, ut coeperam dicere, in Principatu quoque perliberalis. Lapidem Ancyranum lubet proponere, in quo aliquot donationes eius ordine exsculptae:

15. I. LIBRI. ROMANI.VIRITIM. ..... CENOS. NVMERAVI. EX. TESTAMENTO. PATRIS MEI.

16. II. ET. NOMINE. MEO. ....DRINGENOS. EX. BELLORVM. MANVBIIS. CONSVL. QVINTVM. DEDI.

17. III. ITERVM. AVTEM. IN. CONSVLATV. DECIMO. EX. PATRIMONIO. MEO. BIS. QVADRINGENOS. CONGIARII. VIRITIM.

---

24 volui dicere] 1605] certe 1598, 1599

8-10 App. *BC* 5.5 **33-*18*** RGDA 15

7. Lipsio- Pues bien, en la batalla de Filipos, donde se decidió entre principado y libertad, este mismo Octaviano junto a Antonio prometió *quince mil dracmas* por persona.

8. Discípulo- ¿Con que era eso?, ya antes César realizó otro tanto y tú lo explicaste.

9. Lipsio- Pero César tan sólo pagó a *diez* legiones, mientras estos otros a las *diez y nueve* que estaban en la batalla y a otras *cuarenta* que se encontraban repartidas entre los campamentos de la frontera e Italia. Apiano lo narra así o mejor Antonio que se conserva en su texto (en el discurso a los asiáticos), y después añade que: *han sido reducidas y dejadas en 28, las cuales* (sigue) *con sus complementos suponen más de ciento setenta mil hombres, sin contar la* CABALLERÍA *y el* OTRO *ejército*. ¿Cuál es este *otro ejército*? Opino que son las unidades auxiliares que no son menos que las legiones. Así pues, lo confieso con sinceridad, apenas me atrevo a proponer a cuánto sube y en qué queda esta suma. Sólo sé que está por encima de los ciento cincuenta millones. ¿Dónde estáis los que habéis descubierto el Nuevo Mundo y sus nuevas riquezas? Venid acá, en una dádiva sin igual estos duunviros os las muestran y se las gastan. Y todo ello lo hizo este antes del principado, durante el principado mantuvo y aceleró el ritmo de concesión de liberalidades.

10. Discípulo- En este asunto se me viene a la cabeza una reflexión y un anhelo.

11. Lipsio- Te escucho.

12. Discípulo- Que si viviese en aquel siglo, ¿qué mejor oficio que el de soldado? Todos los recursos se encauzan y fluyen en su provecho.

13. Lipsio- Dices bien y yo sé que de este semillero de soldados de aquel entonces nacieron la mayoría de familias senatoriales y poderosas. Consiguen estas retribuciones en la guerra civil, cuando los hombres que compiten por el imperio, prácticamente regalan a cambio el mismo imperio. ¿Cómo que lo regalan? Quiero decir que lo pierden, además, ¿cómo pudo reunirse toda esta acumulación de riquezas sin la completa ruina de provinciales y ciudadanos? Realmente así ocurrió, pero posteriormente la paz, con su cuerno de abundancia todo lo devolvió a su lugar y lo reparó.

14. Sea como fuere, Augusto, según comencé a decir, también se mostró liberal en extremo durante el principado. Me parece que este es el momento oportuno para presentar la inscripción de Ankara en la cual se han esculpido ordenadamente algunas de sus donaciones:

15. I. A CADA ROMANO LIBRE LE DI ....TE EN METÁLICO SIGUIENDO LA VOLUNTAD DEL TESTAMENTO DE MI PADRE.

16. II. DURANTE MI QUINTO CONSULADO EN MI NOMBRE PAGUÉ ...TROCIENTOS POR LA PARTE DEL BOTÍN DE LAS GUERRAS.

17. III. EN OTRA OCASIÓN, TAMBIÉN, DURANTE MI DÉCIMO CONSULADO, OFRECÍ DE MI PATRIMONIO POR DOS VECES UNA DISTRIBUCIÓN DE CUATROCIENTOS POR PERSONA.

18. IV. ITERVM. AERE. MERVI. ET. CONSVL. VNDECIMVM. DVODECIM. FRVMENTATIONES. FRVMENTO. PRIVATIM. COLVMEIO. EMENSVS. SVM.

19. V. ET. TRIBVNITIA. POTESTATE. DVODECIMVM. QVADRINGENOS. NVMMOS. TERTIVM. VIRITIM. DEDI. QVALI. MEA. CONGIARIA. FRVMENTI ... NVM. NVMQVAM. MINVS. QVINQVAGINTA. ET. DVCENTA ..... SIA.

20. VI. DVODEVIGINTESIMVM. CONSVL. TRECENTIS. ET. VIGINTI. MILLIBVS. PLEBIS. VRBANAE. SEXAGENOS. DENARIOS. VIRITIM. DEDI.

21. VII. ET. QVINIS. MILITVM. MEORVM. CONSVL. QVINTVM. EX. MANVBIIS. VIRITIM. MILLIA. NVMMVM. SINGVLA. DEDI. ACCEPERVNT. ID. TRIVMPHALE. CONGIARIVM. IN. COLONIAS. HOMINVM. CIRCITER. CENTVM. ET. VIGINTI. MILLIA.

22. VIII. CONSVL. TERTIVMDECIMVM. SEXAGENOS. DENARIOS. PLEBI. QVAE. TVM. FRVMENTVM. PVBLICVM. ACCE .... DEDI. EA. MILLIA. HOMINVM. PAVLLO. PLVRA. QVAM. DVCENTA. FVERVNT.

23. Vides, sive audis lapidem, utinam perite satis aut fideliter descriptum! Insigne monumentum antiquitatis est, et historiae Augustaeae quasi summarium. Sed multa in eo corrupta, et quaedam lacera: percurram lucis, et alibi medicinae, caussa.

24. In prima donationes est: LIBRI ROMANI. An igitur, TRIB. P. ROMANI? id est, *Tribubus populi*. Res quidem eas tangit, et legavit. Caesar testamento viritim Romano populo, *trecenos sestertios*, ut Suetonius scripsit; ut autem Dio, *centenos vicenos*, et adducit ipsum Augustum eius rei testem. Et scripserat hoc Augustus fortasse in Commentariis rerum suarum: sed et hic ita in Breviario isto fuit. Explendum igitur, CENTENOS. VICENOS. Ii sunt, *tres Philippici* in singulos: si in totum populum, immensum est; si in frumentantes, magnum.

25. In II. *Quadringeni nummi* viritim dati, item in populum: qui sunt Philippici *decem*. Id factum in *quinto Consulatu* eius, ut hic scribitur: id est, statim post Actiacam et Alexandrinam victoriam, sub triumphum. Dio Cassius ipsum notat in hoc anno, et in summa consentit: sed auget acceptores, et non *viros puberesque tantum, sed etiam pueros, in gratiam Marcelli, sororis filii,* scribit *adiectos*. Hoc si fuit, ut fuit, quis non videt supra duplum fere donationem crescere, et ut minimum fuisse ad *sexcenta millia* capientium? Fiunt in pecunia impensa *sex milliones*.

26. In III. Consulatu decimo, scribit se itam populo dedisse, congiarium *bis quadringenos*. An simul, ut *octingenos* dederit? an magis significat, bis se dedisse? sicut et paullo post, *tertium quadringenos*. Quae iterationes valde sunt liberalitati augendae: et tu attendes.

---

21 , quasi summarium 1599, 1605] deest 1598

33-34 DC 51.21.3

18. IV. EN OTRA OCASIÓN COBRÉ UN DINERO Y EN EL DECIMOPRIMER CONSULADO DISPENSÉ DOCE REPARTOS DE GRANO CON GRANO PRIVADAMENTE A COLUMEYO.

19. V. Y DURANTE MI DÉCIMOSEGUNDA POTESTAD TRIBUNICIA PAGUÉ POR TERCERA VEZ CUATROCIENTAS MONEDAS A CADA HOMBRE, DE MODO QUE MIS DISTRIBUCIONES DE GRANO 'NUM' NUNCA FUERON DE MENOS DE DOSCIENTOS CINCUENTA ...SIA.

20. VI. EN EL DECIMOCTAVO CONSULADO PAGUÉ A TRESCIENTOS VEINTE MIL DE LA PLEBE URBANA, SESENTA DENARIOS POR PERSONA.

21. VII. Y A CADA CINCO DE MIS SOLDADOS, DURANTE MI QUINTO CONSULADO, PAGUÉ POR PERSONA DE LA PARTE PROPORCIONAL DEL BOTÍN, LAS MIL CORRESPONDIENTES, COBRARON ESTA DISTRIBUCIÓN TRIUNFAL ALREDEDOR DE CIENTO VEINTE MIL HOMBRES EN LAS COLONIAS.

22. VIII. DURANTE EL DECIMOTERCER CONSULADO PAGUÉ SESENTA DENARIOS A LA PLEBE QUE ENTONCES RECI... EL GRANO PÚBLICO, FUERON POCO MÁS DE DOSCIENTOS MIL LOS HOMBRES BENEFICIADOS.

23. Puedes ver, o mejor, oír la piedra, ¡ojalá hubiera sido descrita con la suficiente pericia y fidelidad! Es un insigne monumento de la antigüedad, casi un sumario de la historia de Augusto. Pero en ella hay muchos pasajes corruptos y algunos desperfectos. Voy a revisarla detalladamente para su inteligencia y en ciertos lugares para sanearla.

24. En la primera donación se lee 'LIBRI ROMANI', ¿no sería mejor 'TRIB. P. ROMANI'?, esto es *del pueblo por tribus*. En efecto, la cuestión afecta a las tribus, pues César legó en su testamente a todos los miembros del pueblo romano *trescientos sestercios*, según lo escribió Suetonio; y también según Dion *ciento veinte por persona*, y aduce al propio Augusto como fuente del dato. Quizá Augusto lo había dejado escrito en los «Comentarios» de sus hechos, aunque también en este «Breviario» apareció tal cual. Así pues, hubo que cumplir con LOS CIENTO VEINTE MIL POR PERSONA. Son *tres filípicos* para cada uno, cifra inmensa si se refiere a todo el pueblo, grande si sólo es para el pueblo con derecho a los repartos de grano.

25. En la segunda dice que se pagaron *cuatrocientas monedas* por hombre, también del pueblo: que son *diez* filípicos. Esto ocurrió en su *quinto consulado*, según se dice, esto es, inmediatamente después de las victorias de Accio y Alejandría, con motivo de la ceremonia triunfal. Dion Casio apunta lo mismo en este año, y coincide en la suma, pero aumenta el número de los perceptores y escribe que *no sólo se sumaron los hombres y los jóvenes, sino también los niños, en honor a Marcelo, el hijo de su hermana*. Si esto ocurrió así, como en efecto ocurrió, ¿quién no verá que la donación se incrementó casi en el doble, y que contando a la baja llegó a los *sesenta mil* el número de los que la percibieron? Esto supone un gasto de *seis millones*.

26. En la tercera escribe que en su décimo consulado, de nuevo pagó al pueblo una distribución *dos veces de cuatrocientos*. ¿Pagó de una sola vez *ochocientos*?, ¿o significa más bien que lo pagó en dos ocasiones? En favor de esto segundo está lo que se lee también poco más adelante: *por tercera vez cuatrocientos*. Con estas repeticiones se aumentaba particularmente la liberalidad, como vas a ver.

27. In IV. Quid sit illud AERE. MERVI. quaero. [[An fuit, AERE. MEO. VT. pependitque a prioribus? opinor. Illud autem iam certo]] assequor, in Vndecimo consulatu datas *duodecim Frumentationes*: quas ita appellat, quae singulis mensibus dari solebant. In caritate igitur annonae, has extra ordinem, et de suo, ut scribit, addidit. Nam legendum inibi PRIVATIM. COEMPTO. ut dudum monui, cum lapidem hunc vulgavi.

28. In V. Tribunicia potestas duodecima, incidit in annum urbis DCCXLI. cum peregre et e Gallia rediit. Tunc igitur plebi refovendae et conciliandae, distribuit ter uno anno *quadringenos*: id est, Philippicos [[*ter denos*, sive in universum *triginta*]]. Verba aliquot in vitio, an sic emendanda? QVALI. MEO. CONGIARIO. FRVMENTI. MODIVM. NVMQVAM. MINVS. QVINQVAGINTA. ET. DVCENTA. MILLIA. ut adsignificet, tantum frumenti se quoque dedisse. An verius, FRVMENTANTIVM. NVM. NVMQVAM. MINVS. QVINQVAGINTA. ET. DVCENTA. MILLIA? ut dicat *numerum* (id valet NVM.) qui frumentum acciperent, et ex consequenti congiarium, tantum tunc fuisse. Sed postea alius numerus, dices: haud moveor, quia saepe id per recensum mutavit. Cogitetur tamen. Vir doctissimus et acutissimus legebat, QVINQVAGINTA. ET. DVCENTA. SESTERTIA. et referat ad Suetonii haec verba: *Congiaria populo frequenter dedit, sed diversae fere summae: modo quadringenos, modo trecenos, nonnumquam ducenos quinquagenosque nummos*. Sed refellit hoc ipse lapis statim, qui dicit bis datos *sexagenos denarios*: quos non nisi in *ducenos quadragenos* nummos resolvas. Quomodo ergo *numquam minus* dederit, ut hic sculptum? Sed et Dio in anno DCCXLVII adnotat datos *Denarios sexaginta*.

29. In VI. sunt *sexageni denarii in trecenta viginti millia capita*: quae ad duos milliones, {Sunt *octodecies centena* M[illia]} paullo minus, se attollit.

30. In VII. tenebrae. videtur militaris donatio esse, sed iis qui in colonias missi, aut mittendi.

31. In VIII. notetur numerus frumentantium, qui tunc fuit.

32. Ista de Augusto sufficiant: etsi liberalitates eius plures ex facili dederim, ut ipse dare facilis, etiam per ludum et iocum. Cuiusmodi ista Macrobio: *Omnibus qui secum pila lusissent, sestertia centena dari Caesar Augustus iusserat, soli Coelio quinquagena. Hic ille, Quid ergo? inquit, ego una manu ludo?* locus lepidus: sed donatio magna in ludicra ista caussa, singulis *bis mille quingenti* Philippici. Iterum totidem Graeculo cuidam, pro carmine, et audaculo dicterio, factoque: sed tu factum ipsum nosce, aut potius recognosce. Graeculus fuit, qui Caesari carmen obtulerat, atque ille acceperat, et nihil ultra. Graeculo iterum paranti dare, praevenit, et carmen a se

---

1-2 [[An...certo]] 1605] Vnum hoc 1598, 1599 **9** [[*ter...triginta*]] 1599, 1605 decem 1598 **34** [[ipsum...recognosce]] 1599, 1605] fortasse noscere vis, aut potius recognoscere 1598

5-6 Lips. *Auctar*. p. 20 **18-19** Suet. *Aug*. 41.2 **29-31** Macr. *Sat*. 2.6.5-6 [ed. Marinone: *Caecilius* pro *Coelius*] **34-*3*** Macr. *Sat*. 2.4.31

27. En la cuarta me pregunto qué será aquello de 'AERE MERVI'/ COBRÉ UN DINERO. ¿No sería 'AERE MEO VT'/ CON MI DINERO según se desprende de la frase anterior? Opino que sí. De todos modos, acierto a entender, ya con toda seguridad que en el undécimo consulado se pagaron *doce 'frumentationes'*, las menciona así porque se solían dar por mes. Por lo tanto, como aprovisionamiento caritativo añadió estas extraordinarias de su propio bolsillo según escribe. Pues debe leerse en este lugar 'PRIVATIM COEMPTO'/ COMPRADO PRIVADAMENTE, según hace algún tiempo mostré cuando publiqué esta inscripción.

28. En la quinta, la duodécima potestad tribunicia se inició en el año 741 de la ciudad, cuando regresó a la ciudad desde la Galia. Entonces distribuyó para reanimar y reconciliarse con la plebe decaída, en tres ocasiones en un solo año *cuatrocientos a cada uno*, esto es, *tres veces de diez en diez*, o *treinta* filípicos en conjunto. De todos modos, ¿no habría que enmendar algunas palabras viciadas del modo siguiente? 'QVALI. MEO. CONGIARIO. FRVMENTI. MODIVM. NVMQVAM. MINVS. QVINQVAGINTA. ET. DVCENTA. MILLIA.'/ DE MANERA QUE EN MI DISTRIBUCIÓN DE GRANO NUNCA HUBO MENOS DE DOSCIENTOS CINCUENTA MIL MODIOS, dando a entender que él también dio tal cantidad de grano. ¿O quizá mejor 'FRVMENTANTIVM. NVM. NVMQVAM. MINVS. QVINQVAGINTA. ET. DVCENTA. MILLIA'/ LA CANTIDAD DE LOS QUE RECIBÍAN EL GRANO PÚBLICO NUNCA FUE MENOS DE DOSCIENTOS CINCUENTA MIL? lo que significaría el *número* (a ello equivaldría 'NVM') de los que percibieron grano y, por consiguiente, la cantidad de la distribución de aquel entonces. Pero después aparece otro número, dirás. No voy a cambiar mi opinión porque a menudo aparecen cambios por causa de la copia. Medítese, no obstante. Un señor muy docto y agudo leía: 'QVINQVAGINTA. ET. DVCENTA. SESTERTIA.'/ DOSCIENTOS CINCUENTA MIL SESTERCIOS, y lo refería a esta cita de Suetonio: *Concedió frecuentemente distribuciones, pero por lo general, eran de sumas diversas: ora de cuatrocientas, ora de trescientas, alguna vez de doscientas cincuenta monedas*. Pero inmediatamente la propia inscripción refuta su propuesta, pues dice que en dos ocasiones se dieron *sesenta denarios*, que sólo puedes explicar como las doscientas cuarenta monedas. ¿De qué manera se explica pues lo de que *nunca* pagó *menos*, según está aquí grabado? No obstante, también Dion en el año 747 apunta que se dieron *sesenta denarios*.

29. En el sexto parecen *sesenta denarios para trescientos veinte mil individuos*, que ascienden a dos millones o poco menos {son un millón ochocientos mil}.

30. En el séptimo tinieblas. Parece que se trata de una donación militar, pero para aquellos enviados a colonias o que debían serlo.

31. En la octava nótese el número de los beneficiarios de los repartos de grano que hubo entonces.

32. Sobre Augusto basta con esto, si bien presentaría con facilidad muchas más liberalidades suyas, pues tendía a realizar donaciones incluso como diversión y juego. Estas palabras de Macrobio muestran de qué modo: *El César Augusto había mandado que se diera cien mil sestercios a todos los que jugaran con él a la pelota, pero únicamente cincuenta mil a Celio. A lo que este contestó: ¿Por qué?, ¿juego yo con una sola mano?* Pasaje ingenioso, que esconde una gran donación motivada por esta deportiva causa, de *dos mil quinientos* filípicos para cada uno. En otra ocasión le dio otro tanto a cierto griego, por un poema y por la agudeza de su atrevimiento, pero mejor conócelo por ti mismo o mejor recuérdalo. En cierta ocasión, un griego le ofreció un poema al César que lo aceptó sin más. Como se dispusiese de nuevo el griego a

dedit; ut ostenderet talia et domi sibi nasci. Hic Graeculus legere, mirari, et tandem manu in pauperem bulgam demissa nummos, an denarios aliquot, Augusto offerre, cum dicto: *Si plus haberem Caesar, plus darem*. Exemplo ostendit et commonefecit, quid ille deberet: nec frustra. Nam statim Augustus delectatus libero et aucto facto, *sestertia centena* dari ei iussit[[: id est, *bis mille Philipp*[*icorum*] *et quingentos.*]]

---

5 [[: id...*quingentos*]] 1605] deest 1598, 1599

entregarle otro, se le adelantó el César y le dio un poema suyo, para mostrarle que también él era capaz de realizar composiciones tales. En este punto el griego lo lee, muestra asombro y, por fin, metiendo su mano en su pobre bolsa le ofrece unas monedas, quizá algunos denarios, a Augusto y las acompaña de estas palabras: *Si más tuviera, César, más te daría*. Con su ejemplo mostró y advirtió qué es lo que le correspondía dar al emperador, y no sin éxito. Pues al instante Augusto, complacido por la franqueza y agudeza de aquel, mandó que se le dieran *cien mil sestercios*, esto es, *dos mil quinientos filípicos*.

Lib. II cap. 14: Aliorum Principum dona.

1. Non sit modus, si omnia Augusti tollam: omitto, et aliorum carptim aut saltuatim quaedam tango.

2. In TIBERIO pauca sunt, parce ille manu et restricta fuit: atque ita moriens in thesauris reliquit, *viciessepties millies* HS {*Id est sexaginta sex milliones, et quinquaginta M*[*illia*] *Phil*[*ippicorum*]}*: quod Caligula, non toto vertente anno absumpsit*. Ita enim hoc Suetonius: sed in Dione paullo aliter: et ait, *quosdam dicere ter et vicies millies relictum; alios autem ter et tricies* {Sunt *octoginta et unus milliones*}. Sane pro meo sensu, posteriori parti accedam, qui satis iam imbibi Romanas opes. Nec in tempore absumptae a Caligula pecunia Dio dissentit a Suetonio, si sic legas: οὐδὲ εἰς τὸ τρίτον ἔτους μέρος ἀπ᾽ ἀυτῶν τι δίεσωσεν: *nec vel in tertiam anni partem quidquam Caligula ex his servavit*. Quod sane cum Tranquillo et veritate convenientius, quam ut sit, εἰς τὸ τρίτον ἔτος, *in tertium annum*. Ille vero statim exhaustus et egens, atque ad rapinas se vertit.

3. In CLAVDIO, notatur prima liberalitas in auspiciis imperii, cum militibus *quinadena* HS promisit. Ea sunt *trecenti septuagintaquinque* Philippaei: si tamen Suetoniana illa scriptio (ex eo sumpsi) est certa. Nam Iosephus adauget, et *vicena* promissa ait, sive ut ipse numerat, *quina millia drachmarum*: qui sunt *quingenti* Philippaei: et addit, *omnibus ubique militibus idem promissum*. Quomodo haec quidem donatio, superet omnes iam dictas, et fortasse dicendas.

4. NERO sequitur: quid de eo dicam? qui ut Suetonius ait, *divitiarum et pecuniae non alium fructum putabat, quam profusionem*. Itaque nepotinos eius sumptus frustra colligam: In Suetonio atque aliis, patent: quaedam addam quae magni et laudabilis animi sunt visa. *Militi praetoriano* (in Dionis compendio) *ob caussam aliquam iusserat centies* HS *numerari*: id est, *ducenta quinquaginta millia* Philippicum. *Et cum Agrippina mater, mirata improvidam fortasse liberalitatem, iussisset totam eam pecuniam, ipso coram, in mensa exponi et expandi, ut sic vel aspectu poenitentiam eliceret: ille magno animo, iussit alterum tantum addi, et Nesciebam*, inquit, *tam exiguum me dedisse*. Egregia vox: quam cur tu rides?

5. Aud.- Non ipsam, sed meam cupidinem: et o si quis *hoc exiguum* mihi?

6. Lips.- Avidus o homo es, nec accipies: hodie liberalitatis eius nec umbra manet. Hoc Nero in militem: sed quid in regii sanguinis Teridatem? *quod vix* ipsi Suetonio *credibile videatur, octingenta nummorum millia diurna in eum erogavit, abeuntique super* HS *millies contulit*. Vt hoc et capias, et ponderes; scito Teridatem per novem menses continuos Romae, aut in finibus Romanis, fuisse: et toto eo tempore immunem habitum ab omni sumptu. Decreta igitur ei in diem *octingenta millia*: quae sunt *viginti millia* Philippaeorum. Numera in mensem: quid ea nisi *sexcenta millia*? In novem menses: *quinque milliones quadringenta millia*. Iam abeunti datum, *millies* HS quasi in

---

5 TIBERIO 1599, 1605] *Tiberio* 1598 **16** CLAVDIO 1599, 1605] *Claudio* 1598 **18** Josepus 1605 **22** NERO 1599, 1605] *Nero* 1598 **25** *praetoriano* 1605] *Praetoriano* 1598, 1599

7-8 Suet. *Calig*. 37.3 **8-9** DC 59.2.6 **11-12** DC 59.2.6 **17** Suet. *Claud*. 10.4 **18-22** J. *A. J*. 19.247 **22-23** Suet. *Ner.* 30.2 **25-30** ≅DC 61.5.4 **35-37** Suet. *Ner*. 30.2

Lib. II cap. 14: Donaciones de otros príncipes.

1. No es cuestión de referir todas las donaciones de Augusto. Voy a prescindir de alguna de las suyas y a tratar algunas de otros, espigadas de aquí y allá.

2. En época de TIBERIO hay pocas, pues era tacaño y austero, así que, cuando murió dejó en las arcas *dos mil setecientos millones que Calígula consumió cuando todavía no había pasado un año* {*esto es, sesenta y seis millones con cincuenta mil filípicos*}. En efecto, así lo dice Suetonio, aunque Dion lo dice un poco diferente, pues afirma *que algunos dicen que quedaron dos mil trescientos millones, otros en cambio tres mil trescientos* {*son ochenta y un millones*}. Según entiendo el asunto, me adhiero a la segunda opción, pues yo ya sé bastante de cual era el nivel de los recursos romanos. Y Dion no difiere de Suetonio en el tiempo que Calígula necesitó para consumir el dinero si lees así: οὐδὲ εἰς τὸ τρίτον ἔτους μέρος ἀπ᾽ ἀυτῶν τι δίεσωσεν: *no había pasado ni una tercera parte del año, cuando ya no le quedaba a Calígula nada de todo aquello.* Lo cual, realmente, se acerca más a Tranquilo y a la verdad que si fuese: εἰς τὸ τρίτον ἔτος: *en el tercer año*. Arruinado e indigente, sin duda, al poco se dedicó a la rapiña.

3. En época de CLAUDIO, la primera liberalidad se nota en el momento de acceder al imperio, cuando prometió *quince* HS a los soldados. Son *trescientos setenta y cinco* filipeos, si, no obstante, es cierto el texto de Suetonio (calculo tomándolo como referencia). Pues Josefo lo acrecienta, y afirma que se prometieron *veinte*, o según su moneda, *mil quinientas dracmas*, que son *quinientos* filipeos. Y añade *que se prometió lo mismo a todos los soldados del Imperio*. De modo que, ciertamente, esta donación supera a todas las ya dichas y quizá por decir.

4. Es el turno de NERÓN, ¿qué diré sobre él? que, según afirma Suetonio, *cuando de riquezas y dinero se trataba, no cabía esperar más que la profusión*. Así pues, en vano reuniré sus prolíficos gastos, aparecen en Suetonio y en otros. Voy a exponer algunos que me parecen propios de un espíritu noble y digno de alabanza. *Había mandado* (según el compendio de Dion) *que se pagara al cuerpo pretoriano por cierta razón diez millones de sestercios al contado*, esto es, *doscientos cincuenta mil* filípicos. *Y como su madre Agripina, sorprendida quizá por tan precipitada liberalidad, mandase que toda aquella cantidad de dinero se expusiera y repartiera en una mesa en su presencia para provocar así el arrepentimiento ante semejante espectáculo, él, con nobleza de espíritu, mandó que se añadiese otro tanto: No me di cuenta*, dijo, *de que pagaba tan exiguamente.* Magníficas palabras, ¿por qué te ríes de ellas?

5. Discípulo- No me río de ellas, sino de mi propia ambición, ¡ay! me pregunto que haría si tuviera algo de esa *exigua* cifra.

6. Lipsio- Eres hombre avaricioso, y no te das cuenta de que hoy en día no queda ni la sombra de su liberalidad. Nerón la regaló al ejército, pero ¿qué regaló a Tiridates, de sangre regia? *Algo que apenas parece creíble* al propio Suetonio pues *sacó del tesoro público para él ochenta mil monedas diarias, y en el momento de su partida, le entregó más de cien millones de* HS. Para que lo comprendas mejor y le des su justo valor, sé que Tirídates estuvo durante *nueve meses* seguidos en Roma o en territorios romanos y que en todo aquel tiempo quedó libre de cualquier pago. Por lo demás, se le concedieron *ochenta mil* por día, que son *veinte mil* filipeos. Calcula por mes, ¿cuánto hace sino *seiscientos mil*? En nueve meses son *cinco millones y cuatrocientos mil*. En fin, en el momento de su partida se le dieron *cien millones* de sestercios, casi como viático,

viaticum: quod iterum efficit *duos milliones et dimidium*. An potius in Suetonio, *bis millies* scribendum? augeatur altero tanto, et palam Dionis compendium (numeri autem in Graecis magis veri) hoc suadet. Atque ista conspicua et signata liberalitas Neronis est: quid minores aliae et sparsae, sed coalescentes in grandem summam? De quibus Tacitus: *Bis et vicies millies* HS *donationibus Nero effuderat*: et addit, Patres censuisse, ut repeterentur ab iis qui cepissent. Ea sunt *quinquagintaquinque milliones*, nisi calculus me fallit. quod et alibi vereor, et ignoscendum est in sermonis hoc cursu et calore.

7. Adiungo NYMPHIDII, post Neronem, promissum: non Principis, sed pro Principe tamen factum. Ipse ut *Vrbanum omnem militem et Praetorianum Galbae adiungeret, promisit iis septem mille et quingentas drachmas* {Latine esset, *Triginta sestertia*} *viritim; reliquis extra urbem, mille ducentas quinquaginta* {Latine, *Quina sestertia*}. In Plutarcho hoc ita leges, ingentem donationem, et qualis antea in hoc genere nec fuit. Nam *priores illae Drachmae* in Vrbanos, faciunt nobis *septingentos quinquaginta* Philippicos: alterae in Legionarios, *centum vigintiquinque*. Quo hoc ascendat in plura quam *vigintiquinque millia* Vrbanorum: in amplius *ducentena* Exterorum? ut Classes, et talia, omittam. Iure igitur Plutarchus exclamat et queritur, *plusquam Neronem hunc renatum, nec potuisse eam pecuniae molem extrui, nisi ut omne Romanum imperium attereretur aut everteretur*: praesertim post tot et tam recentes a Nerone ictus.

8. Infinitae deinde sunt largitiones in militem, vel in populum: sed, nisi memoria imponit, infra iam dictas. Ideo nec pono; unam *Severi* Imp[eratoris] tantum libo. Dionis compendium: *Celebravit Decennalia imperii sui, et dedit populo qui frumentum solet accipere* (nota semper fere de Populo frumentario) *itemque Praetorianis decem aureos. Qua in re se iactabat. revera enim* NEMO *umquam antea tantum* SIMVL *dederat, effusumque hac donatione bis millies* HS {*Quinque milliones*}. Decem istos Aureos, scito Romanos fuisse: id est nostros *viginti*, aut paullo amplius. Ita magna vis assurgit, et expressa est a Dione summa: sed haero an satis ex vero additum, *numquam antea tantum* datum. Nam et Commodi Imperatoris superfluens donatio fuit, in Lampridio notata: *Congiarium dedit populo, singulis Denarios septingentos vicenos quinos*. Qui sunt Romani aurei *vigintinovem*: paene triplum eius, quod Severus postea dedit. Nam quod vir doctus quidam hic rescribit *septuagenosquinos*, valde est praeter rem et Lampridii mentem. Sed scilicet Dionem scribere, *Simul numquam* tantum datum: id est, et Populo et Militibus. Alioqui et superiores aliquot donationes militares valde excedunt.

9. De Donis peregi, et simul de *Opibus publicis*.

---

8 NYMPHIDII 1599, 1605] *Nymphidii* 1598 **15** *vigintiquinque* 1599, 1605] *viginti* 1598

---

2 DC 62.63.6 **5** Tac. *Hist*. 1.20.1 **9-11** Plu. *Galb*. 2.2 **17-18** Plu. *Galb*. 2.2 **22-25** DC. 77.1.1 **29-30** HA *Com*. 16.8

lo cual, de nuevo, da como resultado *dos millones y medio*. Aunque, ¿no sería mejor escribir en Suetonio *doscientos millones*? Si es así, auméntese otro tanto. De hecho esto es lo que propone manifiestamente el compendio de Dion (los números, en efecto, en los textos griegos son más veraces). Así pues, esta es una liberalidad conspicua y señalada de Nerón: ¿a cuánto suben otras menores y repartidas, pero que juntas suponen una gran suma? Sobre ellas dice Tácito: *Nerón había disipado dos mil doscientos millones de sestercios en donaciones*, y añade que los senadores decidieron reclamárselas a los que las percibieron. Son *cincuenta y cinco millones* si no me falla el cálculo, cosa que me temo ya haya pasado y debe perdonárseme a estas alturas e intensidad del discurso.

7. Añado lo que prometió NINFIDIO, que viene después de Nerón. No es el acto de un príncipe, sino el de uno que actuaba en su lugar. Este, para *reunir todo el ejército urbano y pretoriano del lado de Galba, le prometió siete mil quinientas dracmas a cada uno* {en latín son *treinta mil sestercios*} *y al resto que estaba fuera de la ciudad, mil doscientos cincuenta* {en latín, *cinco mil sestercios*}. Así puedes leerlo en Plutarco como una donación ingente y sin parangón con otras anteriores. Pues la *cantidad inicial de dracmas* para los urbanos suponen *setecientos cincuenta* filípicos para nosotros y la siguiente para los legionarios, *ciento veinticinco*. ¿A cuánto sube si contamos más de *veinticinco mil* urbanos y una cifra superior a los *doscientos mil* soldados de frontera? Y conste que prescindo de flotas y otros cuerpos. Con derecho, pues, exclama Plutarco y lo teme *más que a un Nerón renacido, y sólo se pudo acumular esa masa de dinero devastando y expoliando todo el Imperio romano*. Sobre todo, después de todos los recientes sablazos que Nerón había dado.

8. Infinitas son las dádivas posteriores a favor del ejército o del pueblo, pero si la memoria no me engaña, ya han sido expuestas. Por ello no sigo, tan sólo me voy a permitir una del emperador *Severo*. El compendio de Dion dice que *celebró los diez años de su imperio y pagó al pueblo que suele percibir el grano* (date cuenta que casi siempre se habla del pueblo frumentario) *y también a los pretorianos, diez áureos. Cosa que le enorgullecía. En efecto es cosa cierta que jamás* NADIE *con anterioridad había pagado tal cantidad* DE UNA VEZ*, pues con esta donación se liquidaron doscientos millones de* HS {*Quince millones*}. Sé que estos diez áureos fueron romanos, esto es *veinte* de los nuestros, o poco más. Surge así una gran cantidad, y Dion da los detalles de la suma, pero me queda la duda de si es verdad lo de que *jamás con anterioridad tal cantidad* había sido pagada. Pues también el emperador Cómodo realizó una desbordante donación que se cita en Lampridio: *Pagó al pueblo una distribución de setecientos veinticinco denarios por persona*, que son veintinueve áureos romanos, prácticamente el triple de lo que pagó Severo posteriormente. Y es que lo que cierto sabio varón ha rectificado en este punto, *setenta y cinco por persona*, queda con mucho al margen del asunto y de la intención de Lampridio. Pero está claro que lo que Dion escribió es que esa cantidad, tanto al pueblo como a los soldados, *jamás* se dio *de una vez*. Por lo demás, también algunas donaciones militares le superan con creces.

9. Con esto queda dicho todo sobre las donaciones y también lo de los *recursos públicos*.

Lib. II cap. 15: De privatorum aliquot opibus, et materiae huius finis.

1. Transeo ad *Privatas opes*, quae et ipsae magnae fuerunt, et per multos sparsae. Quis nescit Senatores aut Senatorios plurimos fuisse, et plures longe Equites Romanos? Atqui primis illis, census sub Augusto fuit *Decies* HS: sive *vigintiquinque millia* Philippaeorum. Istis, id est Equitibus, census *Quadringentorum*, quae faciunt *decem millia* Philippaeorum. Hic census, quem necessario haberent: quam multos autem, et plerosque omnes, putas excessisse? Ac lubet paullisper recensere hos divites: inter quos quem prius, quam Crassum illum cognomento *Divitem*? Cicero aliique de eo, atque etiam in eum Cicero ista {in Paradox[is]}: *Multi audierunt ex te, cum diceres, Neminem divitem esse, nisi qui exercitum suis* FRVCTIBVS *alere posset. Ergo hoc proposito, numquam eris dives, antequam tibi ex tuis* POSSESSIONIBVS *tantum reficiatur, ut ex eo tueri sex legiones, et magna equitum ac peditum auxilia possis*. Haec vox Crassi fuit, opinor, negantis se Divitem, etsi vulgo ita audiret: quia nemo sic dicendus, nisi cui tales opes. In Plinio hoc paullo contractius {Lib[ro] XXXIII cap[ite] X}: *M*[*arcus*] *Crassus negabat locupletem esse, nisi qui* REDITV *annuo tueri* LEGIONEM *posset. In agris suis* HS *bis millies possedit, Quiritum post Sullam ditissimus*. Qui locus inspectione, fortasse et correctione eget. Primum de *Legione* una ait: quod Cicero palam de pluribus (imo et *sex* nominat) et item Graeci de *exercitu* tradunt. Itaque in Plinio quoque verius censeam, *Legiones*. Iam quod addit, *bis millies in agris possedisse*: quid ergo in aliis? in servis, in pecunia, in vasis ac supellectile, denique in domibus, quantum habuit? Sane alterum tantum dixerit aliquis, ex communi tunc ratione et proportione opum. Plutarchus scribit, solos *architectos et fabros eum in servis habuisse, ad quingentos*, quorum operam eloocabat in urbe ruinis vel incendiis obnoxia: quid deinde servorum ad reliquos usus, domi vel in agris? Haec eo deduco, ut solicitem et quatiam lectionem Plinii receptam: et quia non arbitror in solis agris sic habuisse. Argumento ex Plutarcho, quod totus census eius, *post Decumas Herculi datas, et epulum frumentumque plebi, non fuerit nisi septem millium et centum talentorum* {4.260.000 Phil[ippicorum]}. Atqui longe hoc ab illo *bis millies* abest in solis agris. Facit et ipse Plinius, qui paullo post subiicit, *Multos postea se cognovisse, servitute liberatos, opulentiores*. Libertos autem intellegit, qui ad *ter millies*, aut circa, pervenerunt. Non insisto: dico, legendum mihi videri in Plinio, *nisi qui legiones tueri posset ex agris suis. Sestertium bis millies possedit*. Vt universae opes eius fuerint *bis millies*, sive *quinque millionum*. [[Quod propemodum consonat cum illis *talentorum millibus*, e Plutarcho recitatis: et Decimas Herculanas si addis, proxime accedit.]] Senecae item locum huc subiungo {De vita beata ca[pite] XXI}: *M*[*arcus*] *Cato possidebat ipse quadragies* HS *minus sine dubio quam Crassus, plus quam Censorius Cato. Maiore spatio, si comparetur, proavum vicerat, quam a Crasso vinceretur*. Moneo primo legendum, *quadringenties* HS quod

---

8 paullisper 1605] paulisper 1598, 1599 **28** {4260000 Phil} 1605] deest 1598, 1599 **32** . *Sestertium* 1599, 1605] HS. **33-35** [[Quod...accedit.]] 1605] deest 1598, 1599 **35** item locum 1605] locum 1598, 1599 subiungo 1605] addatur 1598, 1599 **38** primo 1599, 1605] deest 1598

10-13 Cic. *Paradox*. 6.45 **15-17** Plin. 33.134 **23** Plu. *Cras*. 2.5 **27-28** ≅Plu. *Cras*. 2.3 **30** Plin. 33.134 **36-38** Sen. *Vit. Beat*. 21.3

Lib. II cap. 15: Sobre algunos recursos privados. Conclusión de este tema.

1. Paso a los *recursos privados* que también fueron muy grandes, y estaban repartidos entre muchos. ¿Quién no sabe que hubo muchos senadores o de rango senatorial, y muchos más caballeros romanos? Pues bien, en tiempo de Augusto se estableció para los primeros la fortuna en *un millón* de HS, o *veinticinco mil* filipeos. Para aquellos otros, esto es para los caballeros, la fortuna era de *cuatrocientos mil*, que hacen *diez mil* filipeos. Esta fortuna era la que debían tener obligatoriamente, pero ¿no crees que muchos, o casi todos, lo sobrepasaron? Creo oportuno hacer un breve recuento de estos ricos, entre ellos ¿quién va a ocupar el primer lugar sino Craso apodado el rico? Cicerón y otros escriben sobre él y precisamente a él se dirige Cicerón cuando dice {en las «Paradojas»}: *Muchos te oyeron decir que nadie era rico si no podía alimentar un ejército con sus propias* COSECHAS. *Por lo tanto, según esta idea, jamás te podrás considerar rico hasta que no obtengas de tus* POSESIONES *tanto como para poder sustentar seis legiones y una gran cantidad de unidades auxiliares de caballería e infantería*. Estas palabras se las dirigió a Craso, creo, cuando este negaba ser rico, aunque es lo que se solía decir entre la gente. Venía a decir que nadie debería ser tratado como tal si no disponía de tales recursos. En Plinio {en el libro XXXIII, capítulo X} se dice con más moderación: *Marco Craso negaba que nadie era terrateniente si no podía sustentar con el* RENDIMIENTO *de un año* UNA LEGIÓN. *Poseía doscientos millones de sestercios en fincas de su propiedad y era el más opulento de los quirites tras Sila.* Este pasaje necesita de una revisión y también, quizá, de una corrección. En primer lugar, en lo relativo a la *legión* habla sólo de una cuando Cicerón habla a todas luces de muchas (y por cierto que incluso cita a *seis*) y lo mismo dicen los griegos cuando hablan un *ejército*. Así pues, yo creo que también en Plinio es más verosímil hablar de *legiones*. Y siguiendo, cuando añade que *poseyó doscientos millones en fincas*, ¿qué no tendría por otros conceptos?, ¿cuánto tuvo en esclavos, dinero, ajuares y muebles, y en casas por último? Habrá quien diga correctamente que otro tanto, según la común relación de entonces y la proporcionalidad de los recursos. Plutarco escribe que *sólo como arquitectos y albañiles tuvo unos quinientos esclavos*, cuyo trabajo arrendaba en los derrumbes de la ciudad o para sofocar incendios. ¿Cuántos esclavos no debió tener además para otros menesteres en su casa o en sus fincas? Esta información me invita a cambiar y modificar la lectura de Plinio comúnmente aceptada, y es que no creo que tuviese todo su dinero sólo en fincas. Lo hago con el argumento que saco de Plutarco de que el conjunto de su fortuna *después de pagar los diezmos de Hércules, el banquete y el grano de la plebe, no era de menos de siete mil cien talentos* {4.260.000 filípicos}. Esta cantidad se aleja bastante de los *doscientos millones* sólo en fincas. También permitie la modificación el propio Plinio, que poco después deja caer que *con posterioridad conoció a muchos que libres de la servidumbre se hicieron más adinerados*. Se refiere, en efecto, a los libertos que llegaron a los trescientos millones más o menos. No voy a insistir en ello, digo tan sólo que a mi parecer debe leerse en Plinio que *sólo quien pudiese sustentar legiones con las fincas de su propiedad. Poseyó doscientos millones de sestercios*. De tal modo que el conjunto de sus recursos sería *doscientos millones* o *cinco millones*, lo cual, poco más o menos, está en consonancia con aquellos *miles de talentos* que se leen en Plutarco y si, además añades los diezmos hercúleos, le queda muy cerca. Aquí agrego también un pasaje de Séneca {«De vita beata», capítulo XXI}: *Marco Catón poseía personalmente cuatro millones de sestercios, menos, sin duda, que Craso, pero más que Catón el Censor. Con mayor diferencia, si se hacía la comparación, había vencido a su antepasado que fue vencido*

certum est: deinde addo, ex hac comparatione elucere, quod haud multo ultra *bis millies* Crassus potuerit habere. Alioqui nimium intervallum sit inter Catonem Vticensem et ipsum: quod Seneca negat.

2. Aud.- At enim Lipsi, vis tu igitur Crassum ad reditum ex agris tantum respexisse?

3. Lips.- Videtur. nam et Cicero scripsit, *nisi tibi ex* POSSESSIONIBVS *tuis tantum reficiatur*: et ante, *nisi qui exercitum* FRVCTIBVS *suis alere posset*. Ea vero ad agros spectant: et ipsa Plinii vox, *Neminem* LOCVPLETEM *esse*. Etsi haud nego, multos Romanorum magna latifundia habuisse: sed summa haec exorbitet. Alioqui L[ucius] Domitius ille, succesor in Galliam Caesari destinatus, agris sane abundare debuit, qui (leges in ipso Caesare) Corfinii obsessus, ad animandos milites {I Civil[ium]}, *in concione agros ex* SVIS POSSESSIONIBVS *pollicetur, quaterna in singulos iugera, et pro rata Centurionibus Evocatisque*. At enim triginta cohortes ibi militum, id est *duodecim* circiter *millia*. Ea sint igitur *quadragintaocto millia* iugerum: quid iam in Centurionibus et Evocatis, quibus *duplum* debebatur? Lego et in Plinio {Lib[ro] XVIII}: *Sex dominos semissem Africae possedisse sub Nerone, quos ille interfecerit*. [[Quid Seneca {De Tranq[uilitate] Cap[ite] XI}, de *Pompeio* (an *Poppaeo*) quodam, sub Caligula? nam qui *Ptolomaeum* restituunt, ab ipso mox refelluntur. Quid igitur de eo? *Panem et aquam defuisse, cum* TOT FLVMINA *possideret, in suo orientia, in suo cadentia*. Si haec vera; oportuit totas regiones possedisse. uti C[aius] Antonius ille, collega Ciceronis in Consulatu, *totam Cephaleniam insulam, velut proprium patrimonium habuit, atque ibi opidum etiam novum struxit*: quod traditum ita Straboni {Lib[ro] X}.

4. [[Aud.- De Antonio, esto: nec magna ea insula. At de Poppaeo, et TOT FLVMINIBVS, ex vero scriptum?

5. Lips.- Ex vero. nec solus Poppaeus talis, plures Seneca aggregat, epistola LXXXIX ubi hos avaros communiter ita insequitur: *Quousque fines possessionum propagabitis? Ager* VNI DOMINO *qui* POPVLVM *cepit angustus est. Quousque arationes vestras porrigetis, ne* PROVINCIARVM *quidem satione contenti circumscribere praediorum modum?* ILLVSTRIVM FLVMINVM *per privatum decursus, et* AMNES MAGNI*, magnarumque gentium termini,* VSQVE AD OSTIVM A FONTE *vestri sunt. Hoc quoque parum est. nisi latifundiis vestris maria cinxistis, nisi trans Hadrianum, et Ionium, et Aegaeum vester villicus regnent. Nisi* INSVLAE*, ducum domicilia magnorum, inter* VILISSIMA *rerum numerentur*. Quid ais? non haec satis clara, satis certa sunt: nec illustrant, sed augent quae dixi? Si enim unus aut alter talis, quid attinet ut publicum morbum carpere? Sed plures omnino fuerunt: et quidam etim dono haec capiebant.

---

12 leges 1605] deest 1598, 1599 **17-*5*** [[Quid...hi]] 1605] Hi 1598 **25-*5*** [[Aud.-...hi]] 1605] Hi 1599

7-8 Cic. *Paradox.* 6.45 **9** Plin. 33.134 **12-14** Caes. *B. C*. 1.17.3 **17** Plin. 18.35 **20-21** Sen. *Tranq*. 11.10 [ed. Bouillet: *Pompeio*] **22-23** Str. 10.2.13 **29-36** Sen. *Ep.* 89.20

por Craso. En primer lugar aconsejo que se lea *cuarenta* millones de sestercios, que es lo cierto, y después añado que a partir de esta comparación queda claro que Craso no pudo tener mucho más de los *doscientos millones*. Por lo demás, Séneca niega que haya habido una diferencia *excesiva* entre Catón de Útica y el mismo Craso.

2. Discípulo- Pero, de verdad Lipsio, ¿pretendes, por lo tanto, que Craso sacase todo ese rendimiento de sus fincas?

3. Lipsio- Eso parece, y es que también Cicerón escribió que *a no ser que de tus* POSESIONES *obtengas tal cantidad*, y con anterioridad, *a no ser que pueda alimentar un ejército con sus propias* COSECHAS. Estos términos, sin duda, tienen a la vista las fincas y también la propia expresión de Plinio *nadie es* TERRATENIENTE. Aunque no niego que muchos romanos tuvieron grandes latifundios, está claro que esta suma es exorbitante. Por otro lado, aquel Lucio Domicio que fue destinado como sucesor de César en Galia realmente debió de tener fincas en abundancia pues, sitiado en Corfinio (lo puedes leer en el propio César, {I de las «Civiles»}), para animar a sus soldados *en una arenga realizó una oferta de fincas* DE SU PROPIEDAD *de cuatro yugadas para cada hombre y su parte proporcional para centuriones y reenganchados*. Allí había treinta cohortes, esto es, alrededor de *doce mil* soldados. Esto supone, pues, cuarenta y ocho mil yugadas, ¿cuánto les correspondía a centuriones y reenganchados a los cuales se les debía dar el *doble*? También leo en Plinio {en el libro XVIII} que *en tiempos de Nerón seis grandes propietarios poseyeron la mitad de África, a los que él mandó asesinar*. ¿Qué dice Séneca acerca de un cierto *Pompeyo* (o quizá *Popeo*) en tiempos de Calígula {«De tranquilitate», en el capítulo XI}? De hecho los que restituyen *Ptolomeo* quedan refutados al punto por el propio texto. ¿Qué es lo que dice, pues, sobre él? *Carecía de pan y agua a pesar de poseer* TANTÍSIMOS RÍOS *en sus tierras de levante y de poniente*. Si esto es cierto, hace falta que poseyera regiones enteras tal y como aquel Cayo Antonio, colega de Cicerón en el consulado, que *tuvo toda la isla de Cefalonia como patrimonio propio y llegó a construir allí una nueva ciudad*, así es como le llegó a Estrabón {en el libro X}.

4. Discípulo- Sea lo que dices sobre Antonio, pues no es muy grande aquella isla. Pero lo de Poppeo y sus TANTÍSIMOS RÍOS, ¿puede decirse que sea verdad lo que dice ese texto?

5. Lipsio- Desde luego que sí, no sólo el tal Poppeo, Séneca agrega a muchos en la epístola LXXXIX, en la que se censura en general a los avariciosos del siguiente modo: *¿Hasta dónde vais a llevar las fronteras de vuestras posesiones? Un campo que engloba a una* POBLACIÓN *os parece pequeño* PARA UN SOLO SEÑOR. *¿Hasta dónde extenderéis vuestros labrantíos, nisiquiera os contentáis con abarcar con la siembra de las* PROVINCIAS *gran cantidad de haciendas? Los cauces de* RÍOS ILUSTRES *pasan por vuestras propiedades privadas, también* GRANDES AFLUENTES *que son fronteras de grandes naciones son de vuestra propiedad* DESDE SU NACIMIENTO HASTA SU DESEMBOCADURA. *También esto os parece poca cosa, si no podéis rodear mares con vuestros latifundios, y si vuestro casero no gobierna al otro lado del Adriático, del Jónico y del Egeo. Si no convertís las* ISLAS*, domicilio de grandes caudillos, en las* COSAS DE MENOS VALOR. ¿Qué me respondes?, ¿no son estas palabras suficientemente claras y resueltas?, ¿no crees que no sólo ilustran, sino que resaltan cuanto he dicho? Si hubo uno o dos semejantes no hay

6. Aud.- Dono? id vero nullus crediderim.

7. Lips.- Iterum Seneca, De Beneficiis: *Beneficium est, donare regiones, per quas* MAGNA FLVMINA ET NAVIGABILIA *decurrant*. Donarit autem eas Princeps, vel aliquis ille dives testamento. Sed ecce hi] vere locupletes: et quorum fundos nec milvi oberraverint, ut ait poeta.

8. Sed redeo ad universe Divites, inter quos L[ucius] Cornelius Balbus merito locandus. qui (ut Dio scripsit {Lib[ro] XLVIII}) *homines suae aetatis Divitiis et Magnitudine animi supergressus est, adeo ut moriens populo Romano viritim legaverit denarios vigintiquinque, sive Aureum Romanum unum*. Quid putemus nunc heredes, et legatarios habuisse? Seneca etiam noster, ille doctrinae et sapientiae, id est internorum bonorum, ita dives, quam rara forte et externorum fuit? Eum *ter millies* HS {7.500.000 *Phil*[*ippicorum*]} *possedisse*, amicus illi Tacitus scripsit, et inimici cum multa invidia obiecerunt.

9. Aud.- Quidni Lipsi? et ille vir maximus, hoc uno titulo apud me minuit, quod sic in opibus abundet. Philosophum hoc decuit? et quidem Romanum, qui facta sibi vincidant, magis quam verba?

10. Lips.- Miserum Senecam, ut video. quare? quod non Virtus solum ei, sed Fortuna faverit: et in alio tamen aliquo hoc laudemus. Sed quia rara haec coniunctio, praesertim in modesto et sapiente; et *bonae mentis*, ut ille inquit, *soror est paupertas*: homines indignantur, livent, Senecam equis et quadrigis incurrunt. At meo iudicio, o virum hoc ipso magnum, quod capere potuerit, quod uti, quod habere (ut uno verbo dicam) et non haberi! Quid, quod nec eas suspexerit? inter media censuit, inter fluxa, et quae si abirent, nihil auferrent, nisi semetipsas. Audi illum, o Livor, et sile. *Pone me*, inquit, *in opulentissima domo, ubi aurum argentumque in primiscuo usu sit. Non suspiciam me ob ista, quae etiamsi apud me, tamen extra me sunt. In Sublicium rursus pontem me transfer, et inter egentes abige: non ideo tamen me despiciam, quod in illorum numero consideam, qui manum ad stipem porrigunt. Quid ergo est? domum illum splendidam malo, quam pontem*. Haec vera philosophia est: posse habere, posse carere; non cupere absentes, capere et praesentes: iisdem uti bene, et bonis sublevandis. Sed quid evagor? dives Seneca, et nostro more *septuagiesquinquies centena millia* possedit: plus meruit (audi et hoc Livor:) {Apud Tac[itum] XIV An[nalium]} *et multi nequaquam eius artibus pares plus habuerunt*, ut Nero ad eum dixit. Ecce *Cn*[*aeus*] *Lentulus Augur* (ait ipse Seneca) divitiarum MAXIMVM EXEMPLVM*, antequam illum liberti pauperem facerent, quater millies* HS *suum vidIt. Proprie dixi* (inquit) *nihil enim amplius, quam vidit*. Hic stupor igitur possedit ipsos *decem milliones*, Regum aut certe Regulorum opes.

12-13 {7500000 Phil.} 1605] deest 1598, 1599

3-4 Sen. *Ben*. 3.8.3 **5** Pers. 4.26 (=*Adag*. 2505) **8-10** DC 48.32.2 **12-13** Tac. *Ann.* 13.42.4 **22** Petr. *Satyr*. 3.84.4 **26-31** Sen. *Vit. Beat*. 25.1 **34** Tac. *Ann* 14.55.4 **35-38** Sen. *Ben.* 2.27.1 [ed. teubneriana : *libertini* pro *liberti*]

por qué tratarlos como un mal público. Pero es que, en verdad, fueron muchos y algunos conseguían estos bienes como regalo.

6. Discípulo- ¿Como regalo? De verdad que no puedo creerlo.

7. Lipsio- De nuevo Séneca, en el «De Beneficiis»: *Una gracia es regalar regiones por las cuales transcurran* GRANDES RÍOS NAVEGABLES. El Príncipe, en efecto, las regalaba o también cualquier otro rico por testamento. Pero ahí tienes los que fueron realmente terratenientes, dentro de cuyas propiedades hasta los milanos vuelan errantes, como dice el poeta.

8. Regreso, no obstante, a los genéricamente ricos, entre los cuales debe situarse con todo merecimiento a Lucio Cornelio Balbo, el cual (como escribió Dion, {en el libro XLVIII}) *sobresalió por encima de los hombres de su tiempo en riquezas y magnanimidad, hasta tal punto que a su muerte dejó al pueblo romano veinticinco denarios por persona, o un áureo romano*. ¿Cuánto debemos suponer, entonces, que obtuvieron sus herederos y legatarios? También nuestro Séneca, ¿fue tan rico en ciencia y sabiduría, esto es en bienes internos como, cosa tal vez extraña, en bienes externos? Su amigo Tácito escribió que *poseyó trescientos millones de* HS {7.500.000 filípicos}, y que con gran envidia sus enemigos se lo reprocharon.

9. Discípulo- ¿Y por qué no deberían reprochárselo, Lipsio? Aquel excelente hombre pierde su valor ante mi por este único credencial, por ser tan desbordante su riqueza, ¿es propio esto de un filósofo decente? Y además, trantándose de uno romano que se justifica más por los hechos que por las palabras.

10. Lipsio- Prefieres, según veo, que Séneca hubiera sido pobre, ¿por qué? Porque no sólo le favoreciera la virtud, sino también la fortuna. Y, sin embargo, alabamos esto mismo cuando afecta a alguna otra persona. Pero como esta combinación es extraña, particularmente en el caso del que es modesto y sabio y, como dijo aquel *la pobreza es la hermana del alma buena*, los hombres se indignan, tienen celos, arremeten con carros y carretas contra Séneca. Pero a mi juicio, ¡gloria a un hombre excelso por esto mismo! Porque haya podido adquirir, disponer, tener, (y por decirlo en una palabra), por no depender de nadie. ¿Y qué, que no las mirara con deseo? Él consideró que las propiedades son cosas de mediano valor, entre las cosas efímeras, de modo que si desapareciesen, nada le arrebatarían salvo su mera materialidad. Escucha sus palabras, ay malévolo, y calla. *Dame*, dice, *una casa opulentísima en la que oro y plata sean de uso corriente. Por estas cosas no me jacto, pues, aunque están a mi lado, quedan en cambio fuera de mí. Llévame, por el contrario, al puente Sublicio, y confúndeme entre los indigentes, por ello no me avergüenzo de mi mismo, por hundirme entre los que ponen su mano a la caridad. ¿Qué se deduce de ello? Yo prefiero aquella casa espléndida al puente*. Esta es la verdadera filosofía: ser capaz de tener y de carecer, no desear lo que no se tiene y disfrutar de lo que se tiene, usar de los bienes rectamente, incluso de los que van a desaparecer. Pero, ¿qué divago? El rico Séneca poseyó según nuestro modo de contar *siete millones y medio*, aunque más merecía (escucha también esto, malévolo) {en Tácito, XIIII de los «Anales»}: *Muchos que en modo alguno eran iguales a él por sus conocimientos tuvieron más*, como le dijo Nerón. Ahí tienes a Cneo Léntulo, el augur {lo dice el propio Séneca}, el MAYOR EXPONENTE de riquezas, *antes de que los libertos lo dejaran en pobre, vio suyos cuatrocientos millones de* HS. *Yo le dije* (sigue)*, que eso era lo único que era capaz de ver*. En este punto siento

11. Sed indicat Seneca, libertos et plus habuisse. Ac sane de Pallante Tacitus scribit, {XII Ann[alium]} *sestertii ter millies possessorem* fuisse: quod *quater millies*, me volente, Dionis Breviarium in Nerone expressit. Et hoc ipsum colliberto eius Aelio Narcisso, idem Dio in Claudio narravit. Sed aula hos beavit, inquies, Vis igitur et homines, non e Senatu vel aula? ecce e media plebe unum, e Plinio {Lib[ro] XXXIII cap[ite] X}: *C*[*aio*] *Asinio Gallo, C*[*aio*] *Marcio Censorino Co*[*n*]*s*[*ulibu*]*s.* (id fuit sub Augusto) *C*[*aius*] *Caecilius Claudius Isidorus testamento suo edixit, Quamvis multa civili bello perdidisset, tamen relinquere servorum quattuor millia centum sedecim, iuga boum tria millia sexcenta, reliqui pecoris ducenta quinquaginta millia, in numerato* HS *sexcenties* {*Deciesquinquies centena millia* Philip[picorum]}. *Funerari se iussit* HS *undecim millibus*. Vide tu tot servos, boves, pecudes, tantum numeratae pecuniae: et miror agros non expressos, quos tamen suspicor habuisse, itemque villas, et aedes. Sed utut sit, familiam illam solam servorum vide: quis Principum habet?

12. Aud.- Valde quidem isti copiosi in servis, quod et in Crasso notavi.

13. Lips.- Valde. et Petronius ex more, si non ex vero, de Eumolpo suo facetissima narratiuncula scripsit: *Familiam quidem tam magnam per agros Numidiae sparsam habere, ut vel Carthaginem posset capere*. Certe aliquot millia esse debuerunt eorum, qui armis apti: sicut et historica fide Vopiscus de Proculo tradit, *eo tempore quo sumpsit imperium, duo millia servorum suorum armasse*. Quid Belisarius ille sub Iustiniano magnus? *duodecim millia puerorum* (ita loquuntur) habuisse propria, Aimoinus, Regino, aliique testantur. Nam illud quod in Athenaeo adfirmate scribitur, quale est? {Lib[ro] VI} *Quosdam Romanorum ad* DECEM *aut* VIGINTI *millia servorum habuisse, nec ut* QVAESTVM *ex iis facerent, sed ut asseclas aut subsequas eos modo haberent*. Hoc de servis, mihi ipsi timide tardeque credendum, et tamen credendum. De aliis armentis, simile aliquid (etsi minus est) in Vopisco item lego, de villa Valeriani privata. *in qua quingenti servi, duo millia vaccarum, equae mille, ovium decem millia, caprarum quindecim millia fuere*. Quae mea mens, cum ista cogito? ubi nostrae paupertinae villae, nec millesimis horum instructae?[[Et communia haec, certe non nova, in opibus, illo aevo: auctore Seneca, quem audi, suo more, increpantem {De Benef[iciis] Lib[ro] VII cap[ite] X}: *O miserum, siquem delectat sui patrimonii liber magnus, et* VASTA SPATIA *terrarum colenda per vinctos; et* IMMENSI *greges pecorum per provincias ac* REGNA *pascendi; et* FAMILIA *bellicosis nationibus* MAIOR*; et* AEDIFICIA *privata laxitatem urbium magnarum vincentia*. Haec Seneca. ideoque pauca]] exempla talia aut scripta sunt; aut si scripta, ad nos pervenerunt.]] Casu factum est, quod Caesar prodiderit (et mihi casu incidit) T[itum] Labienum Legatum suum in Galiis, *opidum Cingulum constituisse in Piceno, et sua pecunia exaedificasse*.

30-36 [[Et...pervenerunt.]] 1605] Et quam pauca tamen exempla talia aut scripta sunt; aut si scripta, ad nos? 1598, 1599

---

2 Tac. *Ann*. 12.53.3 **3** DC 62.14.3 **3-4** DC 60.34.4 **6-11** Plin. 33.135 **18-19** Petr. *Satyr*. 3.117.8 **20-21** HA *Quat. Tyr*. 12.2 **22** Aim. *Hist. franc*. 2.6 (=col. 667C) **24-25** Ath. 6.272.e **28-29** HA *Aurel*. 10.2 **32-35** Sen. *Ben*. 7.10.5 **38** Caes. *B. C*. 1.15.2

estupor, pues poseyó *diez millones*, recursos casi de grandes reyes y, con certeza, de los medianos.

11. Séneca indica que, de todos modos, los libertos tuvieron aún más. Y, realmente, Tácito escribe a propósito de Palas {XII de los «Anales»} que fue *propietario de trescientos millones de sestercios*, con gusto los convierto en *cuatrocientos millones* siguiendo el «Breviario» de Dion sobre Nerón. Al tratar la época de Claudio, el mismo Dion explica que el coliberto de aquel, Elio Narciso, poseía la misma cantidad. Pero me dirás que la corte les permitió adquirir tales riquezas. ¿Quieres, pues, ver también a hombres que no procedan ni del Senado ni de la Corte? He aquí a uno de la pura plebe según Plinio {en el libro XXXIII, capítulo X}: *Cayo Cecilio Claudio Isidoro dejó dicho en su testamento, bajo el consulado de Cayo Asinio Galo y Cayo Marcio Censorino* (esto es, en tiempos de Augusto)*, que "aunque perdió mucho en la guerra civil le quedaban todavía cuatro mil ciento dieciséis esclavos, tres mil seiscientas yuntas de bueyes, doscientas cincuenta mil del restante ganado menor, sesenta millones de* HS *en metálico* {*un millón quinientos mil filípicos*}"*. Mandó que se celebrase un funeral con once mil.* Fíjate en todos esos esclavos, bueyes, cabezas de ganado, cantidades de dinero en metálico, me asombra también que no aludiera a tierras, que sospecho, no obstante, tuvo, ni tampoco a villas ni mansiones. Pero sea como fuere, fíjate sólo en aquella 'familia' de esclavos, ¿qué príncipe la tiene?

12. Discípulo- Ciertamente, tenían gran cantidad de esclavos, de ello también me he dado cuenta al tratar de Craso.

13. Lipsio- En efecto. Según escribe Petronio en una pequeña y lindísima narración sobre su Eumolpo que aunque no refleja la verdad sí lo hace con lo que era costumbre habitual. Dice que *tenía repartida por los campos de Numidia una 'familia' tan grande que casi podía conquistar Cartago*. Debió de haber, con certeza, algunos miles de estos que estaban bien dispuestos a tomar las armas, según trae también Vopisco con la fiabilidad propia de la historia cuando habla de Próculo, quien *en el momento en que asumió el poder imperial, armó a dos mil de sus esclavos*. ¿Cuántos tuvo aquel Belisario, que fue tan importante en tiempos de Justiniano? Tuvo *doce mil niños* (así se mencionan) de su propiedad, Aimonio, Regino y otros lo atestiguan. Pues aquello que se afirma en Ateneo, ¿qué significa? {en el libro VI}: *Que algunos romanos tuvieron unos* DIEZ *o* VEINTE *mil esclavos, y no para hacer* NEGOCIO *con ellos sino sólo para tener séquitos y acompañantes.* Yo mismo he tenido que creer esta afirmación sobre los esclavos tímida y tardíamente, pero no obstante debe creerse. Sobre otros rebaños, algo similares (si bien menores) leo en el mismo Vopisco cuando trata sobre la villa privada de Valeriano *en la cual hubo quinientos siervos, dos mil vacas, mil yeguas, diez mil ovejas y quince mil cabras*. Cuando medito sobre ello, ¿cuál es mil reflexión? Me pregunto que donde quedan nuestras miserables villas que no están provistas de estas cosas ni en una milésima parte. Además, en aquella época, estos niveles de recursos eran comunes y, con certeza, en absoluto novedosos, tal y como dice Séneca al que escucho en el momento en que, según su costumbre, reprende {«De Beneficiis», en el libro VII, capítulo X}: *Ay pobre del que se deleita ante el registro de su gran patrimonio, ante los* VASTOS ESPACIOS *de tierra que se cultivan con vencidos, ante* INMENSOS *rebaños de ganados que pacen repartidos en provincias y* REINOS*, ante una* CRECIDA 'FAMILIA' *de esclavos procedentes de pueblos belicosos, ante* EDIFICIOS *privados que superan en holgura a grandes ciudades.* Esto es lo que dice Séneca. No obstante pocos son los ejemplos escritos o, si han sido escritos, pocos los que han llegado hasta nosotros. A una casualidad se debe que César revelase (a mí

Vide in homine privato opes et animum Principis, qui eas in tota opida struenda convertit: quod et medici quidam apud Plinium fecere. [[Quid autem, quod etiam inferiore aevo, rebus et imperio labentibus, magna istae opes? Olympiodori haec excerpta audi: Ὅτι πολλοὶ οἶκοι ῥωμαίων προσόδους κατ᾽ἐνιαυτὸν ἐδέχοντο ἀπὸ τῶν κτημάτων ἀυτῶν, ἀνὰ τεσσαράκοντα χρυσοῦ κεντηνάρια, χωρὶς τοῦ σίτου καὶ τοῦ οἴνου, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων εἰδῶν. ἃ εἰς τρίτον συνέτεινεν {Verto *Trientem*: an aliquis *Triplum* ausit?}, εἰ ἐπιπράσκετο, τοῦ εἰσφερομένου χρυσίου. τῶν δὲ μετὰ τοὺς πρώτους τῶν δευτέρων οἴκων τῆς ῥώμης, πεντεκαίδεκα, και δὲκα κεντηναρίων ἡ πρόσοδος ἦν: *Multae Romanorum domus* (id est, earum domini) *in* ANNVO REDITV *accipiebant e possessionibus suis, ad quadraginta centenarios auri* {400.000 *aureor*[*um*]}*: idque absque frumento, vino, et aliis speciebus, quae si venderentur, facile trientem aequarent illati auri. Secundariae autem domus, quindecim centenarios aut decem recipiebant*. Haec ille, sub Honorii et Arcadii aevuum: quam defecta iam Roma, et per illam Novam imminuta? Atqui tot illi *Centenarii* (centum librae auri in singulis) reddunt *quadringenta* nobis *aureorum millia*: et ubi frumentum, et reliqua? Atque etiam reditus tantum computat, non servos et alia multa, quae sine fructu. Addam distincte et unum exemplum, in quo]] desino. Capitolinus de Gordiano, adhuc privato: *Ditissimus ac potentissimus, in provinciis tantum terrarum habens, quantum nemo privatus. Quaesturam magnificentissime gessit. Aedilitatis suae tempore, duodecim populo Romano munera, id est per singulos menses singula* DE SVO *exhibuit. ita ut gladiatorum nonnumquam quingena paria exhiberet, numquam minus centenis quinquagenis. Feras Lybicas una die centum exhibuit, ursos una die mille*: et plura deinde animalium nominatim: *quae omnia* POPVLO RAPIENDA *concessit*. Amplius de eo, auctore Cordo: *In* OMNIBVS *civitatibus Campaniae, Etruriae, Vmbriae, Flaminiae, Piceni,* DE PROPRIO *illum per* QVATRIDVVM *ludos scenicos et Iuvenalia edidisse*. Qui bene haec tollit singula et pensitat, quique scit quid sit ludos olim edere: nescio quam trutinam reperiet ad tot illa ponderanda aut aestimanda.

14. Diducere mihi non placet, placet abiungere: et *Opes Romanas* publice privatimque satis videor ostendisse. Tu abi, caena, dormi.

---

1 in homine privato 1599, 1605] deest 1598 **2-17** [[Quid...quo]] 1599, 1605] Sed unum etiam exemplum et 1598 **25** *scenicos* 1599, 1605] *scaenicos* 1598

2-8 Phot. 80 (=Olymp.), p. 185, ll. 31-7 **17-22** HA *Gord. tres* 2.3+3.5-6 **23** HA *Gord. tres* 3.8 **24-26** HA *Gord. tres* 4.6

también se me presentó por casualidad) que su general en las Galias Tito Labieno *fundó la ciudad de Cíngulo en el Piceno y la edificó a sus expensas*. Observa en un hombre particular los recursos y el ánimo de un Príncipe, y que emplea ambas cosas para construir una ciudad de arriba abajo. Lo cual, al decir de Plinio, también hicieron ciertos médicos. ¿Qué hay que decir, en efecto, de estos grandes recursos, incluso en la baja época, cuando la economía y el imperio iban a peor? Escucha estos extractos de Olimpiodoro: Ὅτι πολλοὶ οἶκοι ῥωμαίων προσόδους κατ᾽ἐνιαυτὸν ἐδέχοντο ἀπὸ τῶν κτημάτων ἀυτῶν, ἀνὰ τεσσαράκοντα χρυσοῦ κεντηνάρια, χωρὶς τοῦ σίτου καὶ τοῦ οἴνου, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων εἰδῶν. ἃ εἰς τρίτον συνέτεινεν {Lo traduzco como *tercio*, aunque es posible que haya quien prefiera *triple*}, εἰ ἐπιπράσκετο, τοῦ εἰσφερομένου χρυσίου. τῶν δὲ μετὰ τοὺς πρώτους τῶν δευτέρων οἴκων τῆς ῥώμης, πεντεκαίδεκα, και δὲκα κεντηναρίων ἡ πρόσοδος ἦν: *Muchas casas romanas* (esto es, sus dueños) *percibían como* RENDIMIENTO ANUAL *de sus propiedades hasta cuarenta centenarios de oro* (400.000 *áureos*) *y sin contar el grano, el vino y otros productos que con facilidad equivaldrían a un tercio de ese oro en el mercado. Las casas secundarias, por su parte, recibían entre quince y diez centenarios*. ¿Dice aquel estas cosas en tiempo de Honorio y Arcadio, cuando Roma se hubo ya dividido y aquella Nueva la menoscabó? Con todo, todos aquellos *centenarios* (a razón de cien libras de oro por cada uno) hacen *cuatrocientos mil* de nuestros *áureos*, y ¿qué decir del grano y el resto? Además sólo cuenta rendimientos y no siervos y otros muchos bienes que no dan fruto. Voy a añadir los detalles de un último ejemplo, con el que termino. Capitolino dice, refiriéndose a Gordiano, cuando aún era un particular: *Opulentísimo y poderosísimo, tenía tantas tierras en las provincias como ningún otro hombre privado. Ejerció la cuestura con gran magnificencia. En el tiempo de su edilidad organizó la exhibición de doce espectáculos para el pueblo romano* DE SU BOLSILLO*, esto es, uno por cada mes. Lo hizo de modo que en ocasiones se exhibieron quinientas parejas de gladiadores, y jamás menos de ciento cincuenta. En un solo día exhibió cien fieras líbicas, otro día mil osos*, siguen muchos otros animales con sus respectivos nombres, todas aquellas bestias que debían ser SACRIFICADAS las *concedió* AL PUEBLO. Algo más al respecto se puede leer en Cordo: *En* TODAS *las ciudades de Campania, Etruria, Umbría, Flaminia o Piceno organizó* DE SU PROPIO BOLSILLO *juegos escénicos y celebraciones de la juventud durante* CUATRO DÍAS SEGUIDOS. Quien quiera tomar cada uno de estos juegos y someterlo a análisis ya sabe cuánto valía antiguamente organizar uno, yo no sé qué balanza va a encontrar para sopesarlos y averiguar su precio.

14. A mí no me complace extenderme innecesariamente, sino diferenciar ordenadamente los conceptos: al respecto creo haber presentado suficientemente los *recursos romanos*, tanto los públicos como los privados. Tú vete a casa, cena y duerme.

Lib. III. cap. 1: Ad Opera Romana transitum, et primo de ligneis aut temporariis dictum.

1. Aud.- Male mihi hac nocte fuit.

2. Lips.- Quid ita?

3. Aud.- Quia here nimium bene. Suaves illi sermones animo inhaeserunt, et per cerebri huius spatium inerrantes, vere dicto, ademerunt mihi somnium.

4. Lips.- Aliter ego dixeram: meministin, ultimi mei, *Dormi*? Atqui cautio erit ne sic in posterum: mittemus potius, aut suspendemus, hos sermones?

5. Aud.- Quin tu verbum hoc suspende: nam meruit. Itane sermones hos tollas, in quibus unica mihi spes solatii? nam ne nescias, ut ii qui a scorpiis sunt icti, ab iisdem remedium habent: sic ego nunc affectus. Ad te propero, qui pupugisti.

6. Lips.- Ad me? non ego Scorpius, sed Aspis: aurem claudo ad has cantilenas.

7. Aud.- Bene est, pungat me et haec aspis, ut dormiam: et suavi veneno infundat somnum.

8. Lips.- Age, age, medebor: sed non, ut censes, suaviter mi homo: ego vero ut fastidientes quosdam aegros medici, ad exercitia et OPERA te ducam. Ecce enim ea ordine sequuntur.

9. Duplicia autem Romana istaec Opera, *Temporaria* et *Diuturna*. Illa, quae subito et in breve tempus aliquod excitabantur, e terra aut ligno plerumque: ista, quae in longum, et mansuram, e latere, lapide, et materie firmiore. *Temporaria*, duplica iterum video, *In Militia*, et *Extra eam*: atque utraque mereri iustam admirationem. Nam sive militiam videas; quis *Fossas*, *Vallos*, *Aggeres*, et talia terrea; iterumque materialia, *Turres*, *Testudines*, *Musculos*, *Vineas*, legit, tam multa, tam crebra; et ut industriam, aut vires haec patrantium, non aestimat et admiratur? Sive extra eam quaedam, in voluptatem aut splendorem structa; quomodo idem affectus non insinuet animo vel irrumpat? Et Militaria quidem mitto, alias mihi explicata {In ipsa *Militia*, et *Mechanicis*}: pauca ex civilibus tangam.

10. Quo in genere ludicra praecipue fuere: ut *Theatra*, *Amphiteatra*, *Circi*, et magnae eiusmodi moles, structuae saepe in paucos dies, et paene ut deiicerentur. Duo exempla in Plinio, etiam cum eius, qui tam multa ADMIRANDA viderat aut legerat,

---

33 Lips. *De Mil*. V.4-7 **34** Lips. *Polior*. (passim)

Lib. III cap. 1: Transición a las construcciones romanas. En primer lugar, lo referido a obras en madera o provisionales.

1. Discípulo- He pasado mala noche.

2. Lipsio- ¿Y eso?

3. Discípulo- Porque ayer estuve demasiado a gusto. Tus amenas palabras se me grabaron en la mente y me han estado dando vueltas por la cabeza hasta el punto, te lo digo de veras, de quitarme el sueño.

4. Lipsio- Yo hubiera dicho todo lo contrario, pues, ¿no te acuerdas de que lo último que te dije fue *duerme*? Sea como fuere habrá que prevenir que no ocurra lo mismo en adelante: es preferible dejar nuestras charlas para otro día o, mejor, suspenderlas.

5. Discípulo- ¿Por qué no suspendes lo que acabas de decir que sí que lo merece? ¿Pues no quieres anular estas charlas, que son lo único en lo que tengo yo puesta la esperanza de hallar reposo? De hecho, tú no ignoras que a los que les pican los escorpiones hay que curarlos con un remedio que sale de los mismos escorpiones: así es como yo me encuentro ahora. En tí confío, que fuiste el que me dio el picotazo.

6. Lipsio- ¿En mí? Yo no soy un escorpión, sino la serpiente: hago oídos sordos a estas cantinelas.

7. Discípulo- Está bien, que me pique también esta serpiente para que me duerma: que ella extienda el sueño con un dulce veneno.

8. Lipsio- ¡Ea pues!, pondré remedio, pero no del modo apacible que tú esperas, amigo mío. En cambio, tal y como hacen los médicos a ciertos enfermos desganados, te voy a llevar por el camino de los ejercicios y de la OBRAS. Pues, en verdad, este es su turno.

9. Las construcciones romanas son, en este sentido, de dos tipos: *provisionales* y *permanentes*. Las primeras, que se levantaban de improviso y en poco tiempo, se hacían ordinariamente de tierra o madera. Las segundas que requerían largo tiempo, se hacían con argamasa, de ladrillo, piedra y materiales más sólidos. Observo que, a su vez, las *provisionales* eran de dos tipos: las de *finalidad militar* y las que quedan *fuera de este ámbito*: ambas merecen justa admiración. Y es que, así si se fija uno en las militares ¿quién no lee que *excavaciones*, *empalizadas*, *terraplenes* y obras semejantes de tierra o que equipamientos como *torres*, *máquinas de guerra*, *galerías de asalto* o *manteletes* eran abundantes y habituales y no estima maravillado tanto la industria como el peso de sus logros? Del mismo modo, si uno pone su mirada en las obras realizadas al margen de la milicia y construidas para albergar espectáculos y celebrar actos públicos, ¿cuál no es la turbación del observador que queda con el ánimo acongojado? Por lo demás me remito en lo relativo a las construcciones militares a otras obras donde las he explicado {en la propia «Militia» y en las «Mecanicha»}.

10. Trataré algunas de las civiles. Estas estuvieron dedicadas principalmente a los entretenimientos públicos, como los *Teatros*, los *Anfiteatros*, los *Circos* y grandes edificios de este tipo, construidos a menudo en pocos días y prácticamente tal y como cuando se modelan las figuras de los dioses en cera. Hay dos ejemplos en Plinio que incluso para él, que había visto y leído sobre tantas cosas DIGNAS DE SER ADMIRADAS, eran merecedoras de gran admiración. *Marco Escauro,* dice, *durante su*

nimia admiratione. *M*[*arcus*] *Scaurus*, inquit, *fecit in Aedilitate sua opus omnium* MAXIMVM, QVAE VMQVAM FVERE HVMANA MANV FACTA*, non temporaria mora, verumetiam aeternitatis destinatione. Theatrum hoc fuit. Scena ei triplex, in altitudinem* CCCLX *columnarum. Ima pars scenae e marmore fuit, media e vitro, inaudito etiam postea genere luxuriae. Summae tabulis inauratis columnae, ut diximus; imae duodequadragenum pedum. Signa aerea inter columnas, ut indicavimus, fuerunt tria millia numero. Cavea ipsa cepit hominum* LXXX *millia, cum Pompeiani theatri, toties multiplicata urbe, tantoque maiore populo, sufficiat large* XL *millibus. Sed et reliquus apparatus tantus, Attalica veste, tabulis pictis, ceteroque choragio fuit, ut in Tusculanam villam reportatis quae superfuerant cottidiani usus deliciis, incensa villa ab iratis servis, concremaretur ad* HS *millies*. Quid est? friges, nec excitaris?

11. Aud.- Nihil. ipse Plinius me tepefecit, cum scripsit, *non temporaria mora, sed aeternitatis destinatione factum*. Me tepefecit, te refellit, qui inter *Temporaria* hoc refers.

12. Lips.- Tene tam laeve Plinium capere? praevidebam, et metuebam. Sed hoc ille dictum voluit, istud Temporarium eminuisse etiam inter firma illa, et quae aeternitatis spe facta. Non aliud sane dixit: et ecce alibi eius verba {lib[ro] XXXIIII cap[ite] VII}. *In M*[*arci*] *Scauri aedilitate, tria millia signorum in scena tantum fuere, temporario theatro*. Audin, temporario? Iterumque alibi {Lib[ro] XXXV cap[ite] II}: *Trecentas sexaginta columnas M*[*arci*] *Scauri aedilitate ad scenam theatri temporarii et vix uno mense futuri in usu, viderunt portari silentio legum*. Quod locos libentius adfero, quia Plinius eosdem adspexit, cum hic scripsit: *ut diximus*: et *ut indicavimus*: nempe hisipsis locis. Sed quod hic etiam est: *Ima pars scenae e marmore*.) explicat idem supra, in cap[ite] VI. *Marmoreos parietes habuit scena M*[*arci*] *Scauri, non facile dixerim sectos, an solidis glebis politos, sicuti est hodie Iovis Tonantis aedes in Capitolio. nondum enim secti marmoris vestigium erat in Italia*. Vltimis item verbis, *concremaretur ad* HS *millies*:) e manuscriptis aliquis mallet, *ad bis millies* {5.000.000 Phil[ippicorum]}: nec nimium sit pro reliquo luxu. Alias operis partes tu per te, et otiose, si voles, inspice et adstupesce: ego alterum exemplum, ex eodem Plinio, qui dictis iam subnectit. *Aufert animum, et a destinatio itinere digredi cogit contemplatio tam prodigae mentis, aliamque connecti insaniam e ligno. C*[*aio*] *Curio, qui bello civili in Caesarianis partibus obiit, funebri patris munere, cum opibus apparatuque non posset superare Scaurum (unde enim illi vitricus Sulla, et Metella mater, proscriptionum sectrix?) cum iam ne ipse quidem Scaurus sibi comparari posset, quando hoc certe incendii illius*

---

30 {5000000 Phil} 1605] deest 1598, 1599

1-11 ≅Plin. 36.114-115 **20-22** Plin. 34.36 **22-24** Plin. 36.5 **27-29** Plin. 36.50 **32-*14*** ≅Plin. 36.116-119

edilidad realizó una de las construcciones MÁS IMPORTANTES QUE NUNCA SE HA REALIZADO POR MANO DE HOMBRE *no sólo de las que tienen una finalidad temporal, sino que también se cuentan las que se destinan a la eternidad. Se trató de un teatro. Tenía una escena de tres partes, y 360 columnas en altura. La parte inferior de la escena era de mármol, la central de porcelana, un tipo de lujo desacostumbrado incluso con posterioridad. Las columnas de la parte superior eran de madera dorada, como ya hemos dicho, y las de la inferior eran de treinta y ocho pies. Había estatuas de bronce en los intecolumnios, según indicamos anteriormente, en número de 3000. La cávea propiamente tenía capacidad para 80 mil personas, teniendo en cuenta que la del teatro de Pompeyo, habiéndose expandido la ciudad y crecido el pueblo, da cabida ampliamente a 40 mil. Pero es que además el aparato restante era tan importante, contando ropas atálicas, cuadros y el resto de decoraciones escénicas que, después de llevar a la villa de Túsculo las más preciosas que no eran necesarias para el uso cotidiano, en el incendio de la villa durante una rebelión de esclavos, se quemaron unos 10 millones de* HS. ¿Cómo es que te quedas impasible sin sobresaltarte?

11. Discípulo- No encuentro causa para el sobresalto... El propio Plinio me aplaca cuando escribe que *fue hecho no con una finalidad temporal, sino pensando en la eternidad*. A mí me aplaca y a tí te desmiente, pues tú refieres esta obra entre las *provisionales*.

12. Lipsio- ¡No puede ser que interpretes a Plinio tan torpemente! Lo estaba viendo venir...me lo temía. Esta expresión significa que este edificio *provisional* descolló incluso entre los sólidos que se hacían con la esperanza de que duraran eternamente. Realmente no quiso decir otra cosa, y he aquí una cita suya de otro lugar {en el libro XXXIIII, capítulo VII}: *Durante la edilidad de Marco Escauro la cantidad de estatuas en la escena era de 3000, en un teatro provisional.* ¿Has oído bien, dice *provisional*? Y una vez más en otro pasaje {en el libro XXXV, capítulo II}: *Con la aquiescencia de la legislación, vieron como se portaban trescientas sesenta columnas a la escena del teatro provisional y apenas para un uso de un mes, en la edilidad de Marco Escauro*. Te aduzco gustosamente estos pasajes porque Plinio estaba pensando precisamente en ellos cuando escribió en la cita *como dijimos* o *como indicamos*, está claro que lo hace pensando en esos mismísimos pasajes. Por otro lado algo que también aparece en la cita: *la parte inferior de la escena es de mármol*), lo explica él mismo más arriba en el capítulo VI: *La escena de Marco Escauro tuvo paredes de mármol, no me resulta fácil decir si con láminas o de bloques macizos pulidos según hoy en día se ve en el templo de Júpiter Tonante en el Capitolio. Pues, de hecho, todavía no había constancia del laminado del mármol en Italia*. Habrá quien prefiera, a partir de algunos manuscritos, que las últimas palabras *que se quemaron cerca de diez millones de Sestercios*) sean *cerca de veinte millones* {5.000.000 filípicos}, que no es excesivo para ser lo que de lujoso quedaba. Las otras partes de la construcción investígalas tú con tranquilidad, si quieres, y quédate atónito. Yo voy a por el segundo ejemplo, también del propio Plinio, que con sus palabras ya lo levanta. *El examen de otra locura de madera de una mente enormemente fantasiosa atrae nuestra atención y nos obliga a desviarnos del camino que llevábamos. Cayo Curión, que perdió la vida en el bando cesariano durante la guerra civil, en las exequias fúnebres de su padre, no pudo superar en gasto y boato a Escauro (¿dónde encontrar, en efecto, a un Sila de padrastro y a una Metela, millonaria por las proscripciones, de madre?) y tampoco el propio Escauro podía convertirse en objeto de comparación desde el momento que obtuvo la inapelable*

praemium habuit, convectis ex orbe terrarum rebus, ut nemo postea par esset insaniae illi. Ingenio ergo utendum fuit: operae pretium est scire quid invenerit, et gaudere moribus nostris, ac nostro modo nos vocare maiores. Theatra duo iuxta fecit amplissima e ligno, cardinum singulorum versatili suspensa libramento: in quibus utrisque antemeridiano ludorum spectaculo edito, inter sese aversis, ne invicem obstreperent scenae; et repente circumactis, ut contra starent; postremo iam die, discedentibus tabulis, et cornibus inter se coëuntibus, faciebat Amphitheatrum, et gladiatorum spectacula edebat, ipsum magis auctoratum populum Romanum circumferens. Quid enim miretur quisque in hoc primum? inventorem, an inventum? artificem, an auctorem? ausum aliquem hoc excogitare, an suscipere? parere, an iubere? Super omnia erit populi furor, sedere ausi tam in fida stabilique sede. Quae vilitas animarum ista? aut quae querela de Cannis? quantum mali potuit accidere? Ecce populus Romanus universus, velut duobus navigiis impositus, binis cardinibus sustinetur, et seipsum depugnantem spectat, periturus momento aliquo, luxatis machinis. Diserte ista Plinius, et culpans simul ac laudans. Quid autem nos? Legimus, intelligimus, vix credimus (de meo sensu hic fateor:) et qui quantique illi *cardines singuli*, qui tota theatra sustinerent, verterent, iungerent, disiungerentque? De me, parum est: sed coëant ipsi artifices nostri et architectones, laborabunt in re non dicam conficienda, sed exputanda. Plura huius generis passim: sed in circumfusa rerum copia, excerpimus pauca et eligimus, cum iudicio, ut possum.

13. Aud.- Hic non adhibes, quod cum pace tua dicam.

14. Lips.- Quid iam?

15. Aud.- Nam ars et ordo ita praecipit, in dicendo narrandoque ascendere, et, ut ille ait, *ex fumo flammam, non ex flamma dare fumum*. At tu culmina operum dixisti, et minora haud dubie dabis.

16. Lips.- Minora? aliter dices, cum illa *Perpetua* et firma audies: quid si et nunc aliter in his Temporariis? Caii Caligulae pons nescio an ingenio, mole certe et magnitudine vincit, sed et insana illa ambitione sive periculi, sive novitatis. Struxit eum in ipso mari, navibus impositum, magnitudine *trium milliarium et quadrantis*: id est, toto illo spatio, quantum est a Puteolis ad Baulos. Per hunc, triumphantis ritu, cum Senatu militibusque incessit, spectante toto populo: in eodem epulatus, noctem etiam pervigilem egit, inter lascivias et ludos. Addo autem *in paucis diebus* (nam et sic narrant) pontem hunc totum structum: unde tam subito navibus, armamentis, trabibus, omni alia materia convecta? Immensum opus perpendenti, sed sui laudem vanitas detrahit. nam quo fine structum, nisi ut destrueretur? Simile in *Caracalla*, quem alterum *Caligulam* licet dicere. Is autem

---

26 *Adag.* 3640 **30-35** Suet. *Calig*. 19.1

recompesa del incendio de todo cuanto había reunido desde todos los rincones de la tierra y por lo tanto no se podía igualar su locura. Hubo que recurrir, pues, a la invención: vale la pena saber qué inventó para gozar según nuestras costumbres y poder aspirar al nombre de antiguos, según solemos decir. Hizo dos enormes teatros de madera uno enfrente del otro, que se sostenían mediante la resistencia giratoria de dos goznes. Antes del mediodía, se celebraban espectáculos y juegos en ambos, separados el uno del otro para que los escenarios no se interfirieran mutuamente. Después, en un instante, se volteaban para situarse el uno enfrente del otro. Cuando ya llegó el último día, separando tablas y juntándolos entre sí con arcos, se convirtió en un anfiteatro y organizó espectáculos de gladiadores o, mejor, se hizo rodear a sí mismo como promotor por el pueblo de Roma. En lo que acabo de contar, ¿qué es lo que causa más admiración? El inventor o el invento, el constructor o el promotor, quien osó imaginarlo o el que asumió la tarea de hacerlo, ponerse a hacerlo u ordenarlo. Por encima de todo ha de quedar el furor de un pueblo capaz de subirse en tan débil e inestable montura. ¿Qué clase de desprecio por la vida?, ¿a qué llorar a propósito de Canas? ¿cuánto dolor pudo provocar esto otro? Hete ahí a todo el pueblo romano, montado en dos cascarones y confiado en el par de goznes que lo aguantan mientras que se observa a sí misma en lucha, condenado a morir en el momento en que las máquinas se venzan. Elocuentemente se nos muestra Plinio en estas palabras, y reparte a la vez acusaciones y alabanzas. Ahora bien, ¿y nosotros qué? Leemos, comprendemos, pero apenas creemos (confieso que aquí me refiero a mis convicciones), pues ¿qué *par de goznes* y de qué tipo eran para sustentar el peso de teatros enteros, para girarlos, para unirlos y desunirlos? A mí me parece poco, pero reúnanse nuestros propios constructores y arquitectos y que trabajen en un asunto no diré que digno de llevarse a término, sino de ser considerado. Por todas partes hay muchos ejemplos de este tipo, pero cuando la abundancia de los temas se extiende, hay que seleccionar y elegir sólo unos pocos con buen juicio, según sea posible.

13. Discípulo- En este punto no recurres a algo que, con tu consentimiento, te voy a referir.

14. Lipsio- ¿Y bien?

15. Discípulo- Pues que el arte y el orden prescriben ir en ascenso a la hora de hablar y de narrar y, como dijo aquel, *la llama sale del humo y no de la llama el humo*. Pero tú presentas el culmen de las construcciones y no me cabe duda de que las que vas a explicar en seguida serán menores.

16. Lipsio- ¿Menores dices? De otro modo hablarás cuando oigas cómo eran las *perpetuas* y duraderas...y ¿por qué no abundar en estas provisionales? No sé si el puente de Cayo Calígula vence en imaginación, pero con certeza sí lo hace en volumen, tamaño e, incluso, en loca ambición tanto por el peligro como por la novedad. Lo construyó sobre el mismo mar, lo apoyó en naves, y tenía un tamaño de *tres millas y cuarto*, esto es, toda la distancia que hay desde Puzzoles hasta Baculi. Por él, en un rito triunfal, marchó con el Senado y el ejército, mientras lo observaba todo el pueblo. En la misma ocasión celebró un banquete, pasó incluso toda la noche despierto en medio de desenfrenos y juegos. Añado también que este puente se construyó *en pocos días* (pues así lo cuentan). ¿De dónde se acarrearon en tan poco tiempo naves, aparejos, vigas y los restantes materiales? Obra inmensa para todo el que la sopese, pero la vanidad hace que el halago sea menos merecido y es que ¿para qué se construyó si no para ser destruido?

non suis solum, sed alienis opibus proterve abusus. cum, ut Dio scribit, *adigeret homines Senatorii ordinis,* QVOTIES *Roma egrederetur,* DOMOS *et* PRAETORIA *varia struere, item* DIVERSORIA *splendida: etsi in plerisque non solum non acturus haesurusve erat, sed nec ea visurus. Amplius, ubicumque hiematurus erat, aut etiam putabatur hiematurus, cogebantur* AMPHITHEATRA *et* CIRCOS *struere, nec in sumptum quicquam ab eo capientes: et eaipsa mox diruenda*. Quis cum haec legit, sive audit, non admiratur opes et splendorem Senatorum, qui patrare haec poterant? non item detestatur illius insaniam, qui iubebat? Olim in populi totius voluptates, Theatra et Circi structi: nunc in unius imaginarium usum. Nam nec vidit haec omnia saepe, ut Dio dixit.

1-6 DC 78.9.6-7

Lo mismo se puede decir a propósito de *Caracalla* al que se puede llamar un segundo *Calígula*. Este, en efecto, abusó descaradamente no sólo de los recursos propios sino también de los ajenos, *y obligó*, según cuenta Dion, *a que los miembros del orden senatorial le construyeran* CASAS *y* PALACIOS SIEMPRE *que saliese de Roma, y también espléndidos* LUGARES DE DIVERTIMENTO*, si bien en la mayoría no sólo no iba a hacer acto de presencia ni a quedarse, sino que nisiquiera los iba a ver. Es más, donde quiera que fuera a pasar el invierno, aunque sólo se supusiera que iba a hacerlo, se disponían a construirle* ANFITEATROS *y* CIRCOS *sin percibir de él nada por los costes y sabiendo que estas mismas obras en seguida debían ser derruidas*. ¿Quién lee u oye hechos como estos y no se admira de los recursos y del esplendor de los senadores que fueron capaces de realizarlos?, y ¿quién no detesta igualmente la locura del que las ordenaba? Antiguamente se construían teatros y circos para satisfacer a todo el pueblo, ahora para el uso imaginario de uno solo. Pues a menudo, como dijo Dion, ni veía todas estas obras.

Lib. III cap. 2: Diuturna opera, et caput omnium Roma. De situ eius, et in primis de magnitudine indagatum.

1. Sed a damnosis istis et *Temporariis* ad stabilia et utilia veniamus, et quae *Perpetua* dixi. In hoc genere multa sunt Romanae magnificentiae, nec in urbe solum aut ipsa Italia, sed per terrarum orbem sparsa. Licet dicere. divino munere Romanos datos, ad quidquid rude, expoliendum; ad quidquid infectum, faciendum; et loca hominesque, elegantia aut artibus, passim exornandos. Quot *Opida* nova structa? vetera ampliata, aut reparata? in iis *Templa, Basilicae, Fora, Porticus, Aquaeductus, Viae, Theatra, Circi*: et plura, quae aut usum haberent, aut amoenitatem. Quid iam Privatae structurae, ut *Domus* aut *Villae*? omnia splendida, ab ingenio simul et pretio commendanda. Atque ego hic haereo.

2. Aud.- Quid tibi est?

3. Lips.- Sine.

4. Aud.- Non pergis?

5. Lips.- Mane inquam.

6. Aud.- In capite viae sistimus?

7. Lips.- In capite. immensa et vaga se aperit, nec satis scio qui limitem eam aut stringam. Poëtae animi caussa solent dicere, *Vnde tamen coepti iam surgat carminis ordo?* ego ex vero: et incertus animi feror, ubi ordiar desinamque. Nam si vel singularia tantum ostendenda sunt; per omnes provincias, urbes, agros eundum est: ubique enim tale fuit. Infinita, inquam, ista sunt, et cum poëta principe,

> ---ὅσσα τε φύλλα καὶ ἄνθεα γίγνεται ὥρη,
> Ηύγε μυιάων ἀδινάων ἔθνεα πολλὰ.
> {*quot folia aut flores in vere virescunt,*
> *Aut quot muscarum densarum examina bombant*}

8. Sed cogitandi hoc sedet, solam *Romam* tibi ostendere, omnium operum opus, ut sic appellem: et in qua sola fuit, quidquid ubique fuit. Ipsam si in parte nosti (totam ne speres:) etiam illa provincialia noveris, quae pleraque facta ad hoc exemplar. Nam et coloniae Capitolia sua, Fora, Basilicae, Theatra, et talia, habebant ad urbis dominae et parentis suae ritum. Roma igitur fave, et te ostende: et paullisper e ruinis tuis, si fas est, veterem vultum attolle.

9. Situm tuum primum video, et laudo: aut potius pro me Camillus ille apud Livium, qui te bis condidit, et dum Gallis eripuit, et dum tibi cives retinuit et firmavit.

---

32 *bombant* 1599, 1605] *multa* 1598

24-25 *Laus Pison*. (=*Lat. Min. Poet*.) v. 1

Lib. III cap. 2: Las construcciones duraderas y al frente de todas, Roma. Se investiga su emplazamiento y, en particular, su tamaño.

1. Pero pasemos de estas dispendiosas obras *provisionales* a las estables y útiles, que llamé *perpetuas*. Muchas son las magnificencias romanas y están repartidas no sólo por la ciudad o por la propia Italia, sino por las tierras del orbe. Se puede decir que los romanos se consagraron a una tarea divina, depurar al bárbaro, concluir un mundo inacabado y adornar por doquier lugares y personas con cultura y técnica. ¿Cuántas nuevas ciudades se construyeron? ¿Cuántas antiguas se ampliaron o renovaron? En ellas se levantaron *templos*, *basílicas*, *foros*, *pórticos*, *acueductos*, *vías*, *teatros*, *circos*. La gran mayoría tenían un uso práctico o contribuían al encanto del lugar. ¿Qué diré en lo relativo a las construcciones *privadas* como *casas* y *villas*? Todas eran espléndidas y deben ser reverenciadas tanto por su exquisitez como por su precio. Pero en este punto me entra una duda...

2. Discípulo- ¿Qué te ocurre?

3. Lipsio- Permíteme un momento...

4. Discípulo- ¿No prosigues?

5. Lipsio- Te digo que aguardes.

6. Discípulo- ¿Nos detenemos al inicio del camino?

7. Lipsio- Al inicio... Se abre un espacio inmenso y vago, yo no sé ni hasta dónde llega ni cuál es su anchura. Los poetas suelen decir para animarse: *¿de dónde, pues, surge el orden al inicio del poema?* Yo lo digo de verdad, pues soy indeciso cuando se trata de comenzar y de concluir. Y es que aunque tan sólo hubiera que presentar obras excepcionales, habría que ir por todas las provincias, ciudades y campos, pues, en efecto, estas estuvieron por todas partes. Afirmo que son infinitas, y digo con el príncipe de los poetas:

> ---ὅσσα τε φύλλα καὶ ἄνθεα γίγνεται ὥρη,
> Ηύγε μυιάων ἀδινάων ἔθνεα πολλὰ.
> {*cuántas hojas y flores reverdecen en primavera*
> *o cuántos enjambres de moscas apiñadas eclosionan.*}

8. Pero para tí, que me fuerzas, he decidido lo siguiente, mostrarte sólo la ciudad de *Roma*, obra de muchas obras, si puedo llamarla así: pues sólo en ella hubo todo lo que en el resto del mundo. Si llegas a conocerla, aunque sea en parte (no esperes que toda entera), también conocerás las obras provinciales que en su mayor parte se hicieron a partir de este modelo. Pues las colonias también tenían sus capitolios, foros, basílicas, teatros y otras obras semejantes según el hábito de su capital y metrópolis. Así, pues, Roma, senos favorable y muéstrate, eleva por un momento tu antiguo rostro, si es lícito, de entre tus ruinas.

9. En primer lugar me fijo en tu emplazamiento para alabarlo o, mejor que yo, que lo haga aquel Camilo que aparece en Livio y que fue tu fundador por dos veces, cuando te arrebató de los galos y cuando retuvo y estableció con firmeza ciudadanos para tí. Y es que si no hubiera sido por él se hubieran ido, pues los de Veyes ya estaban

Nam absque eo abibant, et Veii iam Roma erant. Ille igitur: *Non sine caussa Dii hominesque hunc Vrbi condendae locum elegerunt. saluberrimos colles; flumen opportunum, quo ex mediterraneis locis fruges devebantur, quo maritimi conventus accipiantur; mare vicinum ad commoditates, nec expositum nimia propinquitate ad pericula classium externarum; regionum Italiae medium*. Videamus, Auditor, paullisper horum singula: et iuvabit me recitatio, et quasi in Roma iterum sistet.

10. Aud.- Bona venia, quot iam anni ex quo lustrasti?

11. Lips.- Ipsi vigintiseptem, cum discessi: sed animum non avelli, et antiquitas amabilis, sed et religio venerabilis saepe eo vocant. Quod ergo dicebam, Camilli ruminemur. *Saluberrimos colles*.) Hodie vix ita sunt: sed caussa, solitudo et desertio; tum et aurae e vicinis paludibus vel aestuariis, et quas alii indagent. *Flumen opportunum*.) Tiberis ille pater, qui urbem secat: *latus circa eam*, ut Dionysius monuit, *quattuor iugera*, (sive pedes CCCC:) *profundus sic, ut maximas naves suscipiat, et portet*. Addit et *Mare vicinum*.) nam distat XVI *millibus passuum*, ut Plinius et Antoninus metiuntur; sive, quod idem est, *centum viginti stadiis*, ut Dionysius. Non ergo Strabonem audies, qui *centum nonaginta* ea computat: sed numerorum et librarii sui errore. In Appiano an error talis, qui non nisi *centum* stadia computat? Nam verba Censorini Consulis sunt, suadentis sive iubentis Carthaginienses, diruta urbe sua, a mari abire: *A mari iubemus non nisi* LXXX *stadia vos recedere, cum nos ipsi ab eo distemus stadiis centum*. Ego tamen hoc non mutem, et vere dictum censeam: sed aspectu latae et magnae illius Romae, quae extra prima moenia (mox dicam) in orbem se diffundebat. Ab ea ille computat: etsi fortasse parum adhuc vere aut decore in Censorini persona. Sed aevum suum, ut sit, aspexit. Claudit Camillus, *Italiae medium esse*.) Ita, in longitudine. nam latitudine si spectas, finem tenet. Hoc verius, quam quod Vitruvius {Lib[ro] VI cap[ite] I} etiam *mundi mediam Romam* fecit: nec hoc nobis persuadebit, nisi sui fortasse et Romani mundi.

12. Haec Camillus: sed Rutilius Gallicanus, cuius Itinerarium exstat, ab infimo aevo non infimi carminis, hoc quoque in ea miratur, quod *munitissimo loco* sita, nec Alpibus solum ab omni vi subita, sed Apennino defensa.

Si factum certa mundum ratione fatemur,
Consilium Dei machina tanta fuit;
Excubiis Latiis praetexuit Apenninum,
Claustraque montanis vix adeunda viis.
Invidiam timuit Natura, parumque putavit
Arctois Alpes opposuisse minis.
Sicut vallavit multis vitalia membra,
Nec semel inclusit quae pretiosa tulit:
Iam tum multiplici meruit munimine cingi,
Sollicitosque habuit Roma futura Deos.

1-5 Liv. 5.54.4 [ed. Weissenborn: *devehantur* pro *devebantur; commeatus* pro *conventus*] **16** Plin. J. *Ep*. 2.17.2 [ed. Trisoglio: *decem septem milibus ab urbe secessit* [*villa Laurentina Plinii*]] *Itin*. 301.6 **17** DH 2.1.1 **18** Str. 5.3.5 [ed. Jones: σταδίους ἑκατὸν ἐνενήκοντα (=190)] **21-22** App. *Pun*. 89 **27** Vitr. 6.1.10 **33-42** Rutil. Nam. 2 vv. 31-40

en Roma. Dice, pues: *Los dioses y los hombres no eligieron a la ligera este lugar para fundar la Ciudad: la salubridad de las colinas; la accesibilidad de un río por el que viajan productos desde los lugares del interior y que facilita la celebración de mercados con productos procedentes del mar; la cercanía del mar y de sus ventajas, la no exposición por una excesiva proximidad a los peligros de flotas exteriores; la situación central entre las regiones de Italia*. Veamos, Discípulo, un momento cada una de estas ventajas: la lectura de cada una de ellas me ayudará y prácticamente me llevará de nuevo a Roma.

10. Discípulo- Con la venia, ¿cuántos años han pasado ya desde que la recorriste?

11. Lipsio- Veintisiete exactamente desde que la abandoné, pero no la arranqué de mi corazón y, a menudo, tanto la adorable antigüedad, como la venerable religión, me llevan a ella. Pero, como decía, volvamos a Camilo: *la salubridad de las colinas*), que actualmente ha dejado prácticamente de serlo, y la causa de ello es la soledad y el abandono, después han venido las emanaciones de los pantanos y las lagunas vecinas, que dejo para que las indagen otros. *La accesibilidad de un río*), aquel padre Tíber que parte la ciudad y *la envuelve*, como recuerda Dionisio, *cuatro yugadas* (o 400 pies) *es tan profundo como para albergar y permitir el tráfico de las naves más grandes*. Habla también de *la cercanía del mar*): pues está a una distancia de *16.000 pasos* según la medida de Plinio y Antonino, o, lo que es lo mismo, *ciento veinte estadios*, según Dionisio. Por lo tanto no hagas caso a Estrabón que cuenta *ciento noventa*, pues se trata de un error de las cifras y de su copista. Es posible que haya un error semejante en Apiano pues, ¿no da la cifra de *cien* estadios? Pues las palabras del cónsul Censorino cuando tras arrasar su ciudad aconseja o, mejor, manda a los cartagineses que se mantengan lejos del mar, son las siguientes: *Os mandamos retroceder tan sólo 80 estadios toda vez que nosotros mismos estamos a una distancia de cien estadios desde él*. Yo no voy a ser, no obstante, el que cambie este texto, pues estoy convencido de que está dicho de acuerdo con la verdad, pero desde la perspectiva de una Roma ancha y grande, que se derramaba por el mundo fuera de su primera muralla (en seguida hablaré de ello). Aquel cuenta desde esta, si bien, es posible que, en este punto, presente al personaje de Censorino como poco sincero y honesto. Pero él se refería a su propia época, tal y como se suele. Concluye Camilo diciendo que *está en el centro de Italia*) Así es en relación a la latitud, pero si observas la longitud ocupa un extremo. Esto es más cierto que lo que dice Vitrubio cuando también {en el libro VI, capítulo I} hace que Roma esté en el centro del mundo: no es un argumento convincente, si no es quizá hablando de su mundo romano.

12. Estas son las palabras de Camilo, pero Rutilio Galicano, del que se conserva un «Itinerario» de baja época, pero no de baja poesía, también encuentra asombroso en ella que esté emplazada *en un lugar totalmente protegido* y no sólo puesta al abrigo de cualquier agresión por los Alpes, sino defendida por el Apenino:

> *Si reconocemos que la creación del mundo es obra de la verdadera razón,*
> *y que este gran artificio procede de un plan de Dios,*
> *entonces situó el Apenino alrededor de su cabeza como centinelas del Lacio,*
> *y cerrojo que a duras penas se debe acometer por vías terrestres de montaña.*
> *La naturaleza se mostró temerosa del odio y supuso que era poco*
> *dejar enfrente de las amenazas de los septentrionales a los Alpes.*
> *A medida que iba amurallando los miembros vitales con muchas obras,*
> *continuamente incluyó lo que de valioso encontró.*

13. Ista Rutilius pulchre: sed nos a Situ *Formam* videamus. Nec veterem illam revoco, *Quadratam*, et qualis sub Romulo fuit: perfectam et plenam considerasse sit satis. quae rotunda propemodum fuit (etsi haud iuste tamen) et septem suos colles amplexa, grandem ambitum fecit. Quem utinam firmiter metiri tibi possim! ah, ah.

14. Aud.- Quid suspiras? etiam iterum?

15. Lips.- Iterumque, et ab imo pectore. Ah, cur non Romae nunc paucos dies sum? cur non obambulo, video, metior? cur non cum viris doctis inibi confero? firmius fortasse certiusque definirem. Sed vel sic conabor.

16. Aud.- Ego in suspirio tuo rideo. Nam cur voves, quod potes, imo quo impelleris, aut invitaris? nonne Itali, et ipsa Roma, hoc faciunt?

17. Lips.- Faciunt, et gratiam pro iudicio vel affectu debeo: sed quid dicam? Fatum meum primo me tenuit: mox et Rex: illud occulto decreto, hic aperta benignitate. Ad summam, video Belgae mihi in Belgis moriendum: etsi de revisenda ea obiter non despero. Sed de nostro ambitu. scribunt veteres, Servium Tullium regem, ad quinque colles iam inclusos urbi, duos addidisse *Viminalem et Esquilinum*, et talem tantamque deinceps fuisse Romam. Dionysius in ea re aperte {Lib[ro] IIII}: *Vlterius vero* NEQVE NVNC *processit urbis ambitus, fato aut numine, ut aiunt, non permittente*. Neque nunc, inquit: quando? Augusti aevo, quo ipse scripsit. Sed ille ipse ambitus igitur quantus? idem ita docere voluit, dum subiicit {Lib[ro] VIII}: *Quod siquis metiri ambitum eius voluerit, conferat cum Athenarum urbe, nec multo maior apparebit*. Quod idem et alibi iteravit. Voluit, inquam docere: vix nos docuit, sed suos sane Graecos, qui Athenas norant. Nos quid? et de huius ambitu quaeramus. Lego quidem in Dione Chrysostomo {Orat[tione] de tyrannide}, *Circuitum Athenarum, cum Pyraeeo et Longis muris, fuisse ducentorum circiter stadiorum*: quae nobis sint *vigintiquinque milliaria*[[: sed an ea inclusa Athenis suis Dionysius in hac collatione voluerit, haeremus. Tamen et ex Plutarcho simplicius colligas Athenarum ambitum, qui (in Nicia) de *Syracusarum* magnitudine differens, addit, *urbem Athenis non angustiorem*. Quantae illae igitur Syracusae? *Centum octoginta stadiorum*, scripsit Strabo: atque ita haud dubie longe a Dione Chrysostomo abimus; sed nec a Plinio, de ipsa Roma, cuius locus mox videndus.

28-*2* [[: sed...dimensi.]] 1605] Sed an Roma igitur tanta? non opinor, nec ausim dicere: et caussa est, quod Dionysius diserte *Athenarum astu* sive urbem dixit, nec *Pyraeeum*, opinor, aut *Longos muros* inclusit. Itaque iterum haeremus. AVD. Vis ergo te transferam? LIPS. Gratia erit. AVD. Nam hodie ipsa res docet, et muri illi antiqui ambitum habent XIIII aut XV milliarium, ut notant. 1598, 1599

18-20 DH 4.13.3; Str. 5.3.7; ≅Liv. 1.44.3 **20-21** DH 4.13.3 **23-24** ≅DH 9.68.2 **24** DH 4.13.5 **27-28** D. Chr. 6.4 **30-31** Plu. *Nic*. 17.2 **32** Str. 6.2.4

Ya entonces se ganó ceñirse de múltiples fortificaciones
y Roma tuvo en adelante a los dioses vigilantes por su bien.

13. Estas son las bellas palabras de Rutilio, pero nosotros pasemos del emplazamiento a su *plano*. No voy a seguir llamando a aquella antigua *cuadrada*, tal cual se hizo en tiempos de Rómulo: baste con considerarla perfecta y acabada. De hecho, poco más o menos era redonda (aunque no del todo). Se enroscaba sobre sus siete colinas creando un gran perímetro. ¡Ojalá pudiera medirla para ti sin miedo a error! Ay...

14. Discípulo- ¿Por qué suspiras de nuevo?

15. Lipsio- De nuevo y desde lo más hondo de mi corazón. Ay, ¿por qué no puedo pasar ahora mismo unos días en Roma?, ¿por qué no me pierdo por ella, la veo, la mido?, ¿por qué no converso allí mismo con sus sabios caballeros? Podría dar, quizá, definiciones más firmes y precisas. De todos modos voy a hacer un intento.

16. Discípulo- Me río yo de tus suspiros. Pues, ¿por qué haces votos por algo que puedes hacer? y, por cierto ¿de dónde dices que te ves expulsado, sino más bien invitado? ¿No lo hacen los italianos y la propia Roma?

17. Lipsio- Lo hacen y les debo agradecimiento por su confianza y afecto, pero ¿qué te voy a decir? En primer lugar, mi propio destino me retiene; y después el Rey, aquel con un secreto designio y este con manifiesta benevolencia. En suma, me parece que yo que soy belga debo morir entre los belgas, si bien no pierdo la esperanza de volverla a ver ocasionalmente. Mas sobre nuestro perímetro, los antiguos escriben que el rey Servio Tulio añadió a las cinco colinas que ya se incluían en la ciudad, otras dos, el *Viminal* y el *Esquilino*, y que, en adelante, Roma quedó definida así y con ese tamaño. Dionisio dice al respecto abiertamente {en el libro IV}: *Y, en verdad,* NISIQUIERA HOY *el perímetro de la ciudad ha pasado más allá, al no permitirlo, según dicen, ni el destino, ni la divinidad.* Nisiquiera hoy, dice, ¿a cuándo se refiere? A la época de Augusto que es cuando este escribió. Pero este mismo perímetro, entonces, ¿de cuánto era? Él mismo se propone mostrarlo, cuando sigue diciendo{en el libro VIII}: *Que si alguien quisiera medir su perímetro, que lo compare con el de la ciudad de Atenas, y no resultará mucho mayor.* Cosa que él mismo repitió en otros pasajes. Digo que lo quiso mostrar, pero a nosotros apenas nos enseña nada, sino sólo a los griegos de su época que conocían Atenas. ¿Y nosotros qué? Busquemos, pues, una respuesta sobre el perímetro de esta. En efecto, leo en Dion Crisóstomo {en el discurso «Sobre la tiranía»} que *el circuito de Atenas, con el Pireo y los Muros Largos, fue de unos doscientos estadios*, que para nosotros son *veinticinco millas*, pero me quedo con la duda de si Dionisio quiso incluir estas partes en la comparación con su Atenas. En cambio, puedes colegir el perímetro de Atenas de un modo más simple a partir de Plutarco que (en «Nicias»), cuando presenta sus opiniones sobre el tamaño de *Siracusa*, añade que *es una ciudad no menor que Atenas*. ¿Qué tamaño, pues, tenía aquella Siracusa? *Ciento ochenta estadios*, escribe Estrabón y así no nos alejamos mucho de lo que Dion Crisóstomo, y tampoco de lo que Plinio dice sobre la propia Roma, en cuyo pasaje en seguida debemos fijarnos.

18. Discípulo- ¿Pero por qué te andas con tantos rodeos? La cosa está clara actualmente, los antiguos muros romanos tienen un perímetro de unas *14 o 15 millas*, tal y como

18. Aud.- Quid per ambages colligis? res hodieque liquet. et muri illi antiqui Romani ambitum habent non nisi XIIII *aut* XV *milliarium*, ut notant qui dimensi.]] Quid ergo ambigis?

19. Lips.- Hos istos, veteres non fuisse. Multa sunt, quae arguunt: sed ipsa maxime forma sic enormis, et alibi sinuans introrsus, alibi procurrens extrorsus: prorsus, ut non a prisca illa accuratione et elegantia, sed a novitia aliqua necessitate impolitum et subitum opus videatur. Neque ambigendum est, ut mox dicam. Sed de veteri igitur ambitu, [[etiam Plinii locum, ut dixi, videamus,]] qui ex professo describit: MOENIA *eius collegere* AMBITV*, Imperatoribus Censoribusque Vespasianis, passuum* XIII *millia ducenta. Complexa montes septem, ipsa dividitur in Regiones* XIIII *compita earum* CCLXV. *Eiusdem spacii mensura currente a Milliario, in capite fori Romani statuto, ad singulas portas, efficit passuum per directum* XXX *millia,* DCCLXV. *Ad extrema vero tectorum cum castris Praetoriis, ab eodem Milliario, per vicos omnium viarum, mensura colligit paullo amplius* LXX *millia passuum*. Rem totam hic habeas, si verba haec aut tenebras suas, aut et vitia, non haberent. Inspiciamus. *Moenia ambitu colligere* facit *passuum* XIII *millia*. Sane hoc sit pro hodiernae Romae modo, si modo lectio firma: quam et prisci libri solicitant, XXX *millia* scribentes; et Leander, atque alii superioris aetatis, qui XX *millia* legerunt, et defenderunt. Pergit, *Eiusdem spatii mensura currente a Milliario*.) Intellego idem spatium, totum illum ambitum, et eo inclusum. Hoc, inquit, spatium si metiris: unde? *a Milliario*: et intellegit *Columnam* illam *Auream* {de qua Dio, Tacitus, et I[uris]c[onsul]ti}in foro Romano statutam, *in quam Italiae omnes viae finiunt*, ut ait Plutarchus. Augusti hoc institutum fuit, qui et posuit *Columnam*, et ab ea voluit currere mensuras. Pro hoc igitur more Plinius metitur, non a porta ad portam (ut video quosdam suspicari) sed palam a Miliario, quod quasi in urbe media, ad singulas portas. Sed numeri eius manifesto falsi sunt. Si XXX millia ad quamque portam: ergo in tota diametro LX sunt: ergo in ambitu, *centum octoginta*. quo quid absurdius? Et simile erit, etsi minus, si a porta ad portam XXX sint, uti volunt. nam tunc certe triplicata diametro, ut solet, exsurgent milliaria in ambitu *nonaginta*: an ipsis fatendum, aut nobis credendum? Iam in ultima mensione, *ad extrema tectorum*, inquit, *ab eodem Milliario,* LXX *millia passuum*. Id quoque qui postest? crescent supra modum haec in ambitu, nec video excusanda. Vt mihi nunc videtur (meliora avide semper audiam, capiam, vel potius arripiam:) sed ut mihi nunc, Plinii numeri isti corrupti sunt, et sic reformadi. *Moenia collegere ambitu passuum* XXIII *millia*. Hoc primum pono, tantam fuisse Romam: aut si placet, XXII parum in uno alteroque milliari est. Vnde doceo? ex Olympiodori quibusdam Excerptis Graecis: in quibus ad verbum est, *Romanae urbis murus mensuratus ad Ammone geometra, quo tempore Gothi primam invasionem fecere, habebat spatium unius et viginti milliarium*. Iste uno milliario minus, quod alius addit: et Martinus Polonus, qui Chronicon scripsit: *In circuitu*, inquit, *Romae sunt milliaria vigintiduo, praeter Transtiberim et Leoninam civitatem, cum quibus dicitur habere quadraginta duo milliaria.* Vnde haec habes Martine? ex aliquo veterum: nam pro tuo aevo, utrumque hoc plane est falsum. At pro veterum, et verbis Plinii, planissime verum. Pro verbis, dico, Plinii corrigendis, et porro

---

9 [[etiam...videamus,]] 1605] videamus ecquid Plinius iuvabit, 1598, 1599 **27** *centum octoginta*] 1605] CXXV 1598, 1599

9-15 Plin. 3.66-67 **21-22** DC 54.8.4; Tac. *Hist*. 1.27.2; *Dig*. 50.16.154
22-23 Plu. *Galb*. 24.7 **37-38** Phot. 80 (=Olymp.), p. 185, ll. 27-30

apuntan los que las midieron. De manera que ¿dónde está la discusión?

19. Lipsio- En que estos de los que hablas no fueron antiguos. Muchos argumentos llevan a esa conclusión, pero lo hace especialmente el propio plano que es tan descomunal, en ciertas zonas se traza sinuosamente hacia el interior y en otras sobresale hacia el exterior: parece, en una palabra, la obra descuidada y precipitada provocada por alguna urgencia reciente y no según se espera de la diligencia y el saber hacer primitivos. Y no debe caber la menor duda, como en seguida voy a explicar. Así pues, veamos también un pasaje de Plinio sobre el perímetro antiguo, como dije, pues lo describe explícitamente: *Sus* MURALLAS *recorrían 13.200 pasos* A LA REDONDA*, en tiempos del imperio y la censura de los Vespasianos. Envuelve siete montes y está ella dividida en 14 regiones y en sus 265 barrios. Desde el miliario erigido en un extremo del foro romano, hasta cada una de las puertas, hecha la medición precisa de este espacio, da como resultado 30 millas, 765 pasos por vía recta. Empero, desde el mismo miliario hasta el último techo contando los campamentos pretorianos, a través de las aldeas de todas las carreteras, la medición comprende poco más de 70.000 pasos*. Ahí tendrías toda la cuestión resuelta, si la cita estuviera exenta de sus propias lagunas y defectos. Observémosla con atención: *El recorrido a la redonda de las murallas* da *13 millares de pasos*. Pues bien, esto puede decirse sólo en relación con la actual Roma y a condición de que la lectura sea firme: sobre la cual los ejemplares primitivos titubean, al escribir *30 millas*, también lo hace Leander y otros más antiguos que leyeron *20 millas* y rechazan la primera lectura. Prosigue: *Habiendo realizado la medición precisa de este espacio desde el miliario*. Yo entiendo por este espacio todo aquel perímetro y lo que se incluye en él. Se refiere a la posibilidad de medir este espacio, ¿desde dónde? Desde el *miliario* y entiende por él {al respecto Dión, Tácito y los jurisconsultos} aquella *columna dorada* levantada en el foro romano *a la que llevan todos los caminos de Italia* como dice Plutarco. Esta fue una institución de Augusto que erigió la *columna* y quiso que se realizaran las mediciones desde ella. Así pues, Plinio midió según esta costumbre no de puerta a puerta (tal y como me parece que algunos sospechan) sino que a todas luces lo hace desde el miliario, que está casi en el centro de la ciudad, hasta cada una de las puertas. Pero sus cifras son manifiestamente falsas. Si son 30 millas hasta cualquier puerta, salen 60 de diámetro entero, y *ciento ochenta* a la redonda ¿dónde se ha visto cosa más absurda? Y lo mismo sería, si bien menos, si fuesen 30 de puerta a puerta como pretenden algunos, y entonces, con certeza, tras triplicar el diámetro como se suele, salen *noventa* a la redonda, ¿debemos aceptar estas cifras como fiables? Por último, en relación a su última medida dice *hasta el último techo, desde el mismo miliario hay 70 millares de pasos*. ¿Quién se lo puede creer? Estas medidas se incrementan desmesuradamente al calcular el perímetro y no creo que se deban justificar. Según mi parecer actual (otros mejores siempre oiré ávidamente y los aceptaré o, mejor, los adoptaré sin dilación), pero según el mío actual, estas cifras de Plinio están corruptas y deben ser reformadas del siguiente modo: *El recorrido a la redonda de las murallas es de 23 millares de pasos*. Con esto propongo, en primer lugar, que Roma fue de ese tamaño o, si te place, 22, poco hay entre mil y dos mil. ¿De dónde lo saco? De ciertos extractos griegos de Olimpiodoro, en los que se lee literalmente: *El muro de la ciudad de Roma, medido por el geómetra Amón en el tiempo en que los godos acometieron la primera invasión, tenía un espacio de veintiuna millas*. Este trae un millar menos que otro le añade pues, Martín Polón que escribió un «Cronicón» dice: *Roma hace veintidós millas de circunferencia, sin el Transtíber y la ciudad Leonina, con las cuales se dice que tiene cuarenta y dos millas*. ¿De dónde sacas estas cifras Martín? De algún autor antiguo, pues para tu época ambas son directamente

videamus. Nam altera mensura erat, a *Milliario ad portas* XXX *millia*. Ego dico scribenda ∞ ∞ ∞: id est, *tria millia*. Et quis nescit ex ignorantia harum notarum saepe, cum in Plinio, tum Livio, et alibi, peccatum? Nam putarunt *Denarias* notas esse: et inde nata illa *millia* XXX. Atqui aliter est; et sic si emendas, quanta proportio et consensus? Roma habet in ambitu XXIII milliaria: a milliario ad portam, *tria milliaria et passus septingentos sexagintaquinque*: ergo in plena diametro, *septem millia quingentos triginta*: hanc triplica, nonne XXII *et semis* in ambitu redduntur? At Plinius neglexit aut insuper habuit de dimidio, et rotunde XXII aut XXIII dixit. Simile in mensura ultima, quae *ad extrema tectorum colligit* LXX *millia*. Tu vero fac *septem millia*: et rem factam habes. Dupliciter enim metitur. a millario primum ad ipsos muros portasque: deinde ab eodem, ad extrema tecta. Quare hoc? liquet enim Romam, quasi duplicem fuisse: et clausam muris; et alteram non clausam, quae tamen in orbe circumiecta esset, et continentibus aedificiis instructa. Vtramque igitur dimensus, dicit hanc ultimam in semidiametro *septem milliaria* habere: duplicia, sunt *quattuordecim*; triplica, erit ambitus iustissime, *quadragintaduorum*. Et nonne hoc ipsum est igitur, quod Martinus dicebat? Addo probationem huic numero alteram, ex Vopisco. Is de Aureliano Principe: *Muros urbis Romae sic ampliavit, ut quinquaginta* PROPE *millia murorum eius ambitus teneant*. Quod tamen Zosimus Probo Imperatori perfectum opus adscribit. Si igitur tunc *quinquaginta propemodum* (nam id notat:) ergo iamante facile ambitus ille aedium extremarum, *quadragintaduorum*: quia muri novi longius etiam paullo ab aedibus remoti. Ego in hac re nihil incerti vel infirmi video, nisi quod [[libido quibusdam est dissentiendi. Sed o boni, an adeo tale nihil alibi? Ecce, in ipsa Italia urbs Locrorum (nec ea inter has maximas) *duodecim millia* in ambitu habuit, quod Livius scripsit. Capuam superasse, non mihi videtur ambigendum. Quid Carthaginem illam, Romae aemulam? XXII *millia passuum* circumdedit, ut manuscripti Orosiani codices praeferunt; sive XXIIII ut Epitoma Liviana. Ipsa Constantinopolis olim XXII ut hac quoque parte compar matri suae esset. Denique Tartaros et Sinenses si abeunt, hodie reperient exempla.

20. Desino, et satis firmasse videor: nisi quod]] opponi nobis possunt (nihil enim dissimulabo, et ipse subiiciam) duo. Prius, quod *Milliarium* non videtur iuste fuisse in urbe media, atque ita mensuratio fallet. Nam fuit in *capite*, ut Plinius ait, *fori Romani*: atqui ab eo ad Tiberim, non par reliquae urbi spatium videtur, et maxime quod ibi *Campus Martius*, omnium consensu, extra urbem. Respondeo. ut nunc quidem Roma est, non plane medium illic esse fortasse (metiar, si illic sim: nunc tabulis credo:) sed olim videtur fuisse. Sane Victor, et Notitia Imperii, in foro ipso Romano, nec longe a *Milliario*, *Vmbilicum urbis* ponunt. Sed esto tamen non exacte in medio: quid refert? non sic γεομετρικῶς omnia, et ad lineam regulamque veteres metiuntur. Non movet me de *Campo Martio*, quem fateor extra pomoerium habitum, et intra moenia tamen fuisse.

---

17 PROPE 1599, 1605] *prope* 1598 **21-29** [[libido...quod]]1599, 1605] deest 1598

17-18 HA *Aurel*. 39.2 **18** Zos. 1.49.2 **23** Liv. 24.3.1 [ed. Dorey: *urbs Croto murum* pro *urbs locrorum*] **24-25** Oros. 4.22.5 **30** Plin. 3.66-67 **35** P. Vict. *Regio VIII* (ed. Valentini–Zucchetti, p. 225)

---

3 alibi, peccatum?= nota 14

falsas. Pero para la de los antiguos, y según la cita de Plinio, son absolutamente ciertas. Me refiero a la cita de Plinio debidamente corregida, veamos pues la cuestión en su desarrollo. Pues había una segunda medición: *desde el miliario hasta las puertas, 30 millas*. Yo digo que se debe escribir ∞ ∞ ∞, esto es, *tres mil*. ¿Quién ignora que el error procede de la frecuente ignorancia de este tipo de anotación tanto en Plinio como en Livio y en otros autores?(14) Y es que supusieron que eran abreviaturas de *diez* y de ahí nacen aquellas *30 millas*. Pero el asunto es de otro modo y si enmiendas el texto como propongo ¿qué gran analogía y consenso? Roma tiene 23 millas a la redonda: desde el miliario a una puerta *tres mil setecientos sesenta y cinco pasos*, por lo tanto *siete millas y quinientos treinta* de diámetro total, multiplícalo por tres, ¿no se convierten en 22 y *media* a la redonda? Pero Plinio despreció esa media milla o la contó como una entera, y dijo 22 o 23 en números redondos. Algo similar ocurre con la última medición cuando dice *hasta el último techo comprende 70 millas*. Tú, empero, piensa en *siete millas* y tienes la cuestión por rematada. En efecto, se ha realizado una doble medición: en primer lugar desde el miliario hasta los propios muros y puertas, seguidamente desde este preciso lugar hasta el último de los techos. ¿Te preguntas el porqué? Queda claro que Roma fue, por así decirlo, doble: una cerrada por los muros y otra fuera de los muros que la rodeaba por todas partes y que estaba provista de edificios contiguos. Así pues, tras medirlas ambas, dice que esta última tenía *siete millas* de radio: multiplica por dos, son *catorce*, por tres será un perímetro exactamente de *cuarenta y dos*. ¿Y no es esto, en definitiva, lo mismo que decía Martín? Añado una segunda demostración para esta cifra a partir de Vopisco. Él dice al tratar del príncipe Aureliano: *Amplió los muros de la ciudad de Roma de modo que alcanzaran* CASI *las cincuenta millas a la redonda*. Aunque Zósimo adscribe la conclusión de esta obra al emperador Probo. Si, de todas formas, tenía entonces *prácticamente cincuenta* (pues así lo apunta), entonces, es fácil que ya antes aquel perímetro de edificios exteriores fuera de *cuarenta y dos*, porque los nuevos muros sólo se retiraron un poco más lejos desde las edificios. No veo que haya nada incierto o falto de firmeza en este tema, salvo el deseo de disentir que hay entre ciertas personas. Pero, queridos amigos, ¿no hay medidas semejantes en ningún otro lugar? Por ejemplo, en la propia Italia, la ciudad de los Locrios (y no es una de las más importantes) tuvo *doce millas* a la redonda, como escribió Livio. Me parece que no debe dudarse que Capua la superó. ¿Qué ocurre con aquella Cartago, que aspiró a ser como Roma? Tenía *22 millares de pasos* de circumferencia, según lo establecen los códices manuscritos orosianos o 24 según la «Epítome» liviana. La propia Constantinopla tenía antiguamente 22 para ser también en este aspecto compañera de su madre. En definitiva, si se fueran a Tartaria o China, encontrarían ejemplos actuales.

20. Termino, pues me parece que he dejado el asunto lo suficientemente zanjado, si no fuera porque se nos pueden hacer dos objeciones (en efecto, no voy a disimular nada y yo mismo voy a dejarlas caer). La primera, que el *miliario*, al parecer, no estuvo justamente en el centro de la ciudad y así la medida resulta engañosa. Pues estuvo en un *extremo*, según dice Plinio *del foro romano*, de modo que desde él hasta el Tíber no parece que el espacio sea el mismo que el que había hasta el resto de la ciudad y, en especial, porque allí está el *campo de Marte* que, según el acuerdo de todo el mundo, queda fuera de la ciudad. Respondo: esto es cierto teniendo en cuenta la Roma actual, que es posible que no tenga en aquel lugar el centro cabal (lo mediría si yo estuviera allí, por ahora creo en los planos), pero parece que en aquel pasado sí lo tenía. Desde luego Víctor y la «Notitia Imperii» sitúan en el propio foro romano y no lejos del *miliario*, *el ombligo de la ciudad*. De todos modos, que no sea exactamente en el centro, ¿qué importa? Los antiguos no tomaron sus medidas tan geométricamente, ni lo hacían

Nonne idem in *Aventino*? qui usque ad Claudii tempora, in pomoerio habitus no fuit, et tamen a Regum tempore urbi inclusus. Et campus quidem Martius etsi olim non erat, tamen Iulius Caesar (quod Cicero ad Atticum scribit) destinabat eum includere: qui scio an non Augustus fecerit? nam et is pomoerium protulit: an denique non Nero? quem ego praecipue puto in tota Roma mutasse et innovasse. Et ab eo sane facies et forma est, quam Plinius descripsit.

21. Alterum, quod obiicit potest. Olympiodorum non nisi *viginti et unum* milliaria attribuere sub Honorio, cum Roma capta fuit: ubi ergo illa *quadragintaduo* nostra, vel Aureliani *quinquaginta*? Respondeo, fuisse, et desiisse. Nam ecce cum Constantinus sedem imperii transtulit, et una secum tot nobiles familias abduxit, frumenti etiam trientem abstraxit, denique seipsum et Aulam: nonne probabile est, Romam iterum valde minuisse? idque in extremis et longinquis maxime, ut solet: atque ita reditum, collapsis aut disiectis Aureliani muris, ad veterem ambitum et modum. Alioqui et alterum mihi argumentum non invalidum pro tanto ambitu est, ex ipso Victore et Rufo, qui *Regiones urbis* singillatim dimetiuntur. Sunt igitur quaedam, ut illa *Aventini*, quae *habent in ambitu* XXXIII *millia* CCCCLXXXVIII pedes: nonne ea reddunt *sex milliaria* amplius *et semissem*? Quid in reliquis illis XIII? in quibus una item aliqua XXX *millia pedum* habet, aliae fere XVI, XV, XII: et minima omnium XI. Profecto ex his iunctis ingens ambitus exsurgit, et (computa si lubet) propemodum ille noster.

22. Sed tertio aliquis dixerit, quod tu antea, muros hodiernos contra nos esse. Sunto. tu veteres eos potes credere? et ita nescis toties dirutam, incensam, vastatam: iterumque instauratam et refecta esse? Noli arbitrari quod in iisdem vestigiis. nam qua spe eiusdem frequentiae, aut felicitatis? Imo Honorius contraxit, post Belisarius, Narses, denique et Pontifices Romani. e quibus *Hadrianus primus* (ut Blondus tradit) *muros eos, qui nunc exstant, centenis aureorum millibus e Thuscia contractis, exstruxit*. Sed haec apud alios leges: ego sentientiam meam sine fuco libere, et item sine pertinacia (quod profiteor) dixi.

23. Hic autem sistit me et percutit miserans quaedam cogitatio. Ego te Roma illa vetus, et speciosa super omnes usquam aut umquam urbes, non solum non video, sed etiam quae fueris, quaero? Quae fueris? imo et ubi fueris: et qui scio, an non et aliquando, utrum fueris quaeretur? Non magis hoc mirum, si saecla plura current, quam nunc de Thebis Aegyptiis aut Troia dubitari. Nam habet hoc aetas, ut formam primo tollat, tum rem, tum famam et nomen. O spes et res humanae, quid estis? quo itis? huc flectite. En potens et superba illa Roma, quae VRBS AETERNA audiebat; quae VICTVRA CVM SAECVLIS; quae DEORVM OPVS ET CVRA, tota periit, condita in ruinis suis iacet, et laboramus eruere, et adstruere magnitudini eius fidem.

---

16 pedes 1599, 1605] *pedes* 1598

2-3 Cic. *Ad Att*. 13.33a **7-8** Phot. 80 (=Olymp.), p. 185, ll.27-30
15-18 P. Vict. *Regio XIII* (ed. Valentini-Zucchetti, p.247: *Regio* habet *in ambitu* pedes .XVI.CC.)

con regla y cordel. No me hace cambiar de opinión en lo relativo al *campo de Marte* el saber que se consideraba como fuera de los límites del pomerio, pues estuvo dentro de las murallas. ¿No ocurre lo mismo con el *Aventino*? Que hasta los tiempos de Claudio no fue considerado del pomerio y, en cambio, desde el tiempo de los reyes estaba incluido en el recinto de la ciudad. Y, ciertamente, aunque antiguamente el campo de Marte no lo estaba, en cambio, Julio César (según Cicerón escribe a Ático) pensaba incluirlo en el futuro, ¿por qué no va a ser posible que Augusto lo hiciera? De hecho, también él extendió el pomerio. ¿No lo hizo, en definitiva, Nerón? Este es el que, yo supongo, introdujo más cambios y novedad en toda Roma. Y realmente a él se debe la imagen y el plano que Plinio describe.

21. Se puede hacer un segundo reproche, el de que Olimpiodoro tan sólo asigna *veintiuna* millas en época de Honorio, cuando Roma fue conquistada, ¿dónde están, pues, nuestras *cuarenta y dos* o las *cincuenta* de Aureliano? Respondo: existieron y dejaron de existir. Pues hete aquí que cuando Constantino transfirió la capitalidad del Imperio y se llevó consigo todas aquellas familias nobles, e incluso le sustrajo un tercio del grano y, en definitiva, su persona y Corte, ¿no es probable que Roma, a su vez, se hubiera reducido sobremanera? Y ello en especial en las regiones exteriores y alejadas, como ocurre normalmente y así se volvió al antiguo perímetro y tamaño, una vez que los muros de Aureliano se derrumbaron y desmontaron. Por lo demás, tengo también un segundo y sólido argumento a favor de un perímetro tan grande, procede del mismo Víctor y de Rufo, que tomaron las medidas *a las regiones de la ciudad* una por una. Hay varias, en efecto, como aquella *Aventina*, que *tienen a la redonda 33 millas y 488 pies*, ¿no resultan más de *seis millas y media*?, ¿qué ocurre con las 13 restantes? Entre las cuales alguna por sí sola llega a los *30 millares de pies*, y otras casi a los 16, 15, 12, incluso la más pequeña de todas a 11. En realidad, a partir de la suma de todas, sale un perímetro ingente y (calcúlalo si te apetece), poco más o menos, como aquel nuestro.

22. Pero habrá quien exponga en tercer lugar, lo que tú antes, que los muros actuales están en contra nuestra. Que lo estén, ¿tú te puedes creer que son los antiguos? Si lo haces, ¿no lo haces al precio de ignorar todas la veces que la ciudad fue derruida, incendiada y devastada para de nuevo ser levantada y reparada? No quieras llegar a tu conclusión a partir de esas mismas ruinas, pues ¿qué esperanzas de una vida feliz había dentro de ellas? Y es muy cierto que Honorio la contrajo y después Belisario, Narsés y, en definitiva, también los pontífices romanos, entre los cuales (como trae Blondo) *Adriano I levantó los muros que hoy quedan con obreros contratados de Tuscia por cien mil áureos*. Pero esto lo puedes leer en otros libros, yo te dí mi parecer sin engaño, con franqueza y sin acritud (te lo prometo).

23. En este punto, no obstante, cierto lamento me acecha y aflige. Yo, a ti, Roma antigua y vistosa por encima de todas las ciudades que ha habido en cualquier tiempo y lugar, no sólo no te veo, sino que, incluso, dudo de cómo fuiste. ¿Cómo fuiste? Y, por cierto, ¿dónde estuviste?, es más ¿no sé que algún día habrá quien se pregunte si exististe? Esto no será más sorprendente, cuando hayan pasado tantos siglos, que el poner en duda hoy en día la Tebas de los egipcios o Troya. Pues la condición de nuestro tiempo es, en primer lugar, la de suprimir la forma, después el concepto, y al final el recuerdo y el nombre. Ay del anhelo y de la condición humana, ¿cómo eres?, ¿a dónde te encaminas? Ablándate. ¡Vamos! La poderosa y soberbia Roma, que recibía los nombres de CIUDAD ETERNA, QUE HABRÍA DE VENCER A LOS SIGLOS; OBRA Y PREOCUPACIÓN DE DIOSES, pereció por completo, yace oculta bajo sus propias ruinas, pero nosotros trabajamos para desenterrarla y construir encima la convicción de que fue grande.

Lib. III cap. 3: Magnitudo Suburbiorum Romae, et hominum in tota Roma multitudo.

1. Sed philosophandi alibi sit locus: curramus nunc institutum cursum. Romam igitur duplicem habemus, veteri ambitu, et novo: est et tertia quaedam sine ambitu, et quae in suburbiis procurrit. Ea quoque ingens, et Plinii imagine ostendenda: qui ait, *exspatiantia tecta multas addidisse urbes*. Plures, inquam, sunt urbes, et tot quot suburbia ipsa. Quae *Tybur, Ocriculum, Ariciam*, atque alio excurrebant, sed maxime *Ostiam* et mare versus. Illuc vel ad XV aut circiter milliaria procedebant: et fidem huic assertioni Neronis consilium ac destinatio faciat. cui ab hac caussa visum, *Ostiam tenus* (ait Suetonius) *moenia promovere, atque inde fossa mare veteri urbi inducere*: etsi non effecit. De hac magnitudine iam suo aevo Dionysius: *Omnia loca circa urbem habitata, sine moenibus esse. in quae siquis intuens* MAGNITVDINEM ROMAE *exquirere velit, frustra eum fore, et haesurum ubi desinat urbs, ubi incipiat. Adeo suburbana*, inquit, *ipsi urbi adhaerent et innexa sunt, et speciem* IMMENSAE LONGITVDINIS *exhibent spectanti*. [[Atque ea mente alibi scripsit, *nullam urbium Graecarum sive Barbararum, vel spatii habitati amplitudine, vel imperii, tantam fuisse*.]] At maior etiam maiorque post illum et Aristides Rhetor (sub Hadriano vixit, cum urbs in summo flore) comparat eam non inepte cum Homerica nive: *quae excelsorum montium iuga operit, et agros item ac pinguia virorum culta*. et addit: *Descendit etiam et porrigitur* AD MARE *ipsum, ubi commune est emporium, et omnium e terra gignentium distributio*. Atque idem haud vana μεγαληγορία: *Tantam Romam esse, ut in quacumque parte quis constiterit, nihil impediat et in media eum esse*. Quem locum haec talia habeant, nisi in magnitudine ista adstructa? At tu vultu renides, et fortasse animo dissentis.

2. Aud.- Etiam verbis, si licet.

3. Lips.- Licet vero, atque adeo invito.

4. Aud.- Nam quae tu sic extollis et producis, Ostiam, Tybur, alio; haec omnia ego atque alius dixerit, non habitata aedificia, aut urbis partes, sed Villas, Praetoria, et voluptarias eiusmodi domos fuisse.

5. Lips.- Sane alius hoc iam dixit: memini: sed quem reiicit, praeter dicta, multitudo infinita hominum, quae in urbe hac tota fuit. Opportune enim et hoc argumentum addam pro magna mea Roma. Possumusne igitur satis certo eam multitudinem colligere et adfirmare? possumus e vestigiis scriptorum, quae sagaciter ibo indagatum. Ex lapide Augusti, saepe iam nominato, itemque e Suetonio constat, *trecenta viginti millia* aliquando fuisse plebis urbanae: plebis dico tenuioris, et quae e publico victitaret: imo supra. Considera, et institue ratiocinium: si tanta multitudo inopum istorum, quanta iam etiam divitum? Quot illi Senatores aut Senatorii, quot equites, et ex ipsa plebe honesti? Visne illos quoque *trecenta millia* fuisse? age, sunto vel *ducenta* tantum: quid

---

12 MAGNITVDINEM ROMAE 1599, 1605] *magnitudinem Romae* 1598 **15-16** [[Atque...*fuisse.*]] 1605] deest 1598, 1599 **40** equites 1599, 1605] Equites 1598

5-6 Plin. 3.67 **9-10** Suet. *Ner.* 16.1 **11-14** DH 4.13.3-4 **15-16** ≅DH 1.3.5 **18-22** Aristid. *Or*. 26.7 **37** RGDA 15; Suet. *Caes*. 41.5

Lib. III cap. 3: El tamaño de los suburbios de Roma. Población de toda Roma.

1. Pero lugares hay para andar con filosofías: prosigamos nosotros por el momento por el camino que hemos emprendido. Tenemos, pues, dos Romas, la del perímetro antiguo y la del nuevo. Existe una tercera sin perímetro que se extiende más allá de lo que es propiamente la ciudad. También esta es grande y se puede ilustrar con una imagen de Plinio, cuando dice que *la expansión de las construcciones le añadía muchas ciudades*. Afirmo que hay muchas ciudades tantas cuantas cabían en esta extensión de Roma. Es el caso de lugares que se extendían ampliamente hacia '*Tybur'*, '*Ocriculum'*, '*Aricia'*, pero en particular, hacia *Ostia* y en dirección al mar. Iban creciendo hacia allá y llegaban al menos a las 15 millas. Y de esta aserción da fe la resolución y el propósito de Nerón quien por ello creyó conveniente *llevar las murallas hasta Ostia* (dice Suetonio)*, y desde allí llevar mediante un canal el mar a la ciudad vieja*, pero no llegó a hacerlo. Sobre este tamaño decía ya en su tiempo Dionisio: *Todos los lugares habitados alrededor de la ciudad carecen de murallas, en estos lugares quien tenga el propósito de indagar* el TAMAÑO DE ROMA*, quedaría frustrado y dudoso de dónde termina la ciudad y dónde empieza. Hasta tal punto las zonas suburbanas*, dice, *están unidas y enlazadas con la propia ciudad, ofreciendo al observador el aspecto de una* INFINITA EXTENSIÓN. En otro lugar escribió con la misma perspectiva *no existe una ciudad tan grande ni entre griegos ni entre bárbaros, ya se mida la extensión del espacio habitado ya el poder que ejerce*. Con posterioridad fue creciendo cada vez más hasta el punto que el rétor Aristides (vivió bajo Adriano, en el momento de mayor esplendor de la ciudad) la puede comparar no sin tino con la nieve homérica *que cubre crestas de montes excelsos y también campos y zonas fértiles cultivadas por hombres*. Y añade: *Entonces desciende y se llega* AL MAR *mismo donde está el mercado común, y el lugar en el que se reparte todo lo que da la tierra*. Del mismo autor es esta no vana alabanza: *Roma es tan grande que en cualquier lugar en que uno esté colocado, no ve un límite y está en el centro*. ¿A qué lugar se pueden referir tales características, si no a uno dotado de tal magnificiencia urbana? Pero veo una sonrisa en tu rostro...quizá, disientes en tu interior.

2. Discípulo.- Y también en voz alta, si se me permite.

3. Lipsio.- Se te permite ciertamente, y se te invita a hacerlo.

4. Discípulo.- Pues que los lugares que tú tanto elogias y ensalzas como Ostia, Tibur u otros, no soy yo el único en decir que en su conjunto no estuvieron formados por edificios habitados o zonas urbanas, sino por villas, palacios y casas de recreo.

5. Lipsio.- Es verdad que ya lo ha dicho alguien, lo recuerdo, pero a este lo desmiente, además de lo dicho, la multitud infinita de hombres que hubo en toda esta ciudad. Creo oportuno, en efecto, añadir este asunto a favor de la grandeza de Roma que yo propongo. ¿No sería posible deducir con suficiente certeza y establecer firmemente su población? Lo es a partir de los vestigios de los escritores que iré indagando sutilmente. A partir de la inscripción de Augusto, tantas veces citada, y de Suetonio, consta que en ocasiones la plebe urbana llegaba a los *trescientos veinte mil*: me refiero a la plebe pobre que malvivía de lo público: véase más arriba. Piensa y pon a funcionar el raciocinio: ¿si fue tan grande la población de estos desvalidos, cuánta sería la de los ricos?, ¿cuántos senadores o senatoriales, cuántos caballeros o personas respetables de la propia plebe? ¿No te parece bien que también ellos fueran *trescientos mil*? Házlo de manera que sólo sean *doscientos*, ¿cuánto da? Hay que añadir mujeres y niños y ¿en qué

conficitur? pueros feminasque addendas: et quo numero? profecto duplo triploque (si non ultra) superarunt: et ita ubique gentium aut urbium observamus. Si placet igitur, consumma: habemus iamnunc in nostra Roma (vix audeo dicere) *duos hominum milliones*. Quid tamen trepido? verum fortiter dicendum est, et plura etiam addenda.

6. Aud.- Plura? at vereor ne iamnunc extra veri metas iveris, certe opinionis.

7. Lips.- Plura inquam, et vide. Nonne probabile est totidem servos Romae, quot liberos fuisse?

8. Aud.- Socratis instituto mecum agis, et interrogando inducis. Sed ego circumveniri metuo, tu tibi responde.

9. Lips.- Fiat. dico totidem, dico plures. Nam tenuium quotusquisque fuit (ut nunc mores) cui non unus alterve servulus? At divites illi agmina eorum, *agmina* {*vide supra lib*[*rum*] II *cap*[*item*] XV} dico (et sic Ammianus loquitur) *post se trahebant*. Vnus Pedanius Costa in Tacito, *quadringentos* servos sub tecto suo et domi habuit, cum ab uno eorum est interfectus. Seneca Romanis suis obiicit *servorum turbam, quae quamvis magnam domum angustet*. Et crede mihi nemo divitum istorum aut lautorum fuit, cui minus centenis aut ducenis: qui in varia sua officia aut munia divisi. Sed quid ambio, aut argumenta colligo? cape certum et fidei notum testem, iterum Senecam, de suo aevo: *Dicta est aliquando sententia in Senatu, ut servos a liberis cultus distingueret. Deinde apparuit, quantum periculum immineret, si servi nostri numerare nos coepissent*. Quid clarius dici potest, servos plures liberis fuisse? Nec sic tamen omnes habemus: adde.

10. Aud.- Abeo.

11. Lips.- Quid tibi est?

12. Aud.- Nam tres aut quattuor milliones mihi iam struis, quantum nec in provinciis quibusdam aut regnis. Quis haec ferat?

13. Lips.- Si ferre non vis, deiice: per me licet. Tamen rem tuam iam sum dicturus.

14. Aud.- Rem meam?

15. Lips.- Tuam. peregrinos traduco Romam.

16. Aud.- Hem, hem maneo, o siste me illic.

17. Lips.- Ecce. dico Peregrinos ex toto orbe Romam olim venisse, alios negotii sui caussa, alios publici, multos et mansionis. Ita semper ea urbs referta iis, cum hi inirent,

---

15-16 {*vide...* XV} 1599, 1605] deest 1598 **18-19** [[Seneca...*angustet*.]] 1605] deest 1598, 1599

15-16 Amm. 26.3.5 **17-18** Tac. *Ann*. 14.43.3 **18-19** Sen. *Cons. Helv*. 11.3 **22-23** Sen. *Clem*. 1.24.1

cantidad? Ciertamente, los superaron en el doble o en el triple (si no más), pues así lo observamos en todas las naciones y ciudades. Si te place, pues, realiza la suma: al punto tenemos en nuestra Roma (apenas me atrevo a decirlo) *dos millones de hombres*. Mas, ¿por qué me echo a temblar? La verdad hay que enunciarla con fuerza, y aún más hay que añadir.

6. Discípulo.- ¿Más? Me temo que estás a punto de cruzar los límites de la verdad, que es lo que acabas de hacer, sin duda, con los de la opinión común.

7. Lipsio.- Pues te digo que más, ¡fíjate! ¿No es probable que en Roma hubiera igual número de esclavos que de libres?

8. Discípulo.- Ensayas conmigo el método de Sócrates y me llevas con preguntas. Pero temo que le des la vuelta, respóndete tú a tí mismo.

9. Lipsio.- Hágase. Yo digo que igual número, si no más. Pues, ¿quién por muy pobre que fuera (según las costumbres actuales) no tenía uno o dos jóvenes esclavos? Mas los ricos, ejércitos de ellos, *ejércitos* {*véase más arriba el libro* II *capítulo* 15} digo (y así se expresa Amiano) *que llevaban tras sí*. Sólo aquel Pedanio Costa que aparece en Tácito, tuvo *cuatrocientos* bajo su techo y casa, cuando fue asesinado por uno de ellos. Séneca reprocha a sus romanos *la turba de esclavos, que hace pequeña la casa por muy grande que esta sea*. Y créeme no hubo ni uno de estos ricos o potentados que no tuviera menos de cien o doscientos: divididos en sus respectivos servicios u obligaciones. Pero, ¿por qué me ando con rodeos o deduciendo pruebas? Toma un testimonio veraz conocido por fiable, de nuevo de Séneca, que al tratar su época dice: *En cierta ocasión se adoptó una resolución en el Senado, para que una prenda distinguiera a los esclavos de los libres. Inmediatamente se hizo manifiesto el gran peligro que nos amenazaba si nuestros esclavos comenzaban a saber cuántos somos*. ¿Se puede decir más claro, que los esclavos fueron más que los libres? No obstante, con ellos no los tenemos a todos, sigue sumando.

10. Discípulo.- Me voy.

11. Lipsio.- ¿Qué te ocurre?

12. Discípulo.- Pues que ya vas a por los tres o cuatro millones, tantos como no hay en algunas provincias ni en reinos. ¿Quién va a aceptar estas cuentas?

13. Lipsio.- Si no quieres aceptarlas tú, házte a un lado, por mi vale. No obstante, voy a hablar ahora de algo que te interesa.

14. Discípulo.- ¿A mí?

15. Lipsio.- En efecto. Voy a meter a los extranjeros en Roma.

16. Discípulo.- Ayayay, me quedo, pónme al tanto al respecto.

17. Lipsio.- Helo ahí. Te digo que antiguamente llegaron a Roma extranjeros de todo el orbe, unos por negocios propios, otros por asuntos públicos, y muchos de recreo. Así esta ciudad siempre estaba renovándose con ellos, mientras unos entraban, otros salían y

alii exirent: atque ipsa, ut mare, admitteret, emitteret, nec cresceret minueretve. Itaque Aristides Romam dicit esse, *velut* [[COMMVNE TOTIVS TERRAE OPIDVM]]. Item, *omnes gentes, quasi vicatim divisas, ad hanc suam arcem convenire: quae numquam ulli se negat, sed ut terrae solum fert omnes, sic haec* OMNES HOMINES *capit*. Athenaeus quoque cum eo: apud quem ORBIS POPVLVS Romani dicuntur, ab hac caussa: ipsa urbs, [[ORBIS COMPENDIVM ET EPITOME]][[: quae Polemonis Sophistae, apud Galenum {*Lib*[*ro*] II}, vox et elogium fuit.]] Eadem *urbs urbium*: quia *videre in ea est omnes urbes collocatas*, deinde addit: *Deficiat non unus dies, sed quotquot habet annus, siquis adnumerare conetur* OMNES VRBES IN CAELESTI *ista urbe positas: idque ob nimiam copiam. Nam et* TOTAE NATIONES *illic simul et confertim habitant: ut Cappadocum, Scytharum, Ponticorum, et aliarum complures*. At tu iterum renides.

18. Aud.- Et renitor quoque. an Graecis his credam, et sic oratorie loquentibus? *Dies deficiat et annus numerantem*: item, *Totae nationes habitant*: et ista, quae tu scis dici in speciem, in re non esse.

19. Lips.- In re non esse? audi, audi: quoniam Graecis parum apud te est fidei (etsi in hac re Romana et extera debebat) audi, inquam, Romanum igitur testem, et eum Romana fide ac candore. Is est Seneca noster. qui sic ad Helviam matrem: *Aspice hanc frequentiam, cui vix urbis* IMMENSAE TECTA *sufficiunt:* MAXIMA PARS *illius turbae patria caret, ex municipiis, ex coloniis suis, ex* TOTO *denique* ORBE TERRARVM *confluxerunt*. Quid ea verba tibi videntur? *urbis immensae tecta* vix capere incolas: item, *maximam illorum partem*, exteros esse: denique *ex toto orbe* eo concurri. Et ista mox iterat: ac postquam caussas recensuit passim veniendi varias (lege; et iucunda sunt:) addit: NVLLVM *non* HOMINVM *genus concurrit in Vrbem, et virtutibus et vitiis magna praemia ponentem. Iube hos omnes ad nomen citari, et Vnde domo quisque sit, quaere: videbis* MAIOREM PARTEM *esse, quae relictis sedibus suis venerit in* MAXIMAM *quidem ac* PVLCHERRIMAM *urbem, non tamen suam*. [[Quid Lucanus? nonne Romam afferit,

> ---*populis, victisque frequentem*
> *Gentibus, et* GENERIS, *coëat si turba*, CAPACEM
> HVMANI?

20. Totum orbem hic includi potuisse ait: et quid potest clarius pro multitudine, sive et magnitudine nostra dici? Idem poëta ---*mundi faece repletam* Romam scribit: ad tot scilicet illas nationes aspiciens (ex Athenaeo audisti) quae incolebant: totae in certis partibus aut regionibus etiam collocatae]]. Ita Iudaei trans Tiberim, alii alibi: atque

---

2 [[COMMUNE...OPIDVM]] 1599, 1605] *commune totius terrae opidum* 1598 **4** OMNES HOMINES 1599, 1605] *omnes homines* 1598 **5** ORBIS POPVLVS 1599, 1605] *Orbis populus* 1598 **6** [[ORBIS...EPITOME]] 1599, 1605] *Orbis compendium et epitome* 1598 **7** {*Lib.* II} 1599] deest 1598, 1605 **7-8** [[: quae...fuit]] 1599, 1605] deest 1598 **24** *ex toto* 1599, 1605] *ex ex toto* 1598 **30** nonne 1605] nonnne 1599 **29-39** [[Quid...collocatae]] 1599, 1605] Nec verba haec sunt nuda, neque illa quidem Athenaei de *totis nationibus*: quia et totae, in certis partibus, Romae habitabant 1598

2-4 Aristid. *Or*. 26.61 **5** Ath.1.20.b **6** Gal. 18.1 [ed. Kühn p.347]

ella misma, como el mar, dando entrada y salida, ni crecía ni menguaba. Aristides, por ello, dice que Roma es *como* LA CIUDAD COMÚN A TODO EL ORBE. Dice también que *todas las naciones, repartidas prácticamente a modo de barrios, se reunen en esta su acrópolis. Ella que nunca a nadie le dice que no, sino que igual que el suelo terrestre tiene sitio para todos, así también acoje* A TODOS LOS HOMBRES. Ateneo también coincide con él. En su opinión, se llama a los romanos el PUEBLO DEL ORBE por esta razón; y a la propia ciudad, COMPENDIO Y EPÍTOME DEL ORBE, según los términos y elogio del sofista Polemón en Galeno. Ella misma es *una ciudad de ciudades*, porque *se pueden ver en ella todas las ciudades ordenadas*. Añade, después, que *perdería no un día entero, sino cuantos tiene un año, quien emprendiese la tarea de contar* TODAS LAS CIUDADES *que hay en esta ciudad* CELESTIAL*: y ello por la abundancia extraordinaria. Pues allí viven conjunta y apretadamente* TODAS LAS NACIONES *como capadocios, escitas, pónticos y otros muchos*.... Y tú vuelves a reirte.

18. Discípulo.- Y reniego también, ¿he de creer a aquellos griegos que hablan tan retóricamente? *Agotará días y años el que cuente*, y después *viven de todas las naciones*: pues todo ello, que bien sabes se dice para impresionar, no es cierto en realidad.

19. Lipsio.- ¡Que no son ciertas en realidad! ...escucha, escucha, ya que los griegos tienen para ti poco crédito (si bien en esta cuestión romana como ajena a ellos lo deberían tener), escucha, te digo, pues, un testimonio romano que tiene la fiabilidad y la sencillez romanas. Se trata de nuestro Séneca, que se dirige en estos términos a Helvia, su madre: *Contempla esta muchedumbre, que apenas cabe en la* INMENSIDAD *de la ciudad. La* MAYOR PARTE *de esta turba carece de patria, confluyeron de municipios, de sus propias colonias y finalmente del* CONJUNTO DE TIERRAS DEL ORBE. ¿Qué te parecen estas palabras? que los habitantes apenas cogen en *la inmensidad de la ciudad*, y después, que *la mayor parte de aquellos* la forman extranjeros, finalmente que allí confluyen *de todo el orbe*. Todo ello se repite inmediatamente, y después de reunir las razones, añade varias sobre la afluencia desde todas partes (lee pues son graciosas): TODO *tipo de* HOMBRE *acude a la Ciudad que ofrece grandes recompensas a vicios y virtudes. Ordena que se cite por su nombre a todos estos y busca cuál es el origen de cada cual. Verás que la* MAYOR PARTE *es la que forman los que desde humildes residencias llegaron a una ciudad ciertamente* SUPERIOR *y* BELLÍSIMA*, aunque no suya*. ¿Qué dice Lucano? ¿no afirma que Roma

> *---habitada por naciones de pueblos vencidos,*
> *es* CAPAZ DE ALBERGAR AL GÉNERO HUMANO*,*
> *aunque se le amontone la turba?*

20. Dice que ha podido incluirse aquí a todo el orbe, y ¿puede decirse algo con más claridad a favor de la multitud que allí existía y del tamaño que proponemos? También el poeta describe a Roma como *repleta de la hez del mundo*: al contemplar evidentemente todas aquellas naciones que allí vivían, cada una ubicada también en determinadas zonas y regiones de la ciudad (según escuchaste en Ateneo). Igual que los judíos en el Transtíber, se encontraban otros en otros lugares. Y también dispusieron de

---

7-11 Ath. 1.20.c **20-23** Sen. *Cons. Helv*. 6.2 **26-29** *ibid.* **32-34** Lucan. 1 vv. 511-513 **37** Lucan. 7 vv. 405

etiam coetus et concilia sua habuerunt. Suetonius indicat in Iulii funere: *In summo publico luctu, exterarum gentium multitudo, suo quaeque more, lamentata est*. Vt iam igitur hoc claudam et definiam, putasne et Servos et Peregrinos minus *duobus millionibus* fecisse? Ita universum sint *quattuor* Romae, et circa eam: nec mitius aut contractius, ut scripta veterum sunt, ego possum. Suspensum te animi video: et ego ipse paene fluctuo: sed validi illi venti Auctoritatum navim nostram huc impellunt, sistamus et in anchoris firmemus.

21. Aud.- Non sane id potest. nondum in tranquillo es, ne puta. Mihi quoque adspirant venti, et ecce ab Oriente. Alexandria illa sic celebris, sic maxima, sic omnium confessione post Romam secunda, non nisi *trecenta millia* habuit *liberorum capitum*: quod Diodorus tamen quasi pro re magna posuit, et adfirmavit. Atquin ea nec multo Roma ipsa minor.

22. Lips.- Respondeo, Alexandriam longe Roma illa triplici dicta minorem esse: et cuius ambitus [[ex Plinii dimensione, non nisi *quindecim milliarium* esset. Nostra igitur maior: et ipsum hoc de Alexandria, contra vulgatam opinionem valeat, de Roma sic parva. At vero de incolis, quod paucos eos facere Diodorus videtur: videsis, et inquire. *De liberis capitibus* dumtaxat definivit: ubi servi igitur? ubi etiam exteri et adventores, qui in tali negotiosa urbe sane multi? Haec attendenda sunt, sed istud maxime. quod Diodorus de suo aevo scripsit, id est Ptolomaei penultimi, et Romanae adhuc libertatis. Atqui tunc Alexandria nondum in flore illo et culmine, ad quod sub Principibus demum pervenit. Quid autem de *trecentis millibus* magnum sit, cum Caesarea Cappadociae (nec ea inter urbes principes) *quadringenta millia* incolarum habuerit? Zonarae hoc ita proditum, ut testem etiam advocem: et hunc ipsum numerum, aut circa, Parisiorum nostra Lutetia in censum deferebat, ante ultimas istas turbas. [[Quid, quod Diogenes Laërtius in Empedocle prodidit, *Agrigentum Siciliae olim octingenta millia hominum inhabitasse*? Plura eiusmodi exempla sunt: sed hodie, nonne *Caïrum* in Aegypto scribitur ad *septem milliones* hominum habere? et]] *Quinzai* illud famosum, ad *sedecies centena millia* (stupesco) familiarum? Prae quibus nostra illa frequens Roma decrescat; et dum fidem adstruo, perdam admirationem.

23. Aud.- Non apud me, stupeo. et ecce hodierna Roma, quam relinquitur et abest?

24. Lips.- Nulla comparatio: si frons est, omitte. Paullus Iovius pro magno scripsit, *Leonis Decimi temporibus, cum omnia infelici ubertate et pace, censa Romae octogintaquinque millia civium et inquilinorum: at vero, post cladem sub Clemente Septimo acceptam, iterum censu inito, vix ad trigintaduo millia perventum*. Quid verbis his opus est? unus paene veteris Romae vicus sit tam frequens. Nec mirum est. nam ista hodierna, praecipuos illos colles et valles etiam, vacua habet et deserta.

26-29 [[Quid,...et]] 1605] Quid, quod Procopius adnotavit, *a Gothis, cum Mediolanum cepissent, trecenta virorum millia occisa*? Nec omnes sane occisos crediderim, et faeminarum puerorumque quam magna etiam copia fuit? Plura eiusmodi exempla sunt: et hodie nonne 1599 **30** (stupesco) familiarum 1605] *familiarum* traditur continere 1599 30 quibus 1605] quo 1599

1-2 Suet. *Caes*. 84.5 **11** DS 17.52.6 **16** Plin. 5.62 **24** Zonar.12.23 D **27-28** DL 8.63

sus propias juntas y asambleas. Suetonio lo indica en el funeral de Julio: *En el duelo público general, también lloró una multitud de naciones extranjeras, según su propia costumbre*. Para concluir con esto y rematarlo, ¿no crees que esclavos y extranjeros hicieron al menos *dos millones*? Así, en Roma y sus alrededores sean *cuatro* en conjunto según están los textos antiguos, y no creo que haya que quitarle ni ponerle nada a esa cifra. Te veo indeciso, y yo mismo dudo un poco, pero aquellos vigorosos vientos de las autoridades empujan a nuestra nave hacia acá, detengámonos y echemos el ancla.

21. Discípulo.- La verdad es que todavía no es posible, aún no estás en lugar tranquilo, ¡ni lo pienses! A mí también me empujan vientos y hete aquí que esta vez desde Oriente. Alejandría, ciudad tan célebre y grande, que según todas las declaraciones, sólo queda por detrás de Roma, sólo tuvo *trescientas mil personas libres*, cosa que Diodoro, no obstante, estableció y dio por cierta casi como hecho extraordinario. Y, de hecho, esta no era mucho menor a la propia Roma.

22. Lipsio.- Te respondo que Alejandría era de largo tres veces más pequeña que la antedicha Roma, y que su perímetro según la medición de Plinio sólo era de *quince millas*. La nuestra es, pues, mayor. Y este mismo argumento vale para el caso de Alejandría, contra la común opinión para desmentir a quienes hablan de una Roma muy pequeña. Pero sobre los habitantes que parece que Diodoro los considera pocos, atiende si quieres y entérate. Él precisó tan sólo *las personas libres*, ¿dónde están pues, los esclavos?, ¿dónde los extranjeros y los que estaban de paso que en una urbe tan activa debían ser desde luego muchos? Hay que prestar atención a estas razones, pero particularmente al hecho de que Diodoro escribiera acerca de su propia época, esto es la del penúltimo Ptolomeo, aún bajo la república Romana. Pues bien, entonces, Alejandría todavía no había alcanzado el esplendor y el culmen que le llegó por fin bajo los Príncipes. ¿Cómo, pues, van a ser muchos *trescientos mil*, cuando la Cesarea de Capadocia (que no era una ciudad principal) tuvo *cuatrocientos mil* habitantes? Así lo proclama Zonaras para invocar también el testimonio, y este mismo número, más o menos, lo ofrecía en el censo, nuestro París, antes de las últimas turbulencias. ¿Qué se dirá sobre lo que Diógenes Laercio afirmó en el «Empédocles», *que Agrigento de Sicilia estuvo habitada antiguamente por ochocientos mil hombres*? Hay muchos ejemplos similares, pero hoy en día, ¿no se ha escrito que *El Cairo* en Egipto tiene *siete millones* de hombres?. ¿y que aquel famoso *Quinzai*, tiene en torno a *un millón seiscientas mil* familias (yo me quedo pasmado)? Ante ellas, aquella nuestra concurrida Roma se hace más pequeña y conforme voy derrochando fe, pierdo admiración.

23. Discípulo.- Pues yo no, y me pasmo, pues hete ahí la Roma actual, ¡cuánto se ve sobrepasada y qué lejos queda!

24. Lipsio.- No hay comparación posible: si esa es tu primera referencia, deséchala. Paulo Jovio escribió como algo excepcional *que en tiempos de León Décimo, cuando los infelices vivían en paz y abundancia, se censaron en Roma ochenta y cinco mil ciudadanos y residentes, pero después que sobreviniera la calamidad bajo Clemente Séptimo, calculado de nuevo el censo, apenas se llegó a los treinta y dos mil*. ¿Qué necesidad hay de palabras en este punto? Una aldea de la antigua Roma estaba prácticamente igual de concurrida. Y no es de maravillarse, pues la actual tiene desocupadas y desiertas aquellas colinas principales e incluso los valles.

25. Aud.- Optime. is sponte, quo ducebam. Nam nonne et tua vetus *compluria habet illa vacua*? Vbique obvia]] templa, porticus, basilicae, theatra, circi, fora, balneae, thermae, cetera publica: quae vel magnam partem, si non maximam, urbis occuparunt. Deflecte aut resiste, si potes, huic etiam vento.

26. Lips.- Resisto, plenis velis, prora obversa. Nam ista quae tu vacua perperam putas, ego aio plenissima fuisse. Balneas et Thermas nominasti: quid? an non in iis multitudo curantium, ministrantium, ad observandum, purgandum; aquam aggerendam, lavandum etiam, fricandum, ungendum, siquis servum non habuisset? Templa autem, Basilicae, Fora, suos custodes et aedituos habebant, satis grandi sane numero, ob sacrificia, ob ornatum, et tutelam. [[Et passim curatores, et servi item publici, in publicis istis locis.]]

27. Sed duo etiam ego omisi, valde ad frequentiam urbis, Milites, et Palatinos. Milites tot illi, in praesidio Principis aut urbis erant: iis sui calones, et honestioribus servi plures: scito certo vel ad *centena millia* excrevisse. At Palatinos dico, totam Principis aulam: in qua quot officia aut ministeria fuisse dicemus? Lapides antiquos inspice: dicent in parte, et suggerent materiem tibi cogitandi. Est et tertium, sed verecunde vix dico. Meretrices et scorta utriusque sexus (proh pudor! sed res ita fuit) ingentem numerum reddiderunt, ut in urbe quam multi caelibes, multi exteri sine uxoribus, inhabitarent aut frequentarent. [[Quid iam gladiatores, venatores, scaenici, quadrigarii, xystici? multa millia fuerunt. et ad]] summam, mi Auditor, desine reflare amplius et opponere; aut, vides, longius longiusque res haec ibit.

28. Aud.- Quiesco tua caussa, et credo (ut sic dicam) nec credens. Tamen unum etiam quaesierim: si tot illic millena millia, unde iis cibus?

29. Lips.- Hoc merito et quaeris, et ego decidam, sed paucis Senecae verbis. *Cogitate*, inquit, *hanc civitatem, in qua turba per latissima itinera, sine intermissione defluens, eliditur; in qua consumitur,* QVIDQVID TERRIS OMNIBVS *aratur*. Orbis, inquam, paene totus hanc suam metropolim adibat, et alebat: quid ambigis alimenta suffecisse?

***16*-2** [[ex...obvia]] 1599, 1605] ex Iosepho et Strabone, vix *decem milliarium* sit (ponunt enim *triginta stadia* in longitudine, *decem* in latitudine:) aut si Plinio mavis credere, *quindecim*: quo et ego inclino. Sed quanto nos iam plus habuimus? Deinde quae comparatio est, urbis Negotiatoriae cum hac Imperatoria? in qua vel Aulae, vel Ludorum et Voluptatum caussa, plus paene dixerim hominum fuisse, quam quot Diodorus scripsit. Et tamen *libera capita* ille tantum scripsit: attende: et incolas tantum atque assiduos: ubi exteri adventores? ubi servi quos longe superasse iam dictos licet affirmare. Nam alioqui nihil magnum Alexandria illa fuisset, cum et Lutetia vicina nostra ad *quadringenta millia* nuper (nam nunc exarvit et defloruit) habuerit; ipsa Constantinopolis hodie ad *septingenta*. Quae omnes quantum ab ambitu Romano absunt? quantum a magnis, continentibus, altisque illis aedificiis? AVD. Sed adde etiam Lipsi (et considerandum est) vacuis multis et inhabitatis aedificiis. Nam quot ea Romae fuerunt? tot 1598 **8** curantium, 1605] deest 1598, 1599 **10** [[Et...locis.]]1605] deest 1598, 1599 **19-20** [[Quid...ad]] 1605] Ad 1598, 1599

26-28 Sen. *Clem*. 1.6.1

25. Discípulo.- ¡Magnífico!, me llevas por ti mismo a dónde yo quería. Pues, ¿no es cierto que la tuya antigua también *tiene muchos espacios vacíos*? Por todas partes salen al paso templos, pórticos, basílicas, teatros, circos, foros, baños, termas, y otros lugares públicos que ocuparon una gran parte de la ciudad, si no la mayor. Desvíate o haz frente, si puedes, a este viento.

26. Lipsio.- Me resisto con las velas desplegadas y viento en popa. Pues estos lugares que tú crees por error vacíos, yo digo que estuvieron abarrotados. Citaste baños y termas, y ¿qué?, ¿no hubo en ellos una multitud de administradores, de sirvientes para vigilarlos, limpiarlos, allegar agua, e incluso para bañar, frotar, dar masajes, a quien no tuviera esclavo? También los templos, las basílicas y los foros tenían sus propios vigilantes y guardianes, realmente en número bastante elevado, para los sacrificios, el ceremonial y la vigilancia. Y por todas partes había encargados y también esclavos públicos en estos lugares públicos.

27. Pero es que, además, he olvidado dos tipos de personas a tener en cuenta en la población de la ciudad, los soldados y el personal palatino. Por un lado, todos aquellos soldados que servían en la defensa del emperador y de la ciudad: unos tenían sus propios mozos y los más honorables muchos esclavos. Sé con certeza que llegaron a la cifra de casi *cien mil*. Personal palatino llamo a todo el entorno del emperador, en el cual ¿cuántos oficios y cargos públicos diremos que hubo? Investiga las antiguas inscripciones: ellas te lo dicen en parte y te sugieren un tema para reflexionar. Existe también un tercer grupo, pero por pudor apenas lo mencionaré. Las meretrices y prostitutas de ambos sexos (¡ay vergüenza!, pero la cosa fue así) llegaron a un número ingente, como en ciudad habitada y frecuentada por muchos solteros y gentes venidas de fuera sin sus esposas. Y, además, ¿cuál sería el número de gladiadores, 'venatores', comediantes, cuadrigarios, atletas? Fueron muchos millares y, en suma, discípulo mío, no soples más en sentido contrario ni te opongas, o, mira, este asunto se te irá cada vez más lejos.

28. Discípulo.- Me dejas parado y creo (para decirlo de este modo) sin creer. No obstante una cosa aún me gustaría preguntarte: si había tantos miles de millares allí, ¿de dónde salía la comida para ellos?

29. Lipsio.- Esta es una buena pregunta, yo te la resolveré, pero con una breve cita de Séneca: *Reflexionad*, dice, *a propósito de esta ciudad, en la que se muele la abundancia que fluye sin cese a través de anchísimos caminos, en la que se consume* TODO CUANTO *se cosecha* EN TODAS LAS TIERRAS. Prácticamente todo el orbe, lo afirmo, acudía a esta su metrópoli para alimentarla, ¿cómo dudas de si había bastantes alimentos? Por cierto, recupera lo que dije más arriba sobre la 'frumentatio', y ahora,

Imo repete quae supra dixi, de Frumentatione: [[et nunc Aristidis haec audi]]. *Mare per medium vestrum imperium porrigitur, cui undique amplae regiones adiacent, necessaria pleraque vobis subministrantes. Nam ex* OMNI TERRA MARIQVE*, quidquid vel anni tempora gignunt; vel regiones singulae, fluvii, lacus; artesque item et ingenia tum Graecorum tum Barbarorum proferunt,* ID OMNE *ad vos defertur. Itaque siquis talia omnia videre desiderat; is vel per totum orbem peregrinetur necesse est, vel in vestra ista urbe versetur. Quidquid enim apud alios vel crescit, vel conficitur, hic affluit et abundat. Tot autem et tantae onerariae naves singulis anni temporibus appelluntur, ut urbs* COMMVNIS QVAEDAM ORBIS OFFICINA {κοινόν τι τῆς γῆς ἐργαστηριον} *videatur*. Ecce, merces undique habes, copias undique, frumenta, fructus. Nec plura opus de alimentis: addamne duo argumenta etiam multitudinis, atque unum ex iis iocosum? Lampridius scribit, Heliogabalum *servis imperasse ut omnes araneas colligerent in urbe: atque eos collegisse ad decem millia pondo*. additque Heliogabalum subiecisse, *Vel hinc intelligendum* QVAM MAGNA ROMA *esset*. Verum est: et quot domorum angulos excuti oportuit, ad hoc pondus? et quidem domorum per omnes angulos fere habitatarum? Alterum argumentum triste, et a peste. In Eusebii Chronico traditur [[sub Vespasiano (etsi verius Tito)]] *Ingentem Romae luem factam, ita ut* PER MVLTOS DIES *in ephemeridem decem millia mortuorum referrentur*. [[*Decem millia* nempe in dies singulos: nec nimium pro Roma: quando in *Caïro* etiam lego, ad XX ∞ hominum in dies absumpta. Itaque et in Suetonii Nerone quod vulgo legitur {Ca[pite] XXXIX}: *Accesserunt tantis ex Principe malis et fortuita quaedam. pestilentia unius Autumni qua* XXX *funerum millia in rationem Libitinae venerunt*: id falsum pravumque mihi est. Quid enim in magna illa Roma magni, cum in nostris opidis ea sint exempla? Omnino rescribendum, *trecenta millia*: et interpretes debebant advertisse]].

30. Concludo, et moneo, per hanc frequentiam Romae factum, ut paullatim Italia paene deserta esset; cum plerique eo confluerent, ob frumentationes, ludos, et alios usus aut voluptates[[. Varro iam suo aevo conqueritur, plerosque ex agris in urbem correpsisse, *et maluisse manus in theatro movere, quam in aratro*. Quod maxime fuit, post Frumentationes sic largiter et firmiter institutas: etsi Lucanus caussam in civile bellum coniicit: quasi ab eo stirps Italiae sic accisa. Sed de solitudine quidem, eadem canit:

---videmus
Tot vacuas urbes. generis quo turba redacta est
Humani? toto populi qui nascimur orbe,
Nec muros implere viris, nec possumus agros:
VRBS *nos* VNA *capit*.

31. Quod postremum epiphonema sane eximium, pro eximia nostra Roma]].

---

1 [[et...audi]] 1599, 1605] tot milleni modii in diem, adstruunt paene *duos hominum milliones*, dumtaxat tenuiorum. Nunc de Alimentis, et Aristidem audi 1598 **15** quidem 1605] deest 1598, 1599 **17** [[sub...Tito)]] 1605] deest 1598, 1599 **19-25** [[*Decem*...advertisse]] 1605] Exhausta fuisset in diebus aliquot Roma, si non Alexandriam, et quidquid dici potest, longe superasset 1598, 1599 **27-38** [[. Varro...Roma]] 1599, 1605] : in agris autem, Romanorum passim Praetoria et Villae essent, et ipsa agrorum latifundia per servos et ergastularios culta 1598

1-10 Aristid. *Or.* 26.11 **12-14** HA *Heliog*. 26.6 **17-19** Eus. *Chron*. p.188 h **21-23** Suet. *Ner*. 39.1 **28** Varr. *R. R*. 2. *praef*. 3 **32-36** Lucan. 7 vv. 399-402

escucha estas palabras de Aristides: *El mar se extiende por el medio de vuestro imperio, para él las grandes regiones que lo bordean en todos los sentidos son en su mayor parte necesarias proveedoras. Pues de* TODA LA TIERRA Y EL MAR*, todo cuanto dan las estaciones del año, o cada una de la regiones, ríos, lagos y técnicas, también incluso cuanto ofrece el talento de griegos y bárbaros,* TODO ELLO *se os entrega. Así pues, quien desee ver todas estas cosas, tiene que peregrinar por todo el orbe o encaminarse a esta vuestra ciudad. En efecto, todo cuanto en otras tierras crece o se elabora, aquí afluye y abunda. Y tanto y tantas naves de carga arriban en todas las épocas del año que la ciudad parece* EL TALLER COMÚN DEL ORBE {κοινόν τι τῆς γῆς ἐργαστηριον}. De golpe te encuentras por todas partes mercancías, riquezas, grano, frutos de la tierra. Y no tiene razón de ser la preocupación por las provisiones. ¿No he de añadir dos argumentos sobre la muchedumbre que vivía en Roma, uno de ellos hasta chistoso? Lampridio escribe que Heliogábalo *mandó a los esclavos que se reuniesen todas las telarañas que había en la ciudad y que ellos reunieron unas diez mil libras*, y añade que Heliogábalo sugirió que *también por ese ejemplo, se debía saber* LO GRANDE QUE ERA ROMA. Bien cierto es: ¿cuántas esquinas de casas hubo que repasar para llegar a este peso?, casas, ciertamente, que estarían abarrotadas por todas sus esquinas. El segundo argumento es triste y procede de una epidemia. La «Crónica» de Eusebio trae bajo Vespasiano (si bien más correctamente, debería ser bajo Tito) que *por toda Roma se extendió una epidemia incipiente de modo que* DURANTE MUCHOS DÍAS*, en el calendario se refieren diez mil muertos. Diez mil*, naturalmente cada día, y no es demasiado para Roma cuando leo que en el Cairo, han llegado a perecer unos veinte mil hombres al día. El mismo significado tiene un texto del «Nerón» de Suetonio {en el capítulo XXXIX} que suele leerse del siguiente modo: *A todos los males debidos al emperador, se añadieron ciertos hechos fortuitos, como la pestilencia por la que en un solo otoño se inscribieron en el registro de Libitina treinta mil funerales*. Para mí esto es falso y erróneo. ¿Qué tiene de extraordinario, en efecto, en aquella extraordinaria Roma, habiendo ejemplos tales en nuestras propias ciudades? En verdad debe ser rectificado en *trescientos mil*, y los traductores debían haberlo advertido.

30. Concluyo advirtiendo que a consecuencia de esta gran población existente en Roma, Italia quedó poco a poco prácticamente desierta,(15) pues la mayoría acudía a Roma a por los repartos de grano, por los juegos y otros menesteres o placeres. Ya Varrón en su época deplora que la mayoría se desplace de los campos a la ciudad, y *que prefirieran mover las manos en el teatro a hacerlo con el arado*. Cosa que llegó al máximo cuando se establecieron de modo definitivo 'frumentationes' tan generosas, si bien Lucano encuentra la causa en la guerra civil, como si por ella la estirpe de Italia hubiera decaído de tal modo. Pero, sobre el abandono del campo, ciertamente, canta las mismas cosas:

> *---vemos*
> *tantas ciudades vacías, ¿cómo se pierde la turba del género*
> *humano? En todo el orbe, resulta imposible reforzar los muros con hombres,*
> *o cultivar los campos de los pueblos donde nacimos:*
> UNA SOLA CIUDAD *nos tiene cogidos a todos.*

31. En cuanto a lo dicho, la exclamación de conclusión es realmente eximia, y hace justicia a nuestra eximia Roma.

26-27 paullatim Italia paene deserta esset;= nota 15

Lib. III cap. 4: De aedificiis urbis Romae communiter, et eorum altitudo.

1. Et Roma quidem tanta et tam frequens fuit: inimus nunc ipsam, et perambulamus, et lustramus?

2. Aud.- O si quis Deus olim hoc mihi dedisset! o siquis nunc quoque vel per somnium in ea sistat!

3. Lips.- Ego is ero, confide. somnia dicam, et umbras, praeut ipsa res et pulchritudo fuit. Periti viri est, mihi crede, non dicam describere, sed capere et credere qualis et quanta ea Roma fuit. Conabor, et minutula dicam: et vel sic fidem fortasse non inveniam. quid refert? aeri et herbis meis haec sim locutus. Tria in urbe miranda canit Claudianus:

> *Qua nihil in terris complectitur* ALTIVS *aër,*
> *Cuius nec* SPATIVM *visus, nec corda* DECOREM*,*
> *Nec laudem vox ulla capit*.

4. *Altitudinem* ecce laudat, *Spatium*, et *Decorem*. De *Spatio* dictum, duo alia exsequamur. Quae est *altitudo*? sive in collibus ipsis aedificatio, pulchra specie; sive singillatim in operibus ipsis. Quod ad colles, quomodo non bellum, videre eos publicis privatisque aedibus insessos; gradatim declinantes; et velut superas quasdam urbes, urbi inferae imminentes? Omnino fuit ea facies: et pulchre expressit Aristides. *Nec vero*, inquit, *superficiem solum soli occupat, sed longe supra exemplum in aera altissime ascendit. Et sicut vir aliquis, qui robore et magnitudine excellit, aliios quoque in se sublatos ferre gaudeat: ita et haec non quiescit, nisi et alias aequales sibi superimpositas urbes, alteram super alteram ferat: quod nominis eius fert ratio, totumque hoc quod hic videmus, robur et valentia* {ῥώμη}. *Adeo ut si quis eam diligenter vellet evolvere et diducere, et quae nunc in sublimi sunt urbes, aliam iuxta aliam humi collocare: quidquid Italiae reliquum est, id impletum mihi iri videtur: imo futura una aliqua urbs ad Ionium usque sinum*. Belle et ποιητικῶς, non nego, attollit: sed hae figurae originem a re habent, nec quisquam putet elationes istas, nisi cum caussa et basi esse. Itaque et Plinius, verus et severus talium, cum de magnitudine dixisset: *quo*, inquit, *siquis* ALTITVDINEM *tectorum addat, dignam profecto aestimationem concipiat, fateaturque* NVLLIVS VRBIS MAGNITVDINEM IN TOTO ORBE *potuisse ei comparari*. Quae altitudo tamen in templis, aut publicis, fateor, maxime: ut in Rutilio, ad Romam:

> *Exaudi genetrix hominum, genetrixque deorum,*
> *Non procul a caelo per tua templa sumus*.

5. Significat altissime in aërem ea surrexisse: et quidni, cum collibus etiam saepe imposita? Ceterae aedes, non communiter sic altae, nec humiles tamen fuerunt. Nam Augustus Princeps, cum ambitionem in aedificando videret atque alte attollendo, eamque cum discrimine et periculo ruinae; sive etiam, quia aërem interciperent, et nimis

---

15-17 Claud. *Cons. Stil*. 3 vv. 131-133 **23-31** Aristid. *Or*. 26.8 **33-36** Plin.3.67 **39-40** Rutil. Nam. 1 vv. 49-50

Lib. III cap. 4: Sobre los edificios de la ciudad de Roma en general y sobre su altura.

1. Fue Roma, pues, tan grande y tan poblada, ¿entramos ahora en ella, para recorrerla y echarle un vistazo?

2. Discípulo.- ¡Ay, si algún dios me hubiese permitido hacerlo antiguamente!, ¡quién, aunque sólo fuera en sueños, pudiera detenerse por un momento en ella!

3. Lipsio.- Yo mismo lo haré posible, confía en mi. Sueños y sombras te voy a contar para que deduzcas la verdadera situación y llegues a la hermosura que allí hubo. Es propio de hombre experto, créeme, no diré describir, sino entender y creer cómo, y cuán grande fue esta Roma. Comenzaré explicando una menudencia, y quizá por ello no he de conseguir la confianza que te pido. ¿A qué me refiero?, estoy hablando de cosas mías. Claudiano canta tres cosas en la ciudad dignas de admiración:

> *El aire no abarca nada* MÁS ALTO *en el mundo que lo que allí hay,*
> *la vista no alcanza su* EXTENSIÓN*, ni los corazones su* HERMOSURA*,*
> *ni palabra alguna sirve para alabarla*.

4. Le alaba, pues, *altura*, *extensión* y *belleza*. Sobre la *Extensión* ya se ha hablado, sigamos con los otros dos conceptos. ¿A qué se refiere con lo de la *altura*? Bien a la propia construcción en las colinas, que proporciona una bella imagen, o bien a la propia de cada uno de las construcciones. ¿Cómo no iba a ser bello ocupar las colinas con edificios públicos y privados, edificios que se dejan caer gradualmente y que como en ciertas ciudades altas están preeminentes sobre la ciudad baja? En verdad este fue su aspecto y bellamente lo expresó Aristides: *Y no ocupa*, dice, *tan sólo la superficie del suelo, sino que superando de largo cualquier paralelo sube altísima en el aire. Como un hombre que excede en vigor y tamaño, y goza llevando también a otros cogidos sobre sus hombros. Del mismo modo no se detiene esta hasta que coge sobre sí una sobre otra, otras ciudades iguales. Esto explica la razón de su nombre, pues todo cuanto aquí vemos se debe a su fuerza y valor* {ῥώμη}. *Hasta tal punto que quien quisiera con gran cuidado desmontarla, separarla y colocar una al lado de otra las ciudades que ahora están en la parte alta, todo cuanto queda de Italia me parece que quedaría lleno, y por cierto que se haría una nueva ciudad hasta el mar Jónico*. Bella y poéticamente, no lo niego, trató el asunto; pero estas figuras tienen su origen en la realidad, y nadie creería semejantes exaltaciones si no es conociendo su causa y fundamento. Así también Plinio, hombre veraz y severo en tales cuestiones, al tratar sobre su tamaño, dice que *como se añada la* ALTURA *de los tejados, le resultará ciertamente una medición digna y podrá reconocer que* LA GRANDEZA DE NINGUNA CIUDAD EN TODO EL ORBE *se le ha podido comparar*. Esta gran altura, no obstante, se refiere especialmente a la de templos o edificios públicos, lo confieso, como se lee en Rutilio, a Roma:

> *Presta oídos, generadora de hombres y de dioses,*
> *no estamos lejos del cielo por tus templos*.

5. Quiere decir que estos descollaron muy altos en el aire, ¿cómo no iba a ser así si a menudo se colocaban en las colinas? El resto de edificios no eran por lo común tan altos, pero tampoco eran de poca altura. Pues el emperador Augusto que se dio cuenta

inumbrarent: coërcuit, ut in Strabone scriptum est, et *septuaginta pedes* definivit in modo aedificiorum. Nero hoc ipsum postea secutus, cum ab incendio Romam instauraret, *cohibuit* (ut Tacitus ait) *altitudinem aedificiorum*. Sed modum non expressit noster: fueritque vel ille Augusti, quem oblitteratum, ut solet, iam revocavit; sive is qui Traiano postea adscribitur a Victore, *pedum sexaginta*. Sed de priore ego malim. Dices. ergone tam miranda haec altitudo? et nonne hodie magis educimus? Interdum, non nego: sed nec sic communiter: et hoc quoque cogita, multas aedes, et inprimis omnes publicas, extra legem hanc fuisse. Quid si autem et divites illi nobilesque neglexerint? ego arbitror, sive gratia impetrata, sive et ea neglecta. Et titulus sane fuit. quia lex in futuras novas aedes cavebat, structas non diruebat, et fas easdem sic reparare. Quidquid tamen sit, si vulgo aedes omnes *septuagenum* pedum, satis conspicua ea altitudo: praesertim ubi tecta compluviata, aut testudinata quod saepe. Nostra haec pectinata, et in angustum surgentia, aliquid de dignitate minuunt, sed et capacitatem tollunt. In tali autem illa altitudine, quid minus quam quaterna aut quina caenacula? quorum frequentiae studebant. Vitruvius {Lib[ro] II}: *In ea autem maiestate urbis, et civium* INFINITA FREQVENTIA*, innumerabiles habitationes opus fuit explicare. Ergo cum recipere non posset area plana tantam multitudinem ad habitandum in urbe, ad auxilium* ALTITVDINIS *aedificiorum res ipsa coëgit devenire. Itaque pilis lapideis, structuris testaceis, parietibus cementiciis, altitudines exstructae, contignationibus crebris coaxatae, et caenaculorum summas utilitates perficiunt, et despectationes*. Sed haec de aedificiis nunc non exsequor: et satis de Altitudine libasse.

---

1 Str. 5.3.7 **3** Tac. *Ann*. 15.43.1 **5** Aur. Vict. (pseudo) *Epit. de Caes*. 13.13 **15-20** Vitr. 2.8.17 [ed. Callebat: *disparitiones* pro *despectationes* (codd.)]

de la ambición que se manifestaba en la construcción de edificios y en hacerlos altísimos, y que este hecho comportaba deseo de destacar y peligro de derrumbes, o también, porque se apropiaba ilegalmente del aire y daban demasiada sombra, lo prohibió como está escrito en Estrabón, y estableció *setenta pies* para las construcciones. Nerón siguió después en esta misma línea y, al reorganizar Roma tras el incendio *limitó* (como dice Tácito) *la altura de las construcciones*. Aunque nuestro autor no expresa la medida, sería la misma de Augusto que olvidada, como suele ocurrir, se estaba restableciendo, o aquella que se atribuye a Trajano por Víctor: *sesenta pies*. Yo me quedo con lo primero. ¿Dices que no es tan digna de admiración esta altura?, ¿qué hoy en día los hacemos más altos? A veces, no te lo niego, pero no es algo común, y date cuenta también de esto, que muchos edificios, y particularmente todos los públicos quedaron exentos de esta ley. ¿Qué me dices si además ricos y nobles no la respetaron? A mi juicio eso es lo que ocurría, y construían al margen de la ley con permiso y también sin él. Y realmente se hizo norma que la ley afectara a los nuevos edificios que se habían de hacer, no demolía los construidos, y se permitió que estos mismos se renovaran según esta norma. No obstante, sea como fuere, si normalmente todos los edificios llegaban a los setenta pies, ya es una altura llamativa: particularmente donde los techos tenían 'compluvium' o bóveda, como a menudo sucedía. Nuestras casas con tejados a dos aguas y que se elevan en un espacio estrecho salen perdiendo en lo relativo a la dignidad, y también en capacidad. En tales alturas, ciertamente, ¿qué menos que hubiese cuatro o cinco pisos? Se dedicaban a aumentar el número de plantas. Vitrubio {en el libro II}: *En esta magnífica ciudad, con una* POBLACIÓN INFINITA *de ciudadanos hubo que desarrollar un sinnúmero de lugares de habitación. De modo que como la zona llana no podía proporcionar habitación en la ciudad a tan gran multitud, la propia situación forzó a recurrir al auxilio de las construcciones en* ALTURA. *Así pues, mediante pilares pétreos, con fábricas de ladrillo y paredes de cemento se suben las construcciones que se unen mediante encofrados y se logran pisos con múltiples usos y vistas desde lo alto*. Mas no voy por ahora a seguir el tema de las construcciones y baste con haber tocado la altura.

Lib III. cap. 5: Decor et ornatus aedificiorum. Excerpta quaedam, et primo de templo Capitolino exactius dictum.

1. Ad *Decorem* transeo, qui varius, in mole, in materia, in artificio, in symmetria, et siquid aliud elegantia aut peritia amat. In hac quoque parte, quin urbs omnes orbis urbes superaverit, nemo dubitet. nam et fidi auctores dicunt, et opes atque ambitio Romana facile persuadent. Quidquid artificum insigniorum Graecia aut Asia habuit, Romam evocabantur, aut ultro veniebant. quippe hic praemia: et quidam ex iis, quibus (ut Taciti verba usurpem) *ingenium et audacia erat, etiam quae natura denegavisset, per artem tentare*. Sed primus aut praecipuus *Decoris* huius auctor Augustus, qui *urbem*, ut Suetonius ait, *neque pro maiestate imperii ornatam, et inundationibus incendiisque obnoxiam, excoluit adeo, ut iure sit gloriatus, Marmoream se relinquere, quam lateritiam accepisset*. Atque ab eo, Nero Imperator. qui ambitione impulsus urbem incendit, ut novam melioremque repararet. *Videbatur enim*, ait Tacitus, *condendae urbis novae, et cognomento suo appellandae, gloriam quaerere*. Itaque eius iussu, *urbis domus, non ut post Gallica incendia, nulla distinctione, nec passim erectae, sed* DIMENSIS VICORVM ORDINIBVS ET LATIS VIARVM SPATIIS, *cohibita aedificiorum altitudine, ac patefactis areis, additisque* PORTICIBVS *quae frontem insularum tegerent. Easque porticus Nero sua pecunia exstructurum pollicitus est*. Vides ibi quaedam praeclara et optanda in urbe, Ordines vicorum, Latitudines viarum, Porticus protegentes. Vt non temere idem Tacitus TANTAM *resurgentis urbis* PVLCHRITVDINEM miretur, et scripto consignet. Quod tunc quidem publice, sed et privatim in omni incendio factum Seneca adnotavit: *Timagenes, felicitati urbis inimicus aiebat, Romae sibi incendia ob hoc unum dolori esse, quod sciret meliora resurrectura quam arsissent*. Et sane ita fuit, praesertim ad Traianum usque; cum ab illo, et a Deo, culmen fuisse videtur pulchritudini urbanae.

2. [[Aud.- Ain, tu, a Traiano? Constantino hanc laudem Nazarius tribuit, in Oratione ad ipsum: *Celeberrima quaeque urbis novis operibus enitescunt, nec obsoleta modo per vetustatem redivivo cultu insigniuntur, sed illaipsa quae* ANTEHAC MAGNIFICENTISSIMA *putabantur,* NVNC AVRI LVCE *fulgentia,* INDECORAM MAIORVM PARCIMONIAM *prodiderunt*. Vides quanto anteferat haec nova, aut novata, omnibus antiquis.

3. Lips.- Ita, sed nempe apud Constantinum. Fidem autem laudationibus istis qui fideliter constare putat, ignarus est oratorii moris. Struxisse et instaurasse quaedam illum Principem, lubens credo; quod ad veterem artem aut splendorem, da veniam, hodie non credam. Sed nos *Decorem* nostrum videamus, quem]] Plinius communiter

---

6 .nam et 1605] : 1598, 1599 **28** [[Aud.-..., quem]] 1599, 1605] Quam 1598

9-10 Tac. *Ann*. 15.42.1 **10-13** Suet. *Aug*. 28.3 **14-15** Tac. *Ann*. 15.40.2
15-19 Tac. *Ann*. 15.43.1 **21-22** Tac. *Ann*. 15.41.1 **23-25** Sen. *Ep*. 91.13
29-32 *Pan. Lat*. 4.35.4

Lib. III cap. 5: La estética y el ornato de los edificios. Algunos apuntes y, en primer lugar, se precisan aspectos del templo Capitolino.

1. A la *estética* paso. Fue rica en diversidad si entendemos por tal el tamaño de los edificios, su material de construcción, la destreza técnica aplicada y su simetría, asunto que requiere de cierta elegancia y pericia. Tampoco en esta cuestión debe dudarse de qué ciudad ha de superar a todas las ciudades del orbe. Esto queda dicho por autores fiables y lo confirman feacientemente las obras y la ostentación romanos. Cuantos insignes artistas hubo en Grecia o en Asia fueron atraídos a Roma; o, incluso, venían de más lejos, como quiera que aquí lograran recompensas. Algunos eran de aquellos que (en palabras de Tácito) *tenían destreza como para intentar conseguir artificiosamente lo que la naturaleza había hecho imposible*. Mas el primer y principal impulsor de tal *estética* fue Augusto, que, como dice Suetonio *embelleció de tal manera la ciudad, porque no la consideraba lo bastante espléndida para la majestad del Imperio y porque la veía sujeta a inundaciones e incendios, que con justicia debía ser alabado de haber dejado de mármol la que se encontró de ladrillo*. Tras él, un segundo lugar lo ocupa el emperador Nerón que, llevado de la ambición, incendió la ciudad para reconstruirla nueva y mejor. *En efecto*, dice Tácito, *creía que fundando una nueva ciudad y llamándola con su nombre, conseguiría la gloria*. Así, por una orden suya, *se levantaron las casas de la ciudad, y no como se hizo tras el incendio de los galos, indistintamente ni por todos lados, sino que al contrario se procedió a* ESTABLECER REGULARMENTE EL ORDEN DE LOS BARRIOS Y LA ANCHURA DE LAS CALLES*, se limitó la altura de los edificios, se dejaron zonas sin construir y se añadieron* PÓRTICOS *que cubrían las fachadas de los bloques de pisos. Además, Nerón prometió construir estos pórticos de su dinero*. Ves en este texto medidas insignes y deseables para la ciudad, la ordenación de barrios, la anchura de calles, el resguardo de pórticos. Tanto es así que, no por casualidad, maravilla al mismo Tácito LA ENORME GRACIA *de la ciudad que renacía*, y lo consigna en el texto. En efecto, Séneca apunta lo que entonces, con motivo del incendio general, se decía en público y también en privado: *Timagenes, enemigo de la felicidad de la ciudad, decía que el incendio de Roma le dolía por una única razón, y es que sabía que lo que se quemaba había de resurgir mejor.* Y no cabe duda de que eso fue lo que ocurrió, particularmente hasta Trajano, y es que por obra de este, y de Dios, parece ser que tuvo lugar el culmen de la gracia de la ciudad.

2. Discípulo- ¿De veras dices que se remonta a Trajano? Nazario tributa esta misma alabaza a Constantino en el discurso que le dedica: *Las partes más célebres de cualquier ciudad se señalan con nuevas obras, y las deterioradas por su antigüedad se distinguen no sólo por una belleza renovada, sino porque las mismas obras que* ANTES *eran consideradas* SUMAMENTE MAGNIFICENTES, AHORA *brillan con fulgores* DE LUZ ÁUREA *que dejan al descubierto la* INDECOROSA TACAÑERÍA DE LOS ANTEPASADOS. Ahí ves cuánto se debe preferir las obras nuevas o renovadas, a todas las antiguas.

3. Lipsio- Así es, y desde luego que eso es lo que ocurrió en tiempos de Constantino. Pero quien crea poder encontrar sinceramente fiabilidad en todas estas alabanzas desconoce el estilo oratorio. Con gusto doy crédito a que aquel Príncipe construyó y levantó algún edificio, pero lo que se dice sobre la técnica antigua y su falta de esplendor, permítemelo, todavía no puedo creerlo. Pero nosotros centrémonos en nuestro tema: la *estética*, que Plinio ensalza genéricamente del siguiente modo {libro

sic dilaudat {Lib[ro] XXXVI}: *Ad urbis nostrae miracula transire convenit, et sic quoque* TERRARVM ORBEM VICTVM *ostendere. quod accidisse toties paene, quot referentur miracula, apparebit. Vniversitate vero acervata, et in quemdam unum cumulum collecta, non alia* MAGNITVDO *exsurget, quam si* MVNDVS ALIVS QVIDAM *in uno loco narretur*. Notentur ea et ad Decorem, et ad Magnitudinem male controversam. Sed et Cassiodorus vero et magno ore, de istac urbe {Lib[ro] VII}: *Ferunt prisci saeculi narratores, fabricarum septem tantum terris attributa miracula. Ephesi Dianae templum; regis Mausoli pulcherrimum monumentum; Rhodi Solis aeneum signum, quod Colossus vocatur; Iovis Olympici simulacrum, quod Phidias formavit; Cyri Medorum regis domum, quam Memnon fabricavit; Babyloniae muros, quos Semiramis construxit; Pyramides in Aegypto. Sed quis illa ulterius praecipua putabit, cum in una urbe tot stupenda conspexerit? Habuerunt honores, quia praecesserunt tempore: et in rudi saeculo quidquid emersisset novum, per ora hominum iure ferebatur eximium. Nunc autem potest esse veridicum, si* VNIVERSA ROMA *dicatur esse* MIRACVLVM. Ecce consona utriusque iudicia, sed et voces: et Romam totam, ac per partes, *Miraculum* esse, et inter prima mundi spectacula, iure censent. Vis autem paullo distinctius membra pulcherrimi huius corporis videamus?

4. Aud.- Te hoc quaerere? non volo, sed aveo, sed ardeo, ut vero verbo dicam.

5. Lips.- Atqui ne nimis ardesce. nam ego non flumine te perfundam, sed leviter aliquid aspergam e summis aquis. Tu te ingurgitabis, si voles, postea: viam designabo et praeibo. Ego autem? an ducem potius alium quaeram ex ipsa antiquitate, qui ostendat? Esto Ammianus, qui Constantii ingressum in urbem Romam describens, ipsum intuentem et mirantem praecipua operum facit, atque ait {Lib[ro] XVI}: *Proinde Romam ingressus, imperii virtutumque omnium larem, cum venisset ad* ROSTRA*, perspectissimum priscae potentiae* FORVM *obstupuit: perque omne latus, quo se oculi contulissent,* MIRACVLORVM DENSITATE *praestrictus, allocutus nobilitatem in* CVRIA, *populumque pro tribunali, in* PALATIVM *receptus favore multiplici, laetitia fruebatur optata. Deinde intra septem montium culmina, per acclivitates planiciemque posita urbis membra collustrans, et suburbana; quidquid erat primum, id eminere inter alia cuncta sperabat:* IOVIS TARPEII *delubra, quantum terrena divinis praecellunt;* LAVACRA *in modum provinciarum exstructa;* AMPHITHEATRI *molem solidatam Lapidis Tyburtini compage;* PANTHEON *velut regionem teretem spaciosa celsitudine fornicatam; elatosque vertice scansili* SVGGESTVS *consulum, et priorum Principum imitamenta portantes, et* VRBIS *templum,* FORVMQVE PACIS*, et* POMPEII THEATRVM*, et* ODAEVM*, et* STADIVM*, aliaque inter haec* DECORA *urbis aeternae*. En habes, qui digitum intendat, et ducat: tu sequere, et ardorem (ita loquebaris) restingue.

---

19 aveo, sed 1599, 1605] aveo; non cupio sed 1598

1-5 Plin. 36.101 **7-15** Cassiod. *Var.* 7.15.4-5 **25-38** Amm. 16.10.13-14 [ed. Seyfarth: *terrenis divina* pro *terrena divinis*]

XXXVI}: *Los portentos de nuestra ciudad se pueden recorrer y con ellos mostrar también los del* ORBE VENCIDO*, así quedará constancia de que son ciertos cuantos portentos se refieren. En verdad, tras acumular el conjunto y reunirlo en algún montón no resultaría otra* GRANDEZA *diferente a la que resultara de explicar en su conjunto* ALGÚN OTRO MUNDO. Nótese que estos temas relativos a la estética y a la grandeza, apenas generan controversia. También Casiodoro con palabras sinceras y notables habla de esta ciudad {en el libro VII}: *Refieren los autores de siglos pasados las únicas siete construcciones consideradas maravillas del mundo: el templo de Diana en Éfeso; el bellísimo monumento funerario del rey Mausolo; la figura de bonce del Sol rodio, llamado Coloso; la estatua de Júpiter Olímpico que realizó Fidias; el palacio de Ciro, rey de los Medos, que fabricó Memnón; los muros de Babilonia que construyó Semíramis; las Pirámides de Egipto. Pero, ¿quién seguirá creyendo que aquellas eran superiores, cuando es una sola ciudad la que reúne todo lo capaz de provocar estupor? Recibieron reconocimentos porque la precedieron en el tiempo y porque en un tiempo rudo todo cuanto sobresalía por novedoso, con justicia se refería comúnmente como eximio. Ahora, en cambio, puede decirse con verdad que es* ROMA EN SU CONJUNTO *la que es una* MARAVILLA. Helo ahí, asocia ambas opiniones y también las maneras de expresarlas, pues piensan con razón que toda Roma en su conjunto y en cada una de sus partes es una *maravilla*, que se encuentra entre los primeros espectáculos del mundo. ¿Quieres, no obstante, que veamos con más detalle partes de este bellísimo cuerpo?

4. Discípulo- ¿Eso me preguntas? No sólo lo quiero, lo anhelo, ardo en deseos, para decirte la verdad.

5. Lipsio- Pues no ardas demasiado, pues no te voy a inundar con las aguas de un río, sino que sólo te voy a salpicar levemente con otras más elevadas. Zambúllete después tú en ellas si lo deseas, yo te enseñaré el camino y daré contigo los primeros pasos. Yo, por mi parte, ¿no voy a ser capaz de hallar otro guía en la propia antigüedad que me la muestre? Séalo Amiano, que al describir la entrada de Constancio en la ciudad de Roma, lo presenta contemplando y admirando las principales obras, y dice {en el libro XVI}: *Entonces, ya dentro de Roma, hogar del imperio y de todas las virtudes, al llegar a los* ROSTRA *quedó atónito por el conocidísimo* FORO *de la antigua potencia, y, por todas partes a donde dirigía la mirada, captó un* CONJUNTO ABIGARRADO DE MARAVILLAS. *Habló a la nobleza en la* CURIA *y al pueblo desde una tribuna. Fue recibido en el* PALATINO *con el aplauso de la multitud cosa que le proporcionó una satisfacción que antes había anhelado. Más tarde, cuando recorría con la mirada los suburbios o las partes de la ciudad situadas entre las cimas de los siete montes o por las laderas y en el llano, creía que todo cuanto se le iba apareciendo eran edificios destacados de la ciudad: los santuarios de* JÚPITER TARPEYO*, que sobresalían en la medida que las cosas terrenas pueden superar a lo divino; los* BAÑOS *construidos a la medida de las provincias; la mole del* ANFITEATRO *consolidada con el compacto de piedra tiburtina; el* PANTEÓN *parecido a un barrio redondo que hubiese sido cubierto mediante una amplísima cúpula; las elevadas* TRIBUNAS *de los cónsules con la parte superior accesible y que llevan imágenes de los primeros emperadores, el templo de la* CIUDAD*, el* FORO DE LA PAZ*, el* TEATRO DE POMPEYO*, el* ODEÓN*, el* ESTADIO *y otros edificios más que se encuentran entre los* GALARDONES *de la ciudad eterna*. Ea, ahí lo tienes señalándotelos con el dedo y llevándote de la mano. Síguelo tú si quieres sofocar tus ardores (tal fue la expresión que utilizaste).

6. Aud.- Iam risui et ioco me habes palam.

7. Lips.- Egone?

8. Aud.- Tu, tu, et si noctua sim, saepius cantem. Nam nomenclatorem mihi das locorum, et paucorum quidem: ubi designator, enarrator, interpres?

9. Lips.- Adest: ego pro copia et scientia aliquid dicam, sed nec ordine quidem Ammiani. Nam etsi praecipua ille tetigi; non placet tamen ordiri a *Foro* aut *Rostris*, sed potius a *Templis*. Divina, a quibus rerum hominumque ortus, praeeant; et totum hoc pulchritudinis agmen ipsa ducant. Nominat ille quattuor templa, *Iovis Tarpeii, Pantheon, Vrbis, Pacis*. Quam pauca e multis? nam primum hoc moneo, *quadringenta vigintiquattuor templa* Romae fuisse, quod in Notitia imperii proditum leges. Noli ambigere, quin pleraque ex his magnifica, et aliter atque aliter structa, ve instructa: sed Ammianus satis habuit, dignitate vel opere prima eorum dare.

10. Itaque a *Tarpeio* exorsus est, sive *Capitolino*: non quia pulcherrimum fortasse, sed quia primarium, et Dei principis; itemque quia multa substructionum mole, et opibus ac tempore pleraque praeibat. Alioqui Plinius, ubi magnifica operum recenset, hoc omittit: imo idem quasi irridet veteres, quod {Lib[ro] XXXVI} *Aggeris vastum spatium, et Capitolii insanas substructiones mirabantur*. Sed id non ea mente dictum, qua videri possit, non, inquam, deminuit aut abiicit Capitolii ipsum opus; sed substructiones tangit, quas L[ucius] Tarquinius Priscus magnas, et *insanas*, ut ipse loquitur, circum collem fecit: dum praerupta eius adaequat, ab imo solo ingentibus lapidibus multo educto suffulcit, complanat denique in vertice, et fundamentis parat. Haec Plinius tangit, et Dionysius clare exsequitur: quem vide. Alioqui ipsum opus et aedificium non miratur mirabile visum: qui id possit? cum semper inter eximia fuerit, et urbis prima. Praeter Ammianum in verbis dictis, etiam Cassiodorus sic attollit: *Capitolia celsa conscendere, hoc est* INGENIA HVMANA SUPERATA *vidisse*. Et res sane dicit et facies, quam etsi tenuiter, lineis aliquot adumbrabo.

11. Mons *Saturnius* primo dictus fuit, in quo haec aedes, tum *Tarpeius*, et mox *Capitolinus*, a capite hominis (cui vivo *Toli* nomen fuisse Arnobius tradidit) invento, dum fundamenta moliuntur. Sed haec nota, non vulgo nimis illud, duplex *Capitolium* fuisse, *Vetus et Novum*. Illud in *Regione sexta Circi Flaminii* Victor et Notitia Imperii locant, istud in *Regione octava Fori Romani*. Valerius illud intellexit certo, cum inter sacerrima et vetustissima loca, adiurans nominat {Lib[ro] IIII cap[ite] IIII}: *Per Romuli casam, perque* VETERIS *Capitolii humilia tecta, et aeternos Vestae ignes*. Ait *Vetus*, ait *humili tecto*: quod ultimum nullo modo in *Novum* et sublime illud convenire potest. Puto et Martialem haec distinguere, cum in hominem ludit plurifariam habitantem:

---

24 parat 1605] iacit 1598,1599 **26** [[cum...fuerit,]] 1599, 1605] cum sit inter eximia 1598 **35** VETERIS 1599, 1605] *Veteris* 1598

11-12 Amm. 16.10.13-14 **19-20** Plin. 36.104 **25** DH 3.69.1; 4.59.1 **28** Cassiod. *Var*. 7.6.1 **31** Arn. 6.7 [ed. Reifferscheid sicut Salmasius: *Oli* pro *Toli* (cod. P)] **32-34** P. Vict. *Reg. VI* (ed. Valentini-Zucchetti, p. 217) **35-36** Val. Max. 4.4.11

6. Discípulo- Veo que te estas riendo de mí y que me utilizas para divertirte.

7. Lipsio- ¿Yo?

8. Discípulo -Sí tú, que si soy un mochuelo, natural es que cante. Pues me das uno que enumera los lugares, y no muchos, pero ¿dónde está el que los ordena, el que me los explica y me los interpreta?

9. Lipsio- Ante tí lo tienes: yo haré todo ello mediante un relato pormenorizado y bien informado, pero, desde luego, no lo haré siguiendo el orden de Amiano. Pues aunque es bien cierto que él toca los principales, no es de mi gusto empezar por el *foro* o por los '*rostra*', sino por los *templos*. Lo divino, de donde surgen las cosas y los hombres, debe ir primero y preceder a este hermoso conjunto. Aquel autor enumera cuatro templos: *el de Júpiter Tarpeyo*, *el Panteón*, *el de la Ciudad*, *el de la Paz*. ¿Qué pocos entre tantos? Y es que en primer lugar debo advertirte de que hubo en Roma *cuatrocientos veinticuatro templos*, según se lee explícitamente en la 'Notitia Imperii'. Está claro que la mayoría de ellos no eran edificios magníficos, y que estaban construidos y dotados de muy distintos modos, Amiano bastante hizo con dar los primeros de entre ellos por su importancia y fábrica.

10. Así pues hay que comenzar por el *Tarpeyo* o *Capitolino*, no porque fuera el más hermoso, sino porque era el primero y el del dios principal, y porque destacaba frente a la mayoría con unos enormes aterrazamientos, tanto por la importancia de las obras que debieron requerir, como por su antigüedad. Por lo demás, Plinio, cuando resume las obras públicas magníficas, lo omite e incluso casi se mofa de los antiguos por *maravillarse ante el tamaño del terraplén y los malsanos aterrazamientos del Capitolio* {en el libro XXXVI}. Pero eso no se dice con la intención que pudiera parecer, yo digo que esas palabras no está dichas para ridiculizar o desmerece a la propia construcción del Capitolio; sino que se refieren a las terrazas que Lucio Tarquinio Prisco hizo alrededor de la colina, grandes y *malsanos*, según dice el mismo Plinio: tras igualar sus zonas escarpadas, las apuntaló con un muro levantado con gran cantidad de rocas de la base de la colina, y finalmente allanó la cima y le echó los cimientos. Así trata Plinio este punto y Dionisio le sigue claramente. A él me remito. Por lo demás, la propia obra y el edificio no sorprende por un aspecto maravilloso, ¿cómo podría hacerlo?, aunque siempre estuvo entre las obras eximias y primorosas de la ciudad. Además de Amiano en el texto anterior, también Casiodoro lo exalta en estos términos: *subir el alto del Capitolio, esto es, ver* SUPERADO EL TALENTO HUMANO. Lo demuestra tanto el asunto como el aspecto del templo que esbozaré con algunos trazos, si bien sencillos.

11. Al principio el monte se llamaba *Saturnio*. En él estaba el templo que entonces se llamaba *Tarpeyo*, aunque pronto pasó a llamarse *Capitolino*, por el hallazgo cuando se edificaron los cimientos de la cabeza de un hombre (Arnobio nos transmitió que en vida se había llamado Tolo). Por lo general, no es algo que se sepa comúnmente el hecho de que había dos *Capitolios*: uno *antiguo* y otro *nuevo*. El primero lo sitúan Víctor y la «Notitia imperii» en la *región sexta del circo Flaminio*; el segundo en la *región octava del foro Romano*. Valerio hizo claramente referencia al primero cuando lo cita entre los lugares sacrosantos y antiquísimos en el juramento {en el libro IV, capítulo IV}: *Por la casa de Rómulo y por los humildes techos del* ANTIGUO *Capitolio, y por los fuegos eternos de Vesta*. Dice *antiguo* y *bajo un techo humilde*: cosa que en absoluto puede convenir con aquel *nuevo* y sublime. Opino que también Marcial diferencia ambos cuando se burla de aquel hombre que vivía en varios lugares:

Esquiliis domus est, domus est tibi colle Dianae,
Et tua Patricius culmina vicus habet.
Hinc viduae Cybeles, illinc sacraria Vestae,
Inde NOVVM, VETEREM *prospicis inde Iovem.*

Cerni ab eo utrumque Capitolium vult: *Vetus* e colle Aventino sive Dianae, *Novum* ex Esquiliis et Vico patricio. Etsi fortasse *Novum Iovem* Domitianum suum vocat, eiusque Palatium intellegit. Sed Varro de utroque apertius: *Capitolium Vetus, quod ibi Sacellum Iovis, Iunonis, Minervae: et id antiquius, quam aedis quae in Capitolio facta*. Ecce, dicit illud Vetus, aevo prius esse quam hoc Novum, et ostendit in alio item loco fuisse. Sed dices, si prius, si alibi: unde *Capitolium*? nam vox ea non convenit, cum nec mons tunc nomen istud habuerit, nec ipsum illud templum in monte. Respondeo, Varronem hoc occupasse et solvisse lectori vigilanti. Nam ideo, inquit, *Capitolium* non auctor aut conditor, sed posteritas dixit; quia ut in novo et nobili illo Capitolio, tres illi dii Praesides item colebantur. A similitudine igitur et hoc *Capitolium* est dictum, sed cum discrimine, *Vetus*. Quaeras amplius, quis autem condidit? et hoc dicam, suggerente Cassiodoro. Nam ille in Chronico, Numae rebus: *Capitolium quoque a fundamentis construxit*. Ignaro lectori tenebrae sint, et falsi Cassiodorum arguat. quis enim umquam prodidit Numam auctorem Capitolii? Et sane distinguere debebat, et addere, *Vetus*. Ita enim est: ille auctor illius, undeunde hoc hauserit Cassiodorus; sicut *Novi*, Tarquinius Priscus.

12. Is complanato, ut dixi, monte, struere coepit, ex voto quod voverat bello Sabino: idque opido Apiolis capto, ut Plinius ex Antiate refert {Lib[ro] III cap[ite] V}, e manubiis et praeda. Sed fato praeventus, absolvendum nepoti L[ucio] Tarquinio Superbo reliquit, regum ultimo: etsi Servium quoque Tullium aliquid addidisse, sociorum studio adiutum, Tacitus (sed solus, opinor) dixit. Praecipuus tamen auctor operis Superbus. qui, ut Livius inquit, *Suessa Pometia e Volscis capta, divendita praeda, cum quadraginta talenta argenti aurique recepisset, concepit animo eam* AMPLITVDINEM *Iovis templi, quae digna deum hominumque rege, quae Romano imperio, quae ipsius etiam loci maiestate esset*. Scribit *quadraginta* talenta: quae nobis XXIIII millia Philippaeorum essent: sed an non *quadringenta* rescribendum, aliquis ex Dionysio iure controvertat? Nam ille, ut in re non dubia: *tantum praedae*, inquit, *repperit, ut quinque minae argenti obvenerint singulis militibus, decimae autem diis sacratae fuerint non minus* {*In Plutarcho summa eadem*} *quadringenta talenta*. Ea essent, *ducenta quadraginta millia* Philippaeorum: pecunia, haud nego, satis grandis, praesertim e solis decimis: sed res Italiae et Latii tunc uberes et florentes (quod et alibi videre est) hoc persuadent; tum et ipsum opus ea amplitudine institutum, quam Livius depraedicat, et quam exigua summa nemo fabricetur. Nec tamen vel Tarquinius

---

1-4 Mart. *Epigram.* 7.73 vv.1-4 **8-10** Varr. *L. L.* 5.158 **17-18** Cassiod. *Chron*. 1216 **23-24** Plin. 3.70 **25-26** Tac. *Hist*. 3.72.2 **27-30** Liv. 1.53.2-3 [ed. Weissenborn: *aurique* deest; *refecisset* pro *recepisset*] **32-34** DH 4.50.5 **34** Plu. *Publ*. 15.3 [ed. Flacelière-Chamby-Juneaux: λίτρας ἀργυρίου τετρακισμυρίας]

Tienes casa en las Esquilias, tienes casa en la colina de Diana,
Hasta el barrio patricio alberga tus palacios,
Desde aquí ves la capilla de la viuda Cibeles, desde allí la de Vesta
Una vez le echas el ojo al NUEVO JÚPITER*, la siguiente al* ANTIGUO.

Según el texto, Marcial distingue dos Capitolios: el *antiguo* de la colina Aventina o de Diana, y el *nuevo* de las Esquilias y del barrio patricio. Si bien es posible que llame *nuevo Júpiter* a su Domiciano, y que comprenda como tal el palacio de aquel. No obstante, Varrón abiertamente se refiere a ambos: *El antiguo Capitolio que alberga el pequeño santuario de Júpiter, Juno y Minerva, y que es más antiguo que el templo hecho en el Capitolio*. Helo ahí, habla de uno antiguo que es de una época anterior a este otro nuevo y también dice que estuvo en un lugar diferente. Pero tú me dirás, pensando en el primero, que si se encontraba en otro lugar, ¿de dónde le venía el nombre de *Capitolio*?, pues el término aquel no parece el adecuado al no haber tenido en aquel entonces aquel monte este nombre, ni aquel mismo templo estar en un monte. Te respondo que Varrón se ocupó de esta cuestión y se la resolvió al lector atento. Pues no fue su creador, ni su fundador, sino que fue la posteridad la que le dio el nombre de *Capitolio*, porque al igual que en aquel nuevo y noble Capitolio, también aquí se rendía culto a los mismos tres dioses patronos. Así pues, también se llamó a este *Capitolio* por razones de semejanza, pero añadiendo lo de *viejo* para diferenciarlo. Es posible que te preguntes también quién lo fundó. Puedo responderte según lo que sugiere Casiodoro. En la «Crónica», al tratar los asuntos de Numa dice: *También construyó desde sus cimientos el Capitolio*. El lector poco ducho encontrará tinieblas y posiblemente interprete erróneamente a Casiodoro. En efecto, ¿quién puede atribuir en la vida la fundación del Capitolio a Numa? Sin duda, debería haber hecho una distinción clara, y añadir que se refiere al *viejo.* La cosa es como sigue: Numa fue el creador de aquel al que se refiere Casiodoro con lo dicho, porque el autor del *nuevo* fue Tarquinio Prisco.

12. Tras allanar el monte, como dije, comenzó a construirlo, según el voto hecho durante la guerra sabina. Esta construcción se realizó con el botín y el saqueo tras la conquista de la ciudad de Apiolas, según lo refiere Plinio a partir de Antias {en el libro III, capítulo V}. Pero frustrado por el destino, dejó la tarea de terminarlo a su nieto, Lucio Tarquinio el Soberbio, el último de los reyes. Bien es cierto que Tácito (pero creo que es el único en hacerlo) dice que también Servio Tulio le añadió algo, secundado con la colaboración de los aliados. El principal resposable de la obra, no obstante, es el Soberbio, quien, como afirma Livio, *tras tomar Suesa Pomecia de los volscos y vender los despojos del botín, consiguió cuarenta talentos de plata y oro, y concibió la* GRANDEZA *del templo de Júpiter, para que fuese digno del rey de dioses y hombres, del Imperio romano y de la propia majestad del lugar*. Escribió *cuarenta* talentos, que para nosotros son 24 mil filipeos: pero ¿no debería corregirse en *cuatrocientos*?, ¿habrá quien lo discuta teniendo en cuenta a Dionisio? Y es que este dice como algo indudable que *tan gran botín se logró que a cada soldado le tocaron cinco minas de plata, y que los diezmos consagrados a los dioses no fueron menos de cuatrocientos talentos* {*en Plutarco se da la misma cifra*}. Eso equivale a *doscientos cuarenta mil* filipeos, cantidad, no lo niego, bastante grande especialmente para proceder exclusivamente de los diezmos, pero la situación de Italia y del Lacio en aquel entonces, próspera y floreciente (como se puede ver en otros lugares), no nos permite dudar de que así fuera. Por lo tanto que nadie venga a plantearme dudas sobre la decisión de la grandeza de la obra, que Livio ensalza, ni sobre aquella primera exigua suma de dinero que he

supremam manum imposuit: *et gloria operis* (ait Tacitus {III Hist[oriarum]}) *libertati reservata. Pulsis regibus, Horatius Pulvillus Consul dedicavit, ea* MAGNIFICENTIA*, quam immensae postea populi Romani opes ornarent potius, quam augerent*. Vides et a Tacito laudari, et consummatum hoc opus Pulvillo adscribi. Quid igitur est, quod in Livio, multis annis post lego, in Tribunorum militarium imperio? {Lib[ro] VI} *Eodem anno, ne privatorum tantum operibus urbs cresceret, Capitolium quoque saxo quadrato substructum est, opus* VEL IN HAC MAGNIFICENTIA VRBIS CONSPICIENDVM. Hoc narrat, post Romam a Gallis captam, et cum ea instaurata a civibus fuit. Ergone tunc denique Capitolium saxo quadrato structum? nego de ipso aedificio, fateor de monte. Itaque attende, *substructum* dicit, non *exstructum*. Est illud ipsum opus, de quo praedixi, L[ucii] Tarquinii: quod tamen rudi lapide factum, nunc mutarunt, et secto quadratoque splendidius confecerunt. Igitur Pliniana illa, de quibus item antea, magis fuerit ad hoc posterius opus referri: et istae sunt *insanae illae substructiones*, e quarum ruinis vastos lapides erutos patrum etiam aetas vidit.

13. Sed ipsum Tarquinii Capitolium quale fuit? Describit his fere verbis Dionysius: *Situm est in alta crepidine, habetque in ambitu octo iugera: sic ut latera singula ducentorum fere pedum sint, exigua latitudinis et longitudinis differentia, nisi quod ista illam vincit vix pedibus quindenis. Qua parte frons eius meridiem spectat, triplici columnarum ordine circumcingitur; ab aliis lateribus, duplici. In ipso sunt tres cellae, ex ordine, a lateribus communione parietum clausae. Media est Iovis, utrimque altera Iunionis, altera Minervae, sub eodem laqueari eodemque tecto*. Ita Dionysius: et verba, si placet, examinemus. *Octo iugerum* ambitu fuisse dicit: id est *pedum octingentorum*: sed sic ut quadrum esset, imo paene quadratum, nisi quod longitudo *quindecim pedibus* superaret. Fuit egregia capacitas, si consideras, et apta proportione. Ait, *frontem ad meridiem spectasse*: id est Forum Romanum et Palatium versus, frequentissimam urbis partem. Ergo ab ea quoque parte *centum gradus*, quibus (ut Tacitus, atque alii) superbe adibatur. Quos tamen continuos fuisse non arbitror, et retractiones suas habuisse, ut Vitruvius appellat: id est, areolas, ubi fessi pedem figerent, et respirarent. quas post singulos septem aut novem graduum ordines solere interponi, architecti notarunt. Gradus autem isti haud dubie ad maiestatem: eoque et in aliis templis, etsi pauciores, soliti usurpari. Sed ibi ratio, hic necessitas et locus editior voluerunt.

14. Addit *columnarum triplicem ordinem*: quas L[ucium] Sullam Athenis advexisse, e templo Iovis Olympii, Plinius nos docet {Lib[ro] XXXV cap[ite] VI}. Atque eas Dionysii tempore ipsas exstitisse, facile arbitror: post incendium, a Vespasiano mutatas, verbum Plinii dat suspicari. Quam multae eae fuerint, haud dixerim: quia varia proportio in collocandis, de qua Vitruvius videndus. An tamen eiusdem locus non huc facit? Lib[ro] III cap[ite] III. Format *Pycnostylos, Systylos, Diastylos, Araeostylos, Eustylos* aedium species: iis enim Graecis vocibus utuntur: et in

---

5 post 1599, 1605] pust 1598

1-3 Tac. *Hist*. 3.72.2 **5-7** Liv. 6.4.12 **16-21** DH 4.61.3 **26** Tac. *Hist*. 3.71.3 **28** Vitr. 3.4.4 **33** Plin. 36.45

corregido. De todos modos no fue nisiquiera Tarquino quien lo remató, ya que *la gloria de la obra* (lo dice Tácito {III de las «Historias»}) *estaba reservada a la libertad. Expulsados los reyes, el cónsul Horacio Pulvilo la inauguró con tal* MAGNIFICIENCIA, *que en el futuro los inmensos recursos del pueblo romano iban a embellecerla más que a acrecentarla*. Hete ahí que también Tácito lo alabó y que atribuye la conclusión de esta obra a Pulvilo. ¿Qué significa, no obstante, lo que leo en Livio durante el imperio de los tribunos militares, muchos años después? *Aquel mismo año, para que la ciudad no sólo creciera con las obras de particulares, se le proporcionó también al Capitolio una base de sillar regular, obra que* DEBE SER DIGNA DE CONSIDERACIÓN INCLUSO EN UNA CIUDAD TAN MAGNÍFICA {en el libro VI}. Esto lo cuenta después de que Roma fuera ocupada por los galos y una vez que quedó remozada por los ciudadanos. ¿No dice entonces a este respecto que el Capitolio fue dotado, por fin, de sillar regular? Yo niego que se trate del propio edificio, sino que se refiere al monte. Y es que, presta atención, dice base y no estructura. Aquella misma obra de Lucio Tarquino, de la que antes hablé, y que sin embargo fue hecha con piedra irregular, ahora la cambiaron y la terminaron con un aparejo más espléndido, tallado y regular. Por lo tanto, aquel testimonio pliniano del que se habló anteriormente, conviene más a esta obra posterior: pues estos son *aquellos defectuosos aterrazamientos*, de cuya mole vio aflorar los rudos cascotes la edad de los 'patres'.

12. Pero, ¿cómo era el Capitolio de Tarquinio? Dionisio lo describe más o menos con estas palabras: *Esta situado en un alto zócalo, su perímetro ocupa ocho yugadas, de modo que cada costado es de unos doscientos pies, pues la diferencia entre anchura y profundidad es mínima, si no es porque esta supera a aquella en apenas quince pies. La parte de la fachada mira al mediodía, está cerrada por un triple orden de columnas, en las otras, por uno doble. Dentro hay tres celdas paralelas y separadas por los lados con paredes comunes. En el centro, está la de Júpiter y a ambos lados la de Juno por un lado y la de Minerva por el otro, todas bajo el mismo artesonado y bajo el mismo techo*. Así lo describe Dionisio, si te parece, examinemos los términos que utiliza. Dice que su perímetro fue de *ocho yugadas*, esto es *ochocientos pies*, y de tal modo que formaban un cuadro o una forma prácticamente cuadrada, si no fuera porque la profundidad era *quince pies* mayor. Era un edificio de notable aforo, si lo observas atentamente, y de una proporción adecuada. Dice que *la fachada miraba al mediodía*, esto es hacia el foro Romano y el Palatino, la parte más frecuentada de la ciudad. Así mismo, era desde allí de donde venían *los cien escalones* por los que (como dicen Tácito y otros) se caminaba magníficamente. No me parece, no obstante, que fueran sucesivos, sino que creo que tuvieron descansillos, según los llama Vitruvio, esto es, pequeños espacios donde los que se cansaban pudieran detener el paso y tomar aliento. Según establecieron los arquitectos se solía intercalar uno cada siete o nueve escalones. Escalones estos que sin duda contribuían a enaltecer el lugar, por ello también se solían emplear en otros templos, si bien en menor número. Así lo requería en ellos la razón y en este la necesidad y lo elevado del lugar.

14. Habla después de un *triple orden de columnas*. Plinio nos cuenta {en el Libro XXXV, capítulo VI} que Lucio Sila trajo las columnas de Atenas, del templo de Júpiter Olímpico. Fácil me resulta deducir que estas eran las mismas que todavía existían en tiempos de Dionisio. El texto de Plinio hace sospechar también que tras el incendio, fueron sustituidas por Vespasiano. No voy a entrar en detalles a propósito de estas columnatas, de hecho había varias maneras de disponerlas sobre lo cual debe verse Vitruvio. No obstante, ¿no hay un pasaje del mismo que viene aquí al punto? En el libro III, capítulo III. Establece varios tipos de templos: el *picnóstilo*, el *sístilo*, el *diástilo*,

Araeostylis, inquit, *nec marmoreis nec lapideis epistyliis uti datur, sed imponendae sunt trabes de materia perpetuae: et ipsarum aedium species sunt barycae, barycephalae, humiles, latae, ornantque signis fictilibus, aut aereis inauratis fastigia earum, Tuscanico more. uti est ad Circum maximum Cereris, et Herculis, Pompeiani item Capitolii*. Sane Pompeianum Capitolium nemo legit, opinor; nec ipse Pompeius manum admovit, aut potuit: nisi quis accipit de Capitolio, quod Pompeiis fuerit Campaniae opido. Nam et coloniae, uti scimus, Capitolia sua habebant. Sed tamen, quia utitur hic Romanis exemplis (vide alia:) non displiceat distingui, *Herculis Pompeiani, item Capitolii*. Itaque Capitolium fuerit inter *Araeostyla*, id est raris columnis distincta.

15. Pergit Dionysius, *tres in ipso cellas esse*, sive ut ipse appellat σηκοὺς {Hesych[ius] Σηκὸς, ἐνδότερος τόπος τοῦ ἱεροῦ}. Ea res nota est, et versus Ausonii,

Trina in Tarpeio fulgent consortia templo.

Quod imitabantur item in coloniis: eoque Arnobius scripsit: *Nonne vides in Capitoliis omnibus virginales esse species Minervarum?* duos alios deos ibi omittit. An autem non alii dii in Capitolio? non quidem in isto templo; excipio Iuventutem, et Terminum: qui cedere scilicet noluerunt exaugurantibus. *Itaque eorum arae* (ait alibi Dionysius {Lib[ro] III}) *continentur templi ambitu, atque una in vestibulo cellae Minervae est, altera in ipsa cella iuxta pulvinar*. Quod igitur in Tertulliano legitur {De Spectac[ulis]}: *Capitolium omnium daemonum templum est*. itemque in P[ublio] Victore: *Capitolium, ubi omnium Deorum simulacra celebrantur*. in Cicerone: *Deorum domicilium*: ea inquam omnia, de ipso monte capienda sunt, qui passim et paene totus deorum aris, statuis, templis insessus: quod facile tibi inter legendum observitare.

16. Sed dixerat etiam Dionysius, *cellas istas a lateribus communi pariete clausas*. Quid hoc est? ut nullum discrimen aut interpositio parietum fuerit? imo opinor fuisse, aut certe columnarum, et sacelli atque aediculae specimen singulas habuisse. Nam ita ipse Dionysius, πρόναον τῆς ἀθηνᾶς (in verbis, quae iam verti) *vestibulum aedis Minervae*, et ut sic dicam *protemplum*. Ita et Livius: *Quadrigae inauratae positae in Capitolio, in cella Iovis, supra fastigium aediculae*. Plinius vero et *Delubrum* dixit: *Proserpinae tabula fuit in Capitolio, in Minervae delubro, supra aediculam Iuventutis*. Distinctio igitur: sed mens Dionysii, tres ipsas tamen cellas communi totius templi pariete clausas. Nisi quis etiam censet, *Aediculas* istas fuisse non nisi cava quaedam in ipso pariete, ad statuas illocandas: quod in Pantheo videmus: quibus non accedam.

17. Ista ex Dionysio: an et a me aliquid addo? faciam, si prius distinxero inter Capitolia, quae quattuor in hoc ipso loco, ex ordine, fuere. Nam primum illud Tarquiniorum, bello civili Sullano, incendio periit, neglegentia custodum. Alterum ipse

---

1-4 Vitr. 3.3.1-5 **10-11** Hsch. s. v. σηκός **13** Aus. 18 v.42 **15-16** Arn. 4.16 **17-20** DH 3.69.5 **21** Tert. *De Spectaculis* 12.7 **22** P. Vict. *Regio VIII* (ed. Valentini-Zucchetti, p.227 = Serv. *In Aen*. 2 v. 319) [ed. Valentini-Zucchetti: *colebantur* pro *celebrantur*] **22-23** Cic. *Nat. Deor*. 2.17 **25** DH 4.61 **29-30** Liv. 35.41.10 **31** Plin. 35.108

el *areóstilo*, el *eústilo*, efectivamente se utilizan estos términos en griego y, cuando se refiere a lo que respecta a los areóstilos dice que *no es posible usar arquitrabes de mármol o piedra, sino que se deben colocar vigas de una sola pieza de madera, y el aspecto de estos edificios es chato, pesado, bajo y ancho, también decoran sus tejados con imágenes de cerámica o con bronces dorados, según la costumbre etrusca, tal y como ocurre en el de Ceres junto al circo Máximo y el de Hércules también llamado Capitolio pompeyano.* No me cabe duda de que nadie entenderá este Capitolio como de Pompeyo, pues el propio Pompeyo no le puso la mano encima, ni pudo hacerlo, sino que debe entenderse que se trata del Capitolio que hubo en Pompeya, ciudad de Campania. Pues también las colonias, como sabemos, tenían sus propios Capitolios. En fin, y aunque aquí se citan ejemplos romanos (también hay otros), no está de más dejar constancia de la existencia del *del Hércules Pompeyano, también llamado Capitolio*. Por lo tanto, el Capitolio estuvo entre los *areóstilos*, esto es, los que se distinguían por tener las columnas más espaciadas entre sí.

15. Sigue diciendo Dionisio que *en él hay tres celdas* o como él mismo las llama *nichos* {Hesiquio: Nicho: Lugar dentro de un templo}. Es cosa sabida y hay un verso de Ausonio que dice:

Tres potencias refulgen en el templo Tarpeyo.

Lo cual se copiaba también en las colonias y por ello escribe Arnobio, *¿es que no ves que en todos los Capitolios hay imágenes de la virginal Minerva?* Omite los otros dos dioses que allí había. Pero, ¿no hubo otros dioses en el Capitolio? Ciertamente no dentro mismo del templo, excepción hecha de Juventud y Término, que no quisieron ceder su sitio a los otros que venían de fuera a sustituirlos. *Por lo tanto sus altares* (lo dice Dionisio más adelante {en el libro III}) *están en el interior del templo, uno en el vestíbulo de la celda de Minerva, el otro en la propia celda junto al pulvinar*. Por lo tanto lo que se lee en Tertuliano {«De Spectaculis»}: *El Capitolio, donde se rinde culto a las imágenes de todos los espíritus paganos*, y en P. Víctor: *Capitolio, donde se rinde culto a las imágenes de todos los dioses*, o Cicerón: *domicilio de dioses*, todo ello, digo, debe entenderse como referido al propio monte que por todas partes, prácticamente al completo, estaba ocupado por altares, estatuas o templos de dioses, como te será fácil de observar leyendo de aquí y de allí.

16. También había dicho Dionisio que *las celdas estaban cerradas por los lados con paredes comunes*. ¿Qué significa esto?, ¿qué no hubo separación ni intercalación de paredes entre ellas? Por cierto que sí creo que la hubo, aunque sólo fuera con algún tipo de columnata, y que cada divinidad tuvo una especie de santuario o capilla. Pues así lo dice el propio Dionisio: πρόναον τῆς ἀθηνᾶς (expresión que acabo de traducir) *vestíbulo del santuario de Minerva*, o para decirlo de otro modo *antetemplo*. Livio también se expresa en este sentido cuando dice: *La cuádriga dorada colocada en el Capitolio, en la celda de Júpiter, sobre el tejado de la capilla.* Plinio, no obstante, habla de un *Santuario*: *Hubo un cuadro de Proserpina en el Capitolio, en el santuario de Minerva, sobre la capilla de Juventud*. Por lo tanto hubo una separación: pero el sentido de Dionisio, sin embargo, es que las tres celdas estaban cerradas con la pared común a todo el templo. A no ser que, en cambio, se piense que estas *capillas* no fueron otra cosa que ciertos huecos en la propia pared que albergaban estatuas, como vemos en el Panteón, opinón que yo no comparto.

17. Estas conclusiones pueden deducirse de Dionisio, ¿no voy yo a añadir nada de mi cosecha? Lo haré diferenciando en primer lugar por su orden cronológico los cuatro diferentes Capitolios que hubo en este mismo sitio. Pues bien, el primero, el de

Sulla instruxit. sed non dedicavit: *quod unum Felicitati suae defuisse*, ipse apud Plinium fatetur, et Tacitus adnotavit. *Lutatii Catuli nomen*, ait Tacitus, *inter tanta Caesarum opera, usque ad Vitellium mansit*. Etsi Dio tamen scribit, Caesari Iulio, inter alia honorum, decretum a Senatu: *ut nomen eius Capitolio inscriberetur, deleto Catuli: idque eum admisisse*. Sed Taciti assertio firmior, mihi quidem, fideliorque. Tertium fuit a Vespasiano. nam illud Catuli arsit civili iterum bello Vitelliano: atque iste reparavit iisdem vestigiis, sed et dedicavit. Dedicavit inquam, et Plutarcho scribenti hoc accredo: magis quam Victori, qui Domitiano tribuit: *Multa*, inquit, *opera inchoata per patrem, vel fratris studio, atque inprimis Capitolium, absolvit*. No vinces hoc, o Victor. Vespasianus absolvit, dedicavit: sed a morte eius, sub Tito, statim arsit (Suetonius, et Dio in Tito:) atque ita quartum Domitianus instauravit. Habes igitur quaterna Capitolia, sed in eodem loco reposita semper, et innovata. Tacitus et Dionysius quoque, id notarunt: sed verba illius {III Hist[oriarum]}: *Iisdem rursus vestigiis situm est, postquam interiecto* CCCCXXV *annorum spatio, L*[*ucio*] *Scipione, C*[*aio*] *Norbano Co*[*n*]*s*[*ulibu*]*s flagraverat*. Hoc de Sullano: de Vespasiani, idem: *Passim iniectae fundamentis argenti aurique stipes, et metallorum primitiae nullis fornacibus victae. Praedixere haruspices, ne temeraretur opus saxo aurove in aliud destinato.* ALTITVDO *aedibus adiecta. id* SOLVM *religio annuere, et prioris templi magnificentiae defuisse creditum, quo tanta vis hominum retinenda erat*. Noto obiter religionem Romanorum, qui liberaliter contulerunt ad opus faciendum, stipibus coniectis. Ille enim finis. sicut et in Cicerone scriptum de illo Sullano: *id Capitolium publice coactis fabris, operisque imperatis,* GRATIS *exaedificatum atque effectum esse, ita ut ex aerario nihil darent*. Quod equidem miror satis, sed quinto in Verrem ita scripsit.

18. Aud.- Religiosum saeculum, prae nostro. sed quae aut quanta illa multitudo hominum est, quam Tacitus retineri vult?

19. Lips.- Haud difficilis collectu. Si enim latera pedum *ducentorum*, reddentur fientque in area pedes *quadraginta millia*. Da singulis insistentibus pedes *quaternos* (sufficiunt, cum militi in acie locato et armato Polybius det non nisi *senos*) da inquam *quaternos*: nonne vides *decem millia* potuisse retineri? Sed tolle aliquid, si vis, in columnas et alium apparatum: largiter tamen supererit pro *octo millibus*.

20. Aud.- Hem! magna capacitas, et rara talia nostra templa.

21. Lips.- Semel omitte de nostris: vincimur, si comparamur. Et tamen de mole aut magnitudine, tale aliquid esse potest, aut et excedere: de arte, materie, ornatu qui potest? Sed Tacitus *Altitudinem* adiectam, super priorem, diserte scribit: quae fuit? haud divino:

---

15 *iniectae* 1599, 1605] *intactae* 1598

---

1 Plin 7.138 **2** Tac. *Hist*. 3.72.3 **2-3** Tac. *Hist*. 3.72.3 **4-5** DC 43.14.6
8 Plu. *Publ*. 14.2 **8** Aur. Vict. *De Caes*. 11.4 **10-11** Suet. *Dom*. 5.1;DC 66.24.1-2
13-15 Tac. *Hist*. 3.72.3 **15-19** Tac. *Hist*. 4.53.4+ 4.46.1 [=ed. Lipsius]
21-23 Cic. *Verr*. 2.5.48 **31** Plb. 18.30.6 [ed. Büttner-Wobst: ἐν τρισὶ ποσὶ]

los Tarquinios, desapareció en la guerra civil silana, por un incendio, y por la negligencia de los guardianes. El propio Sila construyó el segundo, pero no lo consagró, *hecho que se convirtió en lo único que le faltó para completar su propia felicidad*, como él mismo confiesa en Plinio, y también apunta Tácito. *El nombre de Lutacio Catulo*, dice Tácito, *permaneció entre tan grandes obras de Césares, hasta el tiempo de Vitelio*. Si bien Dion escribe que entre otros honores, el Senado decretó para el César Julio *que su nombre se inscribiese en el Capitolio, tras borrar el de Catulo, y que él lo aceptó*. Pero la afirmación de Tácito es, en mi opinión desde luego, más sólida y fiable. El tercero fue obra de Vespasiano, pues aquel de Catulo ardió de nuevo en la guerra civil viteliana, y este lo reparó sobre sus propios vestigios, y también lo consagró. Afirmo, en efecto, que lo consagró y con ello doy crédito a Plutarco que así lo escribe, más que a Víctor, que atribuye a Domiciano este hecho: *Acabó muchas obras*, dice, *que habían sido iniciadas por su padre o por el esfuerzo de su hermano, y entre las más importantes, se encontraba el Capitolio*. En esto no me convences, ay Víctor. Vespasiano acabó la obra, y la consagró; pero por su muerte, en tiempo de Tito, al punto se incendió (lo dicen Suetonio y Dion sobre Tito) y así, Domiciano volvió a levantar un cuarto. Hete ahí los cuatro Capitolios, pero siempre restaurados o renovados en el mismo lugar. Tácito y Dionisio también lo han señalado, y del primero es la siguiente cita {III de las «Historias»}: *Reedificado sobre los mismos vestigios, se había consumido por las llamas 425 años después durante el consulado de Lucio Escipión y Cayo Norbano*. Esto respecta al silano, sobre el de Vespasiano, el mismo dice: *Se echaron por todos los cimientos ofrendas de oro y plata, y metales vírgenes que no habían sido tratados en fragua alguna. Los arúspices ordenaron que no se profanara la obra con piedra y oro que hubiese sido destinado para otro lugar. La* ALTURA *fue aumentada en los santuarios. Era lo* ÚNICO *que la religión autorizaba a cambiar ya que se creía que era lo que había faltado al templo anterior para ser realmente magnífico, teniendo en cuenta la gran cantidad de personas que debía albergar*. Llamo la atención de paso sobre la religiosidad de los romanos, que contribuyeron generosamente para realizar la obra con la recolecta de ofrendas. En efecto, de esa misma manera también dice un texto de Cicerón sobre aquel templo silano: *Aquel Capitolio, tras reclutar oficialmente obreros y ordenarse las obras, fue edificado y acabado* GRATIS*, porque no se pagó nada del erario*. Cosa que ciertamente me maravilla, pero que está escrito tal cual en el quinto discurso contra Verres.

18. Discípulo- Religioso siglo aquel, más que el nuestro. Pero, ¿a cuánto ascendía aquella multitud de personas que cabían dentro según Tácito?

19. Lipsio- No es difícil de deducir. Si, en efecto, tenía lados de *doscientos* pies, se convierten en *cuarenta mil* pies cuadrados. Dale a cada asistente *cuatro* pies (que son más que suficientes teniendo en cuenta que Polibio da a un soldado equipado y en orden de combate no más de *seis*), digo que le des *cuatro*: ¿no te da que pudo albergar a *diez mil*? Pero quita alguno, si quieres, por el espacio que ocupan las columnas y el resto de instalaciones, superarán, no obstante, los *ocho mil* con creces.

20. Discípulo- ¡Vaya!, gran aforo, son excepcionales los templos de nuestros tiempos que sean semejantes a este.

21. Lipsio- Por esta vez, no aduzcas semejanzas con nuestro tiempo. Si nos ponemos a hacer comparaciones, salimos ganando. Aunque es posible que algo así sea cierto en lo

pro symmetria latitudinis oportet ingentem fuisse. Et Silius ita indicat, apud quem Iupiter praedicit de illo Domitiani:

Aurea Tarpeia ponet Capitolia rupe,
Et iunget nostro templorum CVLMINA CAELO.

In caelum educit: sicut et Tertullianus, Apologetico: *Nam etsi a Numa concepta religio est, nondum tamen aut simulacris aut templis res divina apud Romanos constabat: et nulla* CAPITOLIA CAELO CERTANTIA*, sed temeraria de cespite altaria, et vasa adhuc Samia, et Deus ipse nusquam*.

22. Aud.- Et tu haec recitas Lipsi?

23. Lips.- Quid ni recitem?

24. Aud.- Et attendis?

25. Lips.- Quidni?

26. Aud.- Atqui evertunt paulloante a te dicta, de Capitolio Numae. Nam quomodo illud sit, et cum tribus suis diis; si tunc nulla templa, si nullae statuae?

27. Lips.- Bene observasti, et de industria plura illa verba (vide quam fallere voluerim) adduxi. Adduxi, ut expedirem: et ecce. Non negat ulla Capitolia fuisse, sed illa alta et *caelo certantia*: nostra humilia cur destruat? Nam ut dem statuas nondum fuisse (quod alibi et Varro tradidit:) tamen de templis idem dicere anceps sit, et Livius, Dionysius, Plutarchus refellant. qui diserte *Termino, Fidei, Vestae* templa a Numa posita adfirmant. Et vero si privatae domus, si curiae publicae; cur non et ea diis essent? ratio videtur velle, praesertim apud homines cultui deorum sic addictos. Sed de altitudine certiora non habeo: quae minima esse potuit, fuit *pedum ducentorum*: sicut in Pantheo Agrippae, par item latitudo et altitudo.

28. Aud.- Heus tu, in loco Taciti etiam me tenuit, quod ait *altitudinem adiectam*: et debuisse, quo *tanta vis hominum retineretur*. Quid ergo altitudo facit ad laxandum locum? non intellego, nisi si porticus aut inaedificationes superiores aliquae, ut hodie in quibusdam templis.

29. Lips.- Apage, nihil difforme in uniformi isto opere: sed Taciti mens, iuvisse et decuisse altitudinem ubi multitudo, ut aër laxior ac liberior, ad respirandum, ad refrigerandum. Alioqui, ubi arctatio et compressio, scimus quam subito animo male fiat.

---

27 deserte 1598, 1599, 1605]

4-5 Sil. 3 vv. 623-624 **7-10** Tert. *Apol*. 25.12-13 **25-26** Varr. apud Aug. *Civ. Dei* 4.31 **27** Liv. 1.20.3 (*virgenes Vestae*); DH 2.64.5 (templo a Vesta); DH 2.75.3 (templo a Fe pública); Plu. *Num*. 11.1 (τὸ τῆς Ἑστίας ἱερὸν ἐγκίκλιον); Plu. *Num*.16.1 (Πίστεως καὶ Τέρμονος ἱερὸν)

referente a la estructura o tamaño de los edificios, que pueden incluso superar a los actuales, ¿quién vence en técnica, materiales o ajuares? Por lo demás, Tácito escribe expresamente que se aumentó la altura, por encima de la anterior: ¿qué significa? No alcanzo a adivinarlo. Por razón de simetría con la anchura debería ser enorme. Silio, de hecho, así lo indica. Según este, Júpiter dio disposiciones a Domiciano sobre él:

> *Colocará sobre la roca Tarpeya los Capitolios dorados*
> *Y atará a nuestro* CIELO *las* CÚSPIDES *de los templos*.

Lo eleva hasta el cielo. Así también lo dice Tertuliano en el «Apologético». *Y es que, si bien la religión se había formado desde Numa, no obstante la cuestión religiosa aún no consistía ni en imágenes ni en templos; el* CAPITOLIO *no era* DESAFÍO *alguno para el* CIELO*, sino un temeroso altar de césped, y todavía no había llegado el tiempo ni de las vajillas samias, ni del propio Dios verdadero.*

22. Discípulo- ¿También tú, Lipsio, repites tales argumentos?

23. Lipsio- ¿Y por qué no habría de hacerlo?

24. Discípulo- ¿Y les prestas credibilidad?

25. Lipsio- ¿Y por qué no?

26. Discípulo- Pues porque contradice lo que acabas de decir sobre el Capitolio de Numa. ¿Cómo es posible que existiera aquel con sus tres dioses, si entonces no había templo ni estatua alguna?

27. Lipsio- Bien atento estuviste. De hecho deliberadamente aduje por extenso la cita (fíjate cómo quise engañarte). Lo hice para explicarla y hete aquí cómo. No niega que existiese el Capitolio, sino que fuera alto y *un desafío para el cielo*: ¿por qué ha de destruir ello la sencillez que le atribuimos? Y es que aunque todavía no había llegado el tiempo de dedicar estatuas (como también lo refiere Varrón en otros pasajes), no se puede decir lo mismo de los templos, pues Livio, Dionisio o Plutarco, al afirmar expresamente que Numa erigió templos a *Término*, *Fe* y *Vesta* lo desmienten. Es más, si hubo casas privadas y curias públicas, ¿por qué no iba a haber también residencias semejantes para los dioses? Parece que la razón lo requiere, particularmente entre hombres tan adictos al culto de los dioses. Por otro lado, no dispongo de datos ciertos sobre la altura, la cual pudo ser, como mínimo, de *doscientos pies*, según ocurre en el Panteón de Agripa que también tiene igual la altura y la anchura.

28. Discípulo- Pero, mira, en la cita de Tácito me ha llamado la atención también lo que dice de que *se aumentó la altura* y que esto fue preciso para *albergar a tan gran cantidad de personas*. ¿Cómo ayuda la altura a ampliar el lugar? No lo entiendo si no es pensando en algún tipo de galería o instalación superior, tal y como hoy en día se hace en ciertos templos.

29. Lipsio- Nada de eso, no se realizaron deformaciones en una obra tan uniforme como esta: el sentido de la cita de Tácito es que la altura, donde había mucha gente, era obligatoria y conveniente con el fin de hacer más abundante y despejado el aire, para

[[Quod tamen ad Porticus, non in ipso templo, sed circa fuisse, pro communi structura, facile credam: et Tacitus indicium facit.]]

30. Sed ab aedificiis iam ad Ornatum pergo: qui tamen varius in vario isto opere. Quis in Tarquinii? aliquid e Livio haurire est sparsim. ut libro X. *Foeneratores aliquot mulctati, et ex eo quod in publicum redactum est,* AENEA *in Capitolio* LIMINA*, et trium* MENSARVM ARGENTEA VASA *in cella Iovis, Iovemque in* CVLMINE *cum* QVADRIGIS *Aediles posuerunt*. Iterum libro XXIX. *Quadrigae* AVREAE *eo anno in Capitolio positae ab Aedilibus*. Et libro XXXV. *Aediles multos pecuarios damnarunt. ex ea pecunia clypea inaurata in fastigio Iovis aedis posuerunt*. Denique libro XXXVIII. *Seiuges in Capitolio* AVRATI *ab Cn*[*aeo*] *Cornelio positi: Consulem dedisse, inscriptum est. Et duodecim clypea aerata* (lego *aurata*) *ab Aedilibus sunt posita ex pecunia qua frumentarios damnarunt ob annonam compressam. et duo item signa aurata*. Haec ex Livio: istud e Plinio {Lib[ro] XXXIII}, *post Carthaginem eversam, laquearia in Capitolio inaurata esse*[[: id est, totum illud internum caelum et camerationem]]. Nec plura, dici quidem digna, notavi. Quid vero in Catuli? omnia haud dubie, in istis iam opibus, opulentiora: illud notabile reperio, *quod sua aetas* (Plinii verba) *varie de Catulo existimaverit, quod* TEGVLAS *Capitolii* AEREAS INAVRASSET *primus*. De quibus et in Seneca patre: *Fastigiatis supra tectis, auro puro fulgens, praelucet Capitolium*. Sane hoc magnificum et vere splendidum fuit: et quis ille fulgor, Sole irradiante? Fuit et ad firmitatem aptum aes, et contra aeruginem aut rubiginem valuit inductum aurum. Cetera donorum et ornamentorum varia, *Coronae aureae, Victoriae aureae, Candelabra, vasa*, et quae tu tibi subiicias: sed quod ex Dione {Lib[er] LI} omnino observandum, *omnibus his detractis, ex Aegyptiaca praeda alia victor Augustus reposuit: detractis ex S*[*enato*] *c*[*onsul*]*to et ut tam multis his novis et melioribus locus fieret*. Etsi quaedam veterum retenta, non ambigo: sed ordine et iudicio Augusti disposita, ut apta et concors tota facies esset. Id vero ipsum tempus fuit, quo *una donatione in cellam Iovis Capitolini contulit* XVI *millia pondo auri* {1.600.000 Philip[picorum]}*, et quingenties* HS *in gemmis* {1.250.000 Philip[picorum]}: quod in Suetonio leges. In cellam dico Iovis, quid censes in duas alias? nam et eas dona sua accepisse Dio disertim dicit. Et vel ex eo disce opes et ornatum Capitolinum[[: qui quam ingens et ADMIRANDVS fuit, si unius modo Principis, et uno tempore, tot dona?]] Pleraque tamen horum periere incendiis, ut opinor: et videamus ultimum Domitiani. In eo *columnas Pentelicas* fuisse, quae Athenis advectae item essent (ut et illae Sullanae) Plutarchus in Poplicola scribit: cum hoc iudicio, *quod pulchriores Athenis visae sibi essent, quoniam Romae dum nimis secant et poliunt, nitorem addidissent, symmetriam detraxissent*. Cetera quae et quanta, ex eiusdem Plutarchi verbis suspicemur: qui ait *in solam inaurationem, privatum omnem modum excedentes opes impensas, nempe supra duodecim millia talentorum*. Ea sunt nobis *septuagies bis centena millia* Philippaeorum; sive *septem milliones*, et quod excedit.

1-2 [[Quod...facit.]] 1599, 1605] deest 1598 **14-15** [[: id...camerationem]] 1599, 1605] deest 1598 **15** vero 1599, 1605] iam 1598 **21** valuit 1605] deest 1598, 1599 **30** eo 1599, 1605] uno 1598 **30-31** [[: qui...dona?]] 1599, 1605] . 1598

4-7 Liv. 10.23.11 **7-8** Liv. 29.38.8 **8-9** Liv. 35.10.12 **10-13** Liv. 38.35.4 [ed. Briscoe: *aurata*, *aureata* Lips.] **13-14** Plin. 33.57 **16-18** *ibid.* **18-19** Sen. ret. *Contr*. 1.6.4 **23-25** ≅DC 51.22.3 **27-28** Suet. *Aug*. 30.2 **30** DC 51.22 **33-38** Plu. *Publ*. 15.4

que se pudiera respirar y para refrescar el ambiente. Por lo demás, bien sabemos lo rápido que aparece el mal humor cuando hay estrechuras y apreturas. No me cuesta creer, no obstante, que hubiera galerías, no en el propio templo, sino en los alrededores, según la estructura constructiva habitual, y de hecho Tácito proporciona un indicio.

30. Pero dejando las edificaciones voy a parar ahora a la decoración que de variada naturaleza había en tan variada obra. ¿Cómo fue en la de Tarquinio? Algo se puede sacar acá y allá en Livio, como en el libro X: *se multó a algunos usureros, y de lo que quedó a disposición pública, los ediles pusieron* PUERTAS DE BRONCE *en el Capitolio, así como tres* VAJILLAS PLATEADAS *en la celda de Júpiter, y en* LO ALTO *a Júpiter en una* CUÁDRIGA. De nuevo, en el libro XXIX, dice: *Aquel año se colocó en el Capitolio una Cuádriga* ÁUREA *por los ediles.* Y en el libro XXXV: *Los ediles condenaron a muchos ganaderos, y de este dinero se pusieron escudos dorados en el techo del templo de Júpiter*. Finalmente en el libro XXXVIII: *Cneo Cornelio erigió en el Capitolio un tiro* ÁUREO *de seis caballos: estaba escrito que lo ofreció el cónsul. También los ediles pusieron doce escudos aéreos* (yo leo *áureos*) *con el dinero con que se multó a productores de trigo por reducir la producción, así como dos estandartes áureos*. Esto procede de Livio, lo que viene es de Plinio {en el libro XXXIII}, *tras derrotar a Cartago, se doraron los artesonados en el Capitolio*, esto es, toda la zona interna de techo y bóveda. Ciertamente, no he encontrado mucho más digno de decirse sobre este primero. ¿Qué se puede decir sobre los tiempos de Catulo? Todo en estos tiempos se había hecho sin duda más rico en recursos. Encuentro notable *que* (son palabras de Plinio) *tratando a Catulo su propia época tomase como excepcional que fuera el primero en* DORAR LAS TEJAS DE BRONCE *del Capitolio*. Sobre las cuales también se habla en Séneca, el padre: *El Capitolio reluce, resplandeciendo con oro puro, en los altos techos*. Realmente fue magnífico y verdaderamente espléndido: ¿y de donde venía aquel resplandor, cuando el sol brillaba? Por un lado del bronce que les dio consistencia y del oro por otro que se le añadió y protegía del orín y la herrumbe. El resto de regalos y de ornamentos era espléndido: *coronas áureas, victorias áureas, candelabros, vajillas*, y cuanto tú puedas encontrar en tu imaginación, pero, por lo demás, debe observarse en Dion {en el libro LI} que aunque *todo aquello fue sacado del templo, Augusto vencedor lo repuso con el botín egipcio. Un senadoconsulto había permitido que se sacase a condición de que después el lugar se llenara con muchas donaciones, nuevas y mejores*. No obstante se mantuvo alguna antigua, cosa que no dudo, pero se dispuso según el ordenamiento y opinión de Augusto, de modo que el aspecto en su conjunto fuese elegante y armonioso. Esto ocurrió en el mismo tiempo en que *con una donación a la celda de Júpiter Capitolino se alcanzaron las 16 mil libras de oro* {1.600.000 filípicos}, *y ciencuenta millones de sestercios en gemas* {1.250.000 filípicos}, según puedes leer en Suetonio. Digo que esta donación benefició a la celda de Júpiter, ¿qué piensas que ocurriría con las otras dos? Y es que Dion dice de manera patente que también estas recibieron sus respectivos presentes. De sobra has de conocer a través de ellos los recursos y la decoración capitolina, ¿qué ingentes y ADMIRABLES no serían, si de un solo príncipe y de una vez, recibió todos aquellos presentes? La mayoría de ellos, no obstante, desaparecieron en los incendios, según creo.

31. Veamos el último, el templo de Domiciano. En él hubo *columnas del Pentélico*, Plutarco escribe en el «Publícola» que fueron traídas de Atenas (como también aquellas silanas), junto con esta opinión *que en Atenas tenían un aspecto más bello, porque en Roma al cortarlas y pulirlas en exceso, aunque les añadían esplendor, les arrebataron su simetría*. Además podemos deducir cómo y cuántas eran a partir de

32. Aud.- Hui! verberas me.

33. Lips.- Semper tiro? mirum te vivere.

34. Aud.- Quid iam?

35. Lips.- Nam assidue vulnera accipis, et oportebat iam confectum.

36. Aud.- Tua hasta *Pelias* est, et vulnerat et sanat: perge.

37. Lips.- Tanti igitur inauratio: quae fuit [[non in Lacunaribus solum, sed]] in Tegulis aereis, ut illo Catuli. de quibus Epigramma Graecum in Anthologia, ubi *Aeream domum in Palatio Byzantino* laudat:

Εἶξον ἀρειοτέροισι χάρις καπετολίδος ἀυλῆς,
Ει και χαλκείων ὀρόφων ἀμαρύγματα πέμπεις:

Cede etiam melioribus o Tarpeïa rupes,
Etsi ex aeratis iacis aurea fulmina tectis.

38. Et Procopius adnotavit, *Gizerichum regem Vandalorum, cum alia decora Romana secum in Africam vexisse, tum et partem tegularum Iovis Capitolini inauratarum dimidiam*. Nec tecta modo inaurata, sed ipsae Fores auratae, et crassis laminis obductae: quae mansere ad Honorii Imp[eratoris] aevum. Tunc in pecuniae inopia, *Stilicho mandasse perhibetur* (scribit Zosimus) *ut fores in Capitolio Romano, quae auro* MAGNI PONDERIS *erant obductae, laminis iis spoliarentur. Cum autem qui hoc facere iussi erant, id ageret; in parte forium scriptum reppererunt,* INFELICI REGI SERVANTUR. *Quod eventus docuit. nam Stilicho paullo post infeliciter periit*. Ita Zosimus: nec velim nimis te, ut singularia, haec mirari: puto in pluribus templis fuisse. Poëtae sane *aurea templa* non semel appellant: et auctor libelli De caussis corruptae eloquentiae: *Quid enim si infirmiora horum temporum templa credas, quia non rudi caemento, et informibus tegulis exstruuntur; sed marmore nitent, et auro radiantur*? Marmore in parietibus, auro in lacunaribus et tectis. Ideo *Micantia* Rutilianus dixit:

Confunduntque vagos delubra micantia visus,
Ipsos crediderim sic habitare deos.

Et de Templis in ea laudatiuncula concludam.

---

11 [[non... , sed]] 1599, 1605] primo 1598 **33** lacunaribus et 1605] deest 1598, 1599

21-23 Procop. 3.5.4-5 **28-31** Zos.5.38.5 **34-35** Tac. *Dial*. 20.7 **38-39** Rutil. Nam. 1 vv.95-96

la misma cita de Plutarco que dice que *tan sólo en dorarlas se gastaron fondos excedentarios, todos ellos privados, que desde luego excedían los doce mil talentos*. Eso es para nosotros *setenta y dos veces cien mil* filipeos, o *siete millones* y algo de sobra.

32. Discípulo- ¡Ay! Me haces temblar.

30. Lipsio- ¿Otra vez, mi joven aprendiz? Me maravillo de que sigas con vida.

31. Discípulo- ¿Y eso?

32. Lipsio- Porque de continuo te hiero con mi discurso, tendrías que estar ya muerto.

33. Discípulo- Tu lanza es la del Pélida, sana y hiere: prosigue.

34. Lipsio- Pues bien, todo aquel dorado no sólo afectaba a los artesonados, sino también a las tejas de bronce, como en aquel otro de Catulo. Sobre ellas hay un Epigrama griego en la «Antología», donde se canta a una *casa broncínea del palacio bizantino*:

> Εἶξον ἀρειοτέροισι χάρις καπετολίδος ἀυλῆς,
> Ει και χαλκείων ὀρόφων ἀμαρύγματα πέμπεις:
>
> *Deja paso, oh roca Tarpeya, a los que son mejores que tú,*
> *aunque lances rayos áureos desde tus techos broncíneos.*

35. También Procopio apunta que *el rey de los vándalos Gicerico, cuando se llevó consigo a África otros adornos romanos, también acarreó entonces con la mitad de las tejas doradas de Júpiter Capitolino*. Y no sólo los tejados estaban dorados, sino las propias puertas eran áureas, y estaban cubiertas con ricas planchas. Estas permanecieron hasta la época del emperador Honorio. Entonces, por escasez de recursos, *se cuenta que Estilicón mandó* (lo escribe Zósimo) *que a las puertas del Capitolio romano, que estaban cubiertas de oro de* GRAN PESO*, se les arrebataran sus planchas. Cuando los que recibieron la orden de hacerlo fueron a cumplirla, encontraron escrito sobre las mismas puertas,* RESERVADAS PARA UN REY INFELIZ. *Cosa que quedó clara por la evolución de los acontecimientos, pues poco después Estilicón murió infelizmente*. Así las describe Zósimo, y yo no quisiera que te asombrara esto como cosa singular: creo que lo mismo era común en muchos templos. Los poetas, realmente, se refieren, y no una sola vez, a los *templos dorados* y el autor del librito «Sobre las causas de la decadencia de la elocuencia» dice: *¿Por qué creer que los templos de estos tiempos son menos firmes, tan sólo porque no se levantan con rudo cemento, ni con tejas irregulares, y tienen en cambio el brillo del mármol y el resplandor del oro?* Con mármol en las paredes, oro en artesonados y tejados. Por eso los llama Rutilio *refulgentes*:

> *Y dejan atónitos a los transeuntes los santuarios refulgentes,*
> *por ello estaría dispuesto a creer yo que los propios dioses los habitan.*

En fin, con esta pequeña loa voy a dar por cerrado el tema de los templos.

Lib. III cap. 6: Item de templo Panthei, Vrbis, et Pacis.

1. Aud.- Ego aperiam, et laxabo. Nam quid me tam fluxa memoria censes, ut oblitus sim Ammianum plura laudasse? et nominatim *Pantheon*, *Vrbis*, *Pacis*. Dic de singulis, nec excide tua linea, quam ipse duxisti.

2. Lips.- Sed ex uno illo specimine, facile de aliis iudicare. Tamen fidei meae caussa, cape. *Pantheon* ab Agrippa genero Augusti structum fuit, et opus notum est, hodieque (etsi ornamentis omnibus spoliatum) ipsum corpus exstat. Struxit in tertio Consulatu suo, quod inscriptio frontis indicat: sed perfecit biennio post et dedicavit, anno urbis DCCXXIX ut est in Dione. Quae caussa nominis, ipse Dio dubitat, et scribit: *Pantheon sic fortasse dicitur, quia plures deorum imagines in simulacris Veneris et Martis complecteretur; vel ut ego censeo, a forma illa devexae rotunditatis, et quia caelum referret*. Prior explicatio pluribus placita, etsi non ipsi Dioni: et lego in Glossis illis priscis, πάνθειον, *omnium deorum*. Sed et Athenis, atque alibi, τὸ κοινὸν τῶν θεῶν ἱερὸν fuisse, *commune Deorum templum*, ex Pausania disco. Cui et origo esse apud Romanos potuit, ex communi deorum sacro: de quo Festus. *Pandicularis*, inquit, *dies dicebatur, idem et Communicarius, in quo omnibus diis communiter sacrificabatur*. Sed Dio tamen aliter: et movit eum, credo, quod paucae et certae in eo statuae essent, neque diis communiter positae. Fuit enim *Martis*, *Veneris* {*In cuius auribus sectus famosus ille unio Cleopatrae*. Plin[ius] Lib[ro] XXV}, *et Caesaris Iulii*: ipsius *Augusti* in vestibulo cum sua posuit Agrippa. Ita Dio. quem miror *Iovis* omisisse: cum Plinius scribat, *Pantheon Iovi Vltori ab Agrippa factum*. Itaque ille praecipuus, et praeses ibi Deus, fuisse videtur: sed et plures alii, eoque nomine haud male Pantheon, etsi Dio a caeli forma magis petit; quoniam id scilicet receptaculum et sedes Deorum. Lego autem et *Pantheus* et *Panthea*, pro ipsis Diis: sed alia significatione, itemque scriptura; nec aliud est, quam *omnino Deus*, aut *Dea*. Idem Dio scribit, sororem Caligulae *Drusillam consecratam ab eo, et ab omnibus Pantheam dictam*. In lapide item veteri exstat: DIVO. PANTHEO. EX. V. {*Voto*}. Sed de nomine satis: in re ipsa etiam quid me diffundam? nisi si lingua potest in istis, quod non oculus: atque ecce Romae exstat, et imagines circumferuntur.

3. Aud.- Ita est. sed de ornatu qui periit, ecquid habes?

4. Lips.- Pauca. sed tamen hoc inter *pulcherrima operum* Plinius recensuit: quid mirum vel ab ipso isto corpore, sed spoliato et nudo? Nam artificium et symmetria per omnes partes maximas, minimas, in eo mirabilis; decor, ordo, devinctio singularis; ut

---

3 fluxa 1599, 1605] mandida 1598

---

10 CIL 6. 896.1 **9-14** DC 53.27.1-2 **15** Gloss. s. v. πάνθεον **15-16** Paus. 1.18.9 **17-18** Pomp. Fest. s. v. Pandicularis **19-22** DC 53.27.2-3 **20-21** Plin. 9.121 **23** ≅Plin. 34.13 **27-28** DC 59.11.3 **28-29** Smet. fol.6, nº 17 (≅CIL 5. 5798) **35** ≅Plin. 36.102

Lib. III cap. 6: Sobre el templo del Panteón, el de la Ciudad y el de la Paz.

1. Discípulo- Pues me vas a permitir reabrirlo para ampliarlo, ¿o es que me crees de tan frágil memoria, como para olvidar que Amiano también alabó otros? Y en particular lo hizo con *el Panteón*, *el de la Ciudad* y *el de la Paz*. Háblame de cada uno de ellos, y no te desvíes del camino que tú mismo trazaste.

2. Lipsio- Pero es que es fácil enjuiciar al resto a partir únicamente de aquel primer modelo. No obstante, para demostrar que soy hombre de palabra, toma. El *Panteón* fue construido por Agripa, yerno de Augusto, es una obra conocida pues hoy en día (si bien desprovisto de todos sus ornamentos), subsiste la estructura. Lo comenzó a construir en su tercer consulado, según lo indica la inscripción del frontón, pero se remató en los dos años siguientes y se consagró en el año 729 de la ciudad, según aparece en Dion. El origen de su nombre es dudoso para el propio Dion, que escribe: *El Panteón quizá se llama así por las muchas imágenes de dioses que rodeaban las estatuas de Venus y Marte; o según mi opinión personal, por su forma completamente esférica que rememora la del cielo*. La primera explicación es del gusto de la mayoría, aunque no lo sea del propio Dion. De hecho, leo en aquellas antiguas Glosas: πάνθειον, *de todos los dioses*. También tengo noticia a través de Pausanias de que en Atenas, así como en otros lugares, estaba τὸ κοινὸν τῶν θεῶν ἱερὸν *el templo común de los dioses*. Es posible que entre los romanos el origen del concepto haya que buscarlo en una consagración colectiva a los dioses, al respecto dice Festo: *Día 'pandicular' también llamado comunal, en él se sacrificaba a todos los dioses en común*. No obstante, Dion es de un parecer distinto, y le impulsa a ello, creo yo, que hubiese sólo unas pocas estatuas y que no estuvieran consagradas en común a los dioses. En efecto, las hubo *de Marte, Venus* {*en cuyas orejas, partida en dos, estaba la famosa perla de Cleopatra*, Plinio, en el libro XXV} *y de Julio César*; en el vestíbulo Agripa puso una del propio *Augusto* con otra suya. Así lo dice Dion, y me sorprende que omita a Júpiter, porque Plinio escribe que *el Panteón fue hecho por Agripa para Júpiter Últor*. Por lo tanto, puede parecer que este sería su dios principal y tutelar, pero junto a muchos otros que también lo serían, hecho que no es ajeno a aquel nombre de Panteón, si bien Dion prefiere derivarlo de su forma de cielo, dando a entender evidentemente que era morada y sede de los dioses. Por lo demás, también leo '*Pantheus*' y '*Panthea'*, junto a estos mismos dioses, pero con significado y ortografía distintos al anterior, pues no significa otra cosa sino *dios o diosa absolutos*. El mismo Dion escribe que *Drusila*, la hermana de Calígula, *fue consagrada diosa por él y que todo el mundo la llamó 'Panthea'*. En una antigua inscripción también se puede ver: AL DIOS PANTEO, POR UN V. {*Voto*}. Pero ya basta de hablar del nombre: ¿por qué me extiendo en este punto? Esto sólo se justifica cuando en estos temas la palabra nos lleva donde no puede hacerlo la vista. Pero es que este edificio todavía está en pie en Roma, y las imágenes del mismo se multipican por doquier.

3. Discípulo- Así es. Pero, por ventura, ¿no tienes información sobre la decoración que ha perdido?

4. Lipsio- Poco, aunque Plinio lo recogió entre *las más excelentes obras*: ¿cuántas maravillas no se desprenden simplemente de una estructura tal, a pesar de haber sido espoliada y estar desnuda? Y es que la destreza técnica y la simetría son maravillosas en él, y se perciben tanto en los detalles como en sus líneas maestras. Elegancia, equilibrio

Sebastianus Serlius, vir peritissimus talium, habendum censeat hoc velut unicum exemplar consummatae Architecturae. Latitudo atque altitudo par est, pedum CXLIIII. Amisit de specie, quod rudera locum sustulerunt, et gradibus in templum nunc descenditur: atqui antea ascendebatur. Tectum et ipsum aereis tegulis, quae praegrandes aliquot in fornice repertae: nec dubitandum et has auratas fuisse. [[Abstulit eas tegulas Constantinus Heraclii filius, ut pleraque alia ornamenta Romae reliqua: avexit in Siciliam, et Saraceni invadentes omnia auferunt, in Aegyptum avehentes. Plura super hoc templo]] haud dixerim; et omnia membra eius descripsit et mensus est Serlius, quem fas videre. Admoneo exustum fuisse, magno illo incendio sub Tito, cum et Capitolium tertio arsit. Id ita in Dionis compendio scriptum: et refecit Domitianus. de quo Cassiodorus capiendus in Consulatu eius IX. *Insignissima Romae facta sunt, Forum Traiani, Thermae Traiani, Meta sudans, et Pantheon*. Sed nec diu post, Traiani anno XIII (quod in Eusebii Chronico est) fulmine ictum conflagravit: et ab Hadriano restitutum, Spartianus dixit in eius vita. Itaque non soli ii restituerunt, qui in fronte operis hodieque insculpti leguntur, *L*[*ucius*] *Septimius Severus*, *et M*[*arcus*] *Aurelius Antoninus*: sed iam dicti. Multavit et transiit in melioris templi usum, et a Venere ad nostram Virginem, faciente Bonifacio quarto Pontifice, sub annum Christi DCVII. Is *petiit Phocam*, ait Regino, *ut in veteri fano, quod Pantheon vocabatur, et a Domitiano fuerat exstructum, Ecclesiam sibi facere liceret; quod annuit Imperator*.

5. Ista de Romano Pantheo. sed reperio et in provinciis alibi, ad hoc exemplum. Sozomenus certe in *pago Bethelia (unde ipse oriundus) ditionis Gazensium, Pantheon fuisse* ait*, antiquum et apparatum templum, quod in clivo manufacto, velut in arce situm, totum pagum despectabat*: atque addit arbitrari se Syrica voce *Betheliam* inde dictam, quod Graece πανθεῖον sonat, sive θεῶν οἰκητήριον, *deorum domicilium*. Ita ille scriptor Eccles[siae] Hist[oria] lib[ro] V cap[ite] XIIII.

6. Sed transeo iam et lustro obiter templum VRBIS. Quod istud est? inquies. nempe *Dominae urbis*, illius *Aeternae* et *Caelestis*. O insaniam! aedificiis et inanimato corpori non vitam solum attribuere, sed numen! Atqui fecerunt, et urbs haec, in qua sedes tanti imperii, tamquam in ea potentia et divinitas, sic culta. Prudentius merito irridet:

> *---colitur nam sanguine et ipsa*
> *More Deae*, NOMENQVE *loci, ceu* NVMEN, *adorant*.

7. Inventio et adulatio a Graecis Asiaticis est: apud quos Smyrnaei (quod ipsi gloriantur, et Romanis imputant, apud Tacitum {III Hist[oriarum]} {Circa annum urbis DLVIII}) *primi templum* VRBIS ROMAE *statuerunt*. Nec defuerunt alii sequi exemplum: statimque Alabandenses in sua urbe struxere. Quo fine? ut propitiam sibi non Vrbem, sed Vrbis incolas et rectores haberent. Itaque nolunt eos hoc nescire; et in

---

4-7 [[Abstulit...templo]] 1605] Plura 1598, 1599 **26** *urbis* 1599, 1605] *Vrbis* 1598 **27** attribuere 1599, 1605] adtribuere 1598 **28** tamquam 1605] tanquam 1598, 1599

9-10 DC 66.24.2 **11-12** Cassiod. *Chron.* 1230 **12-13** Eus. *Chron*. p. 195 e **13-14** HA *Had*.19.10 **15-16** Smet. fol. 5v, n°1 (=CIL 6. 896.2) **18-19** Regin. col. 33B **21-23** Sozom. 5.15.14 **32-33** Prud. *Contra Symm*. 1 vv. 219-220 [ed. Cunningham: *habetur* pro *adorant*] **37** Tac. *Ann*. 4.56.1

y proporción son excepcionales, hasta tal punto que Sebastián Serlio, conocedor de tales asuntos, piensa que debe tenerse por modelo único de perfección arquitectónica. Tiene igual anchura y altura: 144 pies. Mucho ha perdido de su aspecto porque los escombros siembran el lugar. Hoy se desciende al templo por una escalera, pero antes se subía. El techo estaba cubierto con tejas broncíneas, algunas de las cuales, que son de gran tamaño, han sido encontradas en la bóveda, y no debe dudarse en absoluto de que estuvieran sobredoradas. Constantino, hijo de Heraclio, se llevó estas tejas, como el resto de ornamentos que quedaban en Roma, las transportó a Sicilia y los invasores Sarracenos se las llevaron todas y las transportaron a Egipto. No diré más sobre este templo, pues todas su partes las describe con sus medidas Serlio, a él legítimamente me remito. Te advierto que se consumió en aquel gran incendio de época de Tito, cuando el Capitolio también ardió por tercera vez. Así está escrito en el compendio de Dion. Lo rehizo Domiciano, sobre el cual debe acudirse a lo que dice Casiodoro a propósito de su noveno consulado: *En Roma se realizaron trabajos celebérrimos, como el Foro de Trajano, las Termas de Trajano, la 'Meta sudans' y el Panteón*. Pero no mucho tiempo depués, en el año 13 de Trajano (según se dice en la «Crónica» de Eusebio) se incendió por un rayo, y fue reconstruido por Adriano, como dice Esparciano en el relato de su vida. De modo que aquellos cuyo nombre aparece esculpido hoy en día en el frontal de la obra *Lucio Septimio Severo y Marco Aurelio Antonino* no fueron los únicos en restaurarlo, sino los ya mencionados. Cambió y recibió un mejor uso religioso cuando de Venus pasó a nuestra Virgen por obra del pontífice Bonifacio IV, en el año de señor de 607. Él *solicitó a Focas*, dice Regino, *que en el antiguo templo que se llamaba Panteón y que había sido levantado por Domiciano, se le autorizara a la Iglesia hacer un uso propio, cosa que, en efecto, permitió el emperador*.

5. Hasta aquí lo referente al Panteón romano. No obstante también los encuentro en las provincias siguiendo su modelo. Sozomeno, por ejemplo, dice que en *la aldea de Bethelia (de donde yo mismo soy oriundo) de la jurisdicción de los de Gaza hubo un Panteón, templo antiguo y suntuoso, que al estar construido en la colina y emplazado casi en la cima, dominaba toda la aldea*. Y añade que a él le parece que la citada palabra siria de *Bethelia*, en griego equivale a πανθεῖον ο θεῶν οἰκητήριον, *residencia de los dioses*. Así lo dice aquel escritor en el libro V, capítulo XIIII de la «Historia de la Iglesia».

6. Pero paso por fin al templo de la CIUDAD para examinarlo por encima. ¿A qué se refiere? me dirás. Pues, desde luego, al templo de aquella ciudad*, Señora Eterna y Celestial.* ¡Oh, locura!, ¡atribuir a edificios y a un cuerpo inanimado no sólo vida, sino espíritu! Con todo lo hicieron, y esta ciudad, en la que estuvo la sede de tan gran imperio, que concentraba poder político y santidad, fue también objeto de veneración. Prudencio se burla merecidamente de ello:

> *---pues se venera el* NOMBRE *del lugar con sangre y*
> *a la manera de una diosa, como si adorasen a un* ENTE ESPIRITUAL.

7. Invento y adulación que viene de los griegos asiáticos, entre ellos los de Esmirna (de lo que se vanaglorian puesto que se lo transfirieron a los romanos según Tácito {III de las «Historias», entorno al año 558 de la ciudad}) que *fueron los primeros en establecer un templo* A LA CIUDAD DE ROMA. Y no faltaron otros en seguir el ejemplo. Al poco los alabandenses construyeron otro en su ciudad. ¿Con qué fin? Para tener a su favor no a la Ciudad, sino a sus habitantes y gobernantes. Y por lo mismo no quisieron que estos lo olvidaran y en Livio se lee cómo ante el Senado *los alabandenses*

Livio, apud Senatum *Alabandenses templum* ROMAE *se fecisse commemorant, et ludos anniversarios instituisse ei Divae*. Etiamne ludos? ita sane, et isti sunt pulcherrimi, quos vel nunc in Senatu edunt. Quam credis risisse quosdam Patrum, in his ineptis et vere Graecanicis adulationibus? ego haud minus censeo, quam cum Prusias rex ab illa Asia, veniret ad curiam raso capite, et pilleatus, limen curiae oscularetur, adoraret Senatum, et *Libertum* se clamaret *populi Romani*. Ita igitur initium, sed in provinciis. imo nec sub Principibus statim *Romae*, in ipsa Roma, templum. Lego in Hadriani rebus: *Aedem Bonae deae transtulit, et Colossum stantem atque suspensum, per Demetrianum architectum, de eo loco in quo* NVNC *templum* VRBIS *est, ingenti molimine, ita ut operi* XXLIII *elephantes exhiberet*. Ait, Colossum stetisse in loco ubi *nunc Vrbis* templum: non ergo tunc adhuc erat. Sed illeipse tamen Princeps fecit: imo hanc caussam arbitramur translati Colossi. In Dionis compendio est: *Hadrianum struxisse Veneris et Romae templum, atque eius designationem et diagramma missum ab eo ad Apollodorum insignem architectum (cui tunc offensior erat) ut ostenderet et absque eo* INSIGNE OPVS *posse perfici. quaesivitque ecquid placeret structura? Ille vero libere respondit, et de Templo, quod sublimius et magnis cavum capaxque fieri debuisset: uti et in viam Sacram conspectius ex alto emineret, et in cavum Machinas acciperet, quae in occulto ibi compactae, subito et ex improviso in Theatrum induci possent*. Haec ita in Graeco. nam interpres, quod mirere, solum *Veneris templum* posuit, *Romae* omisit. Atqui iunctae deae fuere: et sic Notitia imperii, *Templum Veneris et Romae* nominat. Prudentius:

> *Atque Vrbis Venerisque pari se culmine tollunt*
> *Templa, simul geminis adolentur thura deabus.*

8. Nec inepte Venus iuncta, Aeneadum mater, cum sua prole. Vbi fuerit, ex Dione licet coniicere, qui *Viae Sacrae* adiungit: et Notitia in *Regione templi Pacis* ponit. Claudianus in *monte Palatino*. Nam de illo capiendum est, cum in laudibus Stiliconis facit Provincias venisse, et adisse supplices ipsam Romam:

> *Conveniunt ad tecta Deae, quae candida lucent*
> *Monte Palatino* {Lib[ro] II}

9. Crederem igitur ad radices montis fuisse, circa aut in Comitio: et in divisione tamen urbis accensitum *Regioni* Pacis. De *Machinis* autem, quod in Dione est, ad *Pegmata* pertinet: de quibus in Amphitheatro olim scripsimus: et videntur in templis opportunis disposita, composita occulte (quo admirabiliora ex inopinato essent) et sub tempus educta. Sed sequitur nunc *Templum* ipsum PACIS.

10. Aud.- Paullisper mane. et nonne *Genii publici* templum etiam lego?

1-2 Liv. 43.6.5 **4-6** Liv. 45.44.19 **7-10** HA *Had*. 19.12 **12-18** DC 69.4.3-4 **20** *Not*. 101,169 vzI **23-24** Prud. *Contra Symm*. 1 vv. 221-222 **27** DC 69.4.4 **31-32** Claud. *Cons. Stil*. 2 vv. 227-228 **36** Lips. *De Amphit*. 18

recuerdan que han construido un templo A ROMA, y que han *establecido juegos anuales para tal diosa*. ¿Juegos incluso? Así es, y excelentes, entonces mismo se exhibieron ante el Senado. ¿Cuánto crees que se rieron ciertos 'Patres' a costa de estas adulaciones estúpidas y verdaderamente griegas? Yo creo que no menos que cuando Prusias, rey de Asia, llegó a la curia con la cabeza rapada y depilado, besó el umbral de la curia en señal de adoración al Senado y se dio a sí mismo el título de *liberto del pueblo romano*. Así comenzó el culto a Roma, pero en provincias, pues nisiquiera en tiempo de los emperadores hubo un templo *a Roma* en la propia Roma. Leo en la vida de Adriano: *Desde el lugar en el que* AHORA *está el templo de la* CIUDAD *trasladó el templo de Bona dea, y el Coloso, de pie y colgado, por obra del arquitecto Demetriano. Se hizo con gran esfuerzo, tanto que fue necesario el trabajo de 24 elefantes.* Dice que el Coloso se levantaba en el lugar donde *ahora está el templo de la Ciudad*; por lo tanto entonces no estaba allí todavía. No obstante, fue este mismo príncipe quien lo hizo. Y por cierto que nos parece que fue por eso por lo que hubo que trasladar el Coloso. En el compendio de Dion se lee: *que Adriano levantó el templo de Venus y Roma, y que se envió un plano esquemático suyo al insigne arquitecto Apolodoro (con el que estaba bastante descontento por entonces) para mostrárselo y sin permitirle que pudiera corregir aquella* INSIGNE OBRA. *También le preguntó si le gustaba la distribución, a lo que él respondió con franqueza diciendo del templo que debía hacerse más alto, que debía tener más profundidad y capacidad para que dominara por la altura la perspectiva de la vía sacra, y para que pudiera albergar en el subterráneo máquinas que instaladas allí al resguardo de los curiosos, pudieran ser subidas sin dilación y de improviso al teatro.* Eso es lo que dice el texto griego, pues el traductor, cosa sorprendente, sólo puso *templo de Venus*, y omitió *de Roma*. Con todo, ambas diosas iban juntas, y así la «Notitia imperii» cita el *templo de Venus y Roma*. Prudencio dice:

> *Y de la Ciudad y Venus, juntos se elevan en la cima,*
> *los templos, a la vez se encienden inciensos a las diosas gemelas.*

8. Y muy a propósito se junta Venus, la madre de los Enéadas, con sus descendientes. Para averiguar dónde estuvo hay que hacer conjeturas a partir de Dion. Dice este que *en la vía sacra*, pero la «Notitia» lo pone en la *región del templo de la Paz*. Claudiano en el *monte Palatino*. En efecto, en las alabanzas de Estilicón hizo que las provincias comparecieran y que suplicantes se presentaran a la propia Roma diciendo:

> *Acuden a las moradas de la diosa que resplandecen inmaculadas*
> *en el monte Palatino* {en el libro II}

9. Estoy inclinado a pensar, pues, que estuvo en las faldas del monte, cerca o justo dentro del comicio, también creo que en la distribución de la ciudad se incorporó a la *región* del de la Paz. Sobre las *máquinas* que se citan en Dion, se trata de las *tramoyas*, sobre las que había en el anfiteatro escribimos tiempo atrás. Parece que se depositaban en templos debidamente acondicionados, y que allí se guardaban ocultamente (para que fueran más admirables por lo inesperado) y que se sacaban según el momento lo exigiera. Pero ha llegado el turno del *templo de la* PAZ.

10. Discípulo- Aguarda un momento. ¿Pues no leo que hubo también un templo del *Genio público*?

11. Lips.- Legis, sed distinctum ab isto urbis: et hoc verecundius paullo et minus insolenter excogitatum. Nam Genium locis, regionibus, civitatibus tribui, satis est frequens et notum. Itaque in Dione νεὼς τοῦ γενίου τοῦ δήμου, *templum Genii populi*, aliquoties nominatur: sed diu ante *Vrbis*, et quidem ab anno DCCXLI ante Principatum Augusti. Sed et Antiochiae, Alexandriae, atque alibi *Templum Genii* leges.

12. Aud.- Amplius etiam, ruminor Spartiani verba de Hadriano: qui *Bonae deae aedem transtulit, et Colossum*. Sed quae ista *aedis translatio*? si communis, ut alibi dirutam poneret; quid miri aut narrandi est? siquid ab arte aut novum latet, me doce.

13. Lips.- Nescio. sed aedes totas transferri, mihi novum non est, et in Batavis vidi factum. Quid, quod Tiberii aevo architectus fuit, qui *maximam porticum iacentem et inclinatam, lana et centonibus circumdatam* (credo, ne videri artificium posset) *funibus et machinis, multorumque hominum manibus admotis, in pristinum restituit, firmam et rectam*? Quod Tiberius aliique nimis mirati sunt: etsi ille invidia motus, nec nomen quidem eius Actis inseri sit passus. Quod ad *Colossum* autem, nonne Roma nuper in Obeliscis simile vidit? Sed hoc hic notabile, quod iste architectus, nec inclinavit eum quidem, sed *stantem*, ut ait, transtulit et *suspensum*. At tu extra oleas me ducis: *Pacem* autem ego iam afferebam, tu distulisti.

14. Aud.- Egone illam? o ubi es, non Dea quidem, sed summum a Deo bonum! Veni, veni, revise miseros Belgas, tot iam lustra civilibus exterisque bellis iactatos.

15. Lips.- Iam venit, confide: sed Iuno aliqua eam ducit aut praeit. Hanc Vespasianus Romae consecravit, magna spe et animo mansuram, post civilia tunc quoque bella. Id opus a Claudio incohatum aliqui tradunt: sed abnuit Suetonius, et *Fecit* NOVA *opera Vespasianus*, inquit, *templum Pacis, foro proximum*. Habes et locum: ac nunc vestigia exstant, et ex iis operis ipsius forma. Grande fuit, et longitudo *trecentos* pedes attigit, latitudo *ducentos*[[: igitur supra Capitolium ipsum. Hac caussa]] merito Herodianus id appellat μέγιστον καὶ κάλλιστον τῶν ἐν τῇ πόλει ἔργων: MAXIMVM *et pulcherrimum omnium in urbe operum*. Additque: *ditissimum* item fuisse, *ornamentis auri et argenti excultum*. Fecisse id sub initia imperii, et post triumphum, ex Iosepho discas: cuius verba lubet dare, ad universam eius notificationem. Libro VII. Excidii ait:

---

26 opus 1605] deest 1598 1599 **29** [[: igitur...caussa]] 1599, 1605] Itaque 1598

---

3 DC 47.2.2; 50.8.2 **5** Amm. 22.11.7; 23.1.6 **7-8** HA *Had*. 19.11-12 **12-15** DC 57.21.5-6 **16-18** HA *Had*. 19.12 **26-27** Suet. *Vesp*. 9.1 **30-32** Hdn. 1.14.2

11. Lipsio- En efecto, pero es distinto de este de la ciudad, y uno tiene que imaginárselo como algo más discreto y menos insolente. Pues es bastante frecuente y bien sabido que se asignaba un Genio a lugares, regiones y ciudades. Así, en Dion, se cita en alguna ocasión un νεὼς τοῦ γενίου τοῦ δήμου, *templo del Genio del pueblo*. Aparece, ciertamente, mucho antes que el de la *Ciudad*, efectivamente en el año 741, antes del principado de Augusto. También en Antioquía, en Alejandría y en otros lugares leerás que hubo un *templo del Genio*.

12. Discípulo- Por lo demás, me ha dado por darle vueltas a la cita de Esparciano sobre Adriano, cuando dice que *trasladó el templo de la Bona dea y el Coloso*. ¿Qué es eso del *traslado de un templo*? Si, sencillamente, lo que hizo fue poner en otro lugar uno derruido previamente, ¿qué hay de extraordinario o de digno de ser narrado? Muéstrame, en cambio, si en ese hecho subyace algo diferente o alguna técnica extraordinaria.

13. Lipsio- No lo sé. Pero no es algo nuevo para mí el que se trasladen templos enteros. Incluso lo he visto hacer entre los batavos. Es lo que hizo un arquitecto de época de Tiberio que *restituyó a su posición original un pórtico enorme que estaba tumbado y caído atándolo con cuerdas y lonas* (creo que no puede interpretarse como artificio tecnológico)*, con sogas y máquinas y con la fuerza de muchos hombres lo dejó en su posición original, derecho y firme*. Creo que con ello asombró sobremanera a Tiberio y a otros, si bien este, llevado por la envidia, no consintió de ninguna manera que nisiquiera se incluyera su nombre en las «Actas». En lo que se refiere al *Coloso*, ¿no ha visto Roma algo parecido recientemente con los obeliscos? Pero he aquí algo notable, y es que que este arquitecto no lo inclinó, sino que, según se dice, lo trasladó *supendido verticalmente*. Pero tú siempre me sacas del meollo, te estaba anunciando la *Paz* cuando me interrumpiste.

14. Discípulo-¿Cómo voy a ser yo un obstáculo para la Paz? ¡Dónde estás, tú que aunque en verdad no eres una diosa, sí eres el sumo bien de Dios! Ven, ven ya y visita de nuevo a los míseros belgas, arrojados desde hace ya tantos lustros a guerras civiles y externas.

15. Lipsio- Está a punto de llegar, confía, que cierta Juno nos guía hacia ella y nos la dicta. Vespasiano consagró en Roma una paz duradera, con firme esperanza en el futuro y como muestra de magnanimidad, después de lo que entonces también había sido un tiempo de guerras civiles. Algunos refieren que esta obra fue iniciada por Claudio, pero Suetonio lo niega pues dice que *Vespasiano hizo una obra* NUEVA*, el templo de la* PAZ*, cercano al foro*. Ahí tienes también su emplazamiento: todavía hoy quedan vestigios, y a partir de ellos puedes deducir su planta. Fue un templo grande, llegó a los *trescientos* pies de largo y a los *doscientos* de ancho; por lo tanto era mayor que el mismo Capitolio. Por esta razón, con todo merecimiento Herodiano lo llama μέγιστον καὶ κάλλιστον τῶν ἐν τῇ πόλει ἔργων: *la* MAYOR *y más bella de todas las obras de la ciudad*. Y añade que fue también *riquísimo, embellecido con ornamentos de oro y plata*. Leyendo a Josefo puedes saber que se hizo en los inicios de su mandato y después de la ceremonia triunfal. De lo cual conviene dar la cita para el conocimiento universal

Post triumphos, et firmam imperii constitutionem, statuit templum facere Paci: fecitque cito admodum, et pulchrius meliusque omni opinione perfecit. Magnis enim opibus in hanc rem usus, et priscorum etiam praeclara omnia adhibens, picturis et statuis pulcherrimis adornavit. OMNIA *enim in hoc templum collata et disposita sunt, ob quae homines, videndi cupiditate, antea per* TOTVM ORBEM *vagabantur. Posuit et hic e Iudaeorum templo vasa aurea, in iis sibi placens: etsi Legem ipsorum, et vela tabernaculi aurea, in Regia sua posuerit, ibi custodienda.* Haec Iosephus; et Plinius consonat, qui passim pulcherrima aut rarissima operum adnotat fuisse in templo Pacis. Vno etiam loco scribit {Lib[ro] XXXIIII cap[ite] VIII}: *Ex omnibus quae rettuli, clarissima quaeque in Vrbe iam sunt, dicata Vespasiano Principe in templo Pacis, aliisque eius operibus, violentia Neronis in urbem convecta, et in sellariis domus aureae disposita.* Quod magis impressiusque refero, ut tristius damnum cognoscatur, quod factum est templi huius incendio sub Commodo. Tunc enim, ut Herodianus refert, levi terrae motu praevio, sive ictu fulminis, sive igne e terra exspirante, subito et improviso totum conflagravit, itemque Porticus, et totus eius ambitus: malo sane augurio, ut tunc Romani haud vane interpretabantur, periisse sibe Pacem. Inter adiecta autem vel circumiecta, periit et Bibliotheca quae in ambitu eius templi erat: cuius in A[ulo] Gellio memoria exstat.

1-7 J. *B. J.* 7.5.7.158-162 **9-12** Plin. 34.84 **13-16** Hdn. 1.14.2-4 **16-18** Gell. *Noct. att*. 16.8.2

del hecho. En el libro VII de la «Caída» dice: *Después de los triunfos y del establecimiento de un sólido imperio decidió que se hiciera un templo para la Paz, lo hizo con toda rapidez, y el resultado superó en belleza y calidad a cuanto pudiera haberse pensado con anterioridad. Se pusieron en práctica, ciertamente, grandes obras para este asunto, se aplicaron también todas las excelencias de los antiguos, lo adornó con pinturas y bellísimas estatuas. Este templo reúne y expone* TODO *cuanto con anterioridad cualquier hombre ávido de conocimientos, de imágenes sólo hubiera podido ver tras recorrer errante el* ORBE ENTERO. *Llegó a instalar incluso los vasos áureos del templo de los judíos, que le placían particularmente, aunque la Ley de estos y los cortinajes áureos del tabernáculo los llevó a su palacio, para que se custodiaran*. Esto lo dice Josefo, y Plinio concuerda perfectamente con él, pues apunta por todas partes que en el templo de la Paz hubo obras bellísimas y excepcionales. En un lugar llega a escribir {en el libro XXXIIII, capítulo VIII}: *De todo lo que he referido todavía quedan ciertos preclaros testimonios en la Ciudad, se trata de los objetos dedicados públicamente por el príncipe Vespasiano en el templo de la Paz, y en otras de sus construcciones, y los que habían sido traídos por la fuerza de Nerón a la ciudad, y estaban almacenados en las bodegas de la Casa dorada.* Hecho que refiero con particular interés para que se concozca el lamentable destrozo que se causó al templo con el incendio del tiempo de Cómodo. Entonces, ciertamente, según lo refiere Herodiano, tras un leve terremoto previo, ya fuera por un rayo que le cayera encima, ya por el fuego que surgió de tierra, de pronto e improviso se consumió entero el pórtico y todo lo que había a su alrededor. Mal augurio, ciertamente, que ya entonces los romanos no en vano lo interpretaron en el sentido de que se les acabó la paz. Entre las instalaciones adosadas o que lo rodeaban pereció también la biblioteca que había en los alrededores de este templo, memoria de la cual subsiste aún en Aulo Gelio.

Lib. III cap. 7: Fora Romana descripta; et distincte Romanum, Iulium, Augustum, Transitorium, Vlpium.

1. De Templis peregimus: ex eodem Ammiano *Fora* nunc excerpo. Quid opus est? inquies. aut quid magni operis in aperta planicie? Hoc enim, pro nostris moribus hodie, tu aut alius dixerit: quia haec Fora parum, aut nihil, ornati profecto habent. Area tantum est, et aedificia cingunt, alta, humilia, splendida, vilia; denique ut privatorum solent. Quam aliud in Romanis Foris, sed et Graecis? de quibus Vitruvium licet audire {Lib[ro] V c[apite] I}: *Graeci quadrato* AMPLISSIMIS *et* DVPLICIBVS PORTICIBVS *fora constituunt,* CREBRISQVE COLVMNIS, *et lapideis aut marmoreis epistyliis adornant, et supra* AMBVLATIONES *in contignationibus faciunt*. Atque haec ipsa, ut addit, Romani; nisi quod non quadrata aequaliter, sed oblonga magis faciunt, nec nisi tertia latitudinis parte. Sed nec columnas tam crebras interponunt: et (ut ego hoc addam) Romae etiam magnis circumpositis aedificiis, ut *Templis*, *Basilicis*, *Chalcidicis*, magis ornabant. Vt tamen formam aliquam capias, ambitus ipse Fori porticibus claudebatur, viis relictis et spatiis ad intrandum: exterius deinde, Templa, et quae dixi circumponebantur, et late super Porticus illas eminebant. In parvo exemplo, nonne *Bursam*, ut vocant, Antuerpiensium vidisti? fac maiorem, et oblongam esse: habes (quod ad Porticus attinet) imaginem prisci alicuius Fori.

2. Sed membra singula iam videamus. Ait Vitruvius, *duplices Porticus* fuisse: in altitudinem, aut latitudinem? utrumque potuit: sed credo magis in latitudinem fuisse, ut latius inambularetur. Tamen nec de illa nego, cum satis clare addat, et praecipiat: *ut superiores columnae, quarta parte minores, quam inferiores constituantur: propterea, quod oneri ferundo, quae sunt inferiora, firmiora debent esse, quam superiora*. Ergo et duplex columnatio in altum solita usurpari: sed in latum saepissime, atque adeo triplex, quadruplex, quintuplexque: quam pulchra tot columnarum serie, et superba facie? Capitolinus in Galieno scribit: *quod is Porticum Flaminiam, usque ad Pontem Mulvium paraverat ducere, ut tetrastiche fieret, aut etiam pentastiche*. Intellegit *quaternos aut quinos* istos ordines: qui tamen rari haud dubie erant. Iam super istas Porticus, Ambulationes erant: quod ipsum in Antuerpiensi Bursa. At reliqua iam, quam imaginem hodiernam admittunt, *Basilicae* et *Templa*? nullam. Quid *statuae*, et interior ille ornatus? nullam. Talia igitur Fora, ut communiter hoc praemiserim: veniamus ad ea magis singillatim.

3. Fora duorum generum Romae: et in universum XVII numerant descriptores Vrbis. Erant *Civilia*, erant *Vaenalia*: illa, in quibus res et lites agebantur; haec in quibus merces aut species certae vaenales. ut *Suarium Forum*, *Piscatorium*, *Pistorium*, *Boarium*, *Holitorium*, et talia. In utrisque et coetus, ac circuli, ac sermones hominum

---

9-11 Vitr. 5.1.1 **22-24** Vitr. 5.1.3-4 **27-28** HA *Gal. duo* 18.5 **34** P. Vict. (ed. Valentini-Zucchetti, p. 259)

Lib. III cap. 7: Descripción de los foros romanos, y particularmente el Romano, el Julio, el de Augusto, el Transitorio y el Ulpio.

1. Hemos acabado de hablar de los templos, siguiendo al mismo Amiano voy a tratar ahora por otro lado los *foros*. ¿Qué necesidad hay de ello?, me preguntarás, o ¿qué tiene de gran obra una llanura al aire libre? Puede que me vengas con frases como esas, pero tanto tú como cualquier otro que piense así, lo hace porque toma como punto de partida nuestras maneras actuales, y, de hecho, los foros de hoy en día son sencillos o carecen por completo de esplendor decorativo. Hoy tan sólo son un solar rodeado de edificios altos, bajos, espléndidos o pobres pero que, en definitiva, suelen tener el mismo aspecto que los edificios privados. ¡Qué diferente es el caso tanto de los foros romanos, como de los griegos! Sobre estos últimos hay que oír a Vitruvio {en el libro V, capítulo I}: *Los griegos trazan foros de forma cuadrada con* PÓRTICOS AMPLÍSIMOS Y DOBLES, y CON ABUNDANTES COLUMNAS*, los adornan con columnatas de piedra o mármol, y hacen* CORREDORES *superiores en los pisos*. Y, según continúa él mismo, los romanos hacen lo mismo, salvo que no los hacen perfectamente cuadrados, sino preferentemente rectangulares, siendo la anchura sólo de un tercio de la longitud. Tampoco meten tantas columnas, pues (como voy a explicar yo) en Roma preferían ornarlos con grandes edificios situados alrededor, como *templos*, *basílicas* y *calcídicos*. Para que, no obstante, te hagas una idea, el perímetro del foro se cerraba con pórticos, con vías laterales y espacios de acceso. Por el exterior, se veían sobresalir ampliamente sobre los pórticos, los templos y los edificios que he dicho que se disponían a su alrededor. A modo de pequeño ejemplo: ¿no has visto la *Bolsa*, como lo llaman, de los de Amberes? Imagínatelo más grande y rectangular y tienes (en lo que se refiere a los pórticos) la imagen de cualquier foro antiguo.

2. Pero veamos ahora cada una de sus partes. Dice Vitruvio que tuvieron *dobles pórticos*, ¿en altura o en anchura? Ambas opciones son posibles, pero yo me inclino a que lo fueran en anchura, para que pudiera pasearse con más desahogo. No obstante, no niego que pudiera ser en altura, porque después apunta la prevención bastante clara de *que las columnas superiores se diseñen un cuarto más pequeñas que las inferiores, ya que para aguantar el peso, las que están en la parte inferior deben ser más resistentes que las de la parte superior*. Por lo demás, también se solía hacer uso de una doble columnata en altura, aunque en anchura se hacía más a menudo así como columnatas triples, cuádruples y quintuples, ¡qué sucesión tan bella de columnas y qué soberbia estampa! Capitolino escribe en el «Galieno» *que este había dispuesto ampliar el pórtico Flaminio hasta el puente Mulvio de modo que se convirtiera en tetrástico y, en ocasiones, en pentástico*. Entiende que se refiere a estas hileras de a cuatro o a cinco que, de todos modos, no me cabe duda de que eran algo excepcional. Sobre estos pórticos había también corredores, lo mismo que en la Bolsa de Amberes. Ahora bien, ¿qué estampa actual puede ilustrar el conjunto de *basílicas* y *templos*? Ninguna. ¿Y lo de las *estatuas* y la decoración que hay en el interior de los foros? Tampoco es posible hallarla. Así pues, tales fueron los foros, para presentarlos genéricamente, vayamos ahora a una descripción más individualizada de los mismos.

3. En Roma, donde los que describieron la ciudad enumeran 17 en total, había foros de dos tipos. Los *cívicos* y los *comerciales*: en los primeros se celebraban actos públicos y litigios jurídicos, y en los segundos se comerciaba con mercancías y géneros concretos como es el caso del *foro de la carne de cerdo*, *el del pescado*, *el del pan*, *el de la carne de ternera*, *el del aceite*, y otros parecidos. En ambos se realizaban también reuniones de hombres, se formaban tertulias y se escuchaban discursos, como

erant, ut solet in vacuis: sed magis in Civilibus illis. quae scito olim fuisse tria, *Romanum*, *Iulium*, *Augustum*. Seneca ad hunc numerum: *Infitiationes, furta, fraudes, quibus trina non sufficiunt fora*. Martialis:

Atque erit in triplici par mihi nemo foro.

4. Etsi idem Martialis quartum etiam vidit. Nam Domitianus Imp[erator] incohavit *Forum*, quod *Transitorium* vocabant, et postea Nerva absolvit, ab eo *Nervae* etiam dictum. Quintum denique addidit *Traianus*, ab ipso sic appellatum. Lubet breviter lustrare singula, et quaedam in iis, levi oculorum iniectu, praecipua observare.

5. ROMANVM igitur est, quod *Vetus* appellant, adspectu ad haec posteriora; itemque *Magnum*, quia, ut videtur, spatio superavit. Id a Romulo institutum, inter Capitolinum et Palatinum montes, ad huius finem: sic ut templa Capitolina ei imminerent, Palatii variae structurae, et varia in ambitu templa. Sed haec postea fuere: Romuli aevo, simplex planicies; L[ucius] Tarquinius Priscus postea exornavit, et *Tabernis ac Porticibus* cinxit. Alii deinde tam multa et varia (quia quisque opus suum in conspicua maxime et celebri parte exstare cupiebat) addiderunt: ut multae et curiosae curae sit singillatim recensere. et iam Antiquarii nostri in parte maxima fecere. Strabonis hoc audi. qui ubi *Campum Martium* valde laudasset, addidit, *Quae omnia siquis videret, dicat censeatque reliquam urbem, non nisi additamentum campi huius esse. At idem si in* FORVM VETVS *deinde progressus, alia aliis haerentia et consequentia videat, Basilicas, Porticus, Templa; tum Capitolium ipsum, et in eo templa; tum Palatium, et Liviae Ambulacra: is facile priorum obliviscatur, et omnium quae viderat extra urbem*.

6. Sed et Statius quaedam recensuit, in Equo Domitiani. Ille enim ex aere colossaeum illum, et se insessorem constituit in hoc Foro, narratque et laudat poëta in primo suo carmine:

Quae super imposito moles gemmata colosso
Stat Latium complexa forum?

Nam *Latium Forum*, hoc nostrum Romanum est: sed quae *moles gemmata*? nam gemmas et lapides in aere isto fuisse, nugae. An igitur, nitida et splendens? ut idem alibi, ---*nitidis gemmantia saxis Balnea*: [[et alii, *gemmantes alas pavonis*. Etsi alia in his caussa et aspectus, et quod olim divinavi, in libro scripto etiam repperi, *geminata*. Omnino geminata et duplex illa moles, ipsa crepido sive basis altior; tum vir cum equo impositus super eam. Verba qui pensitate examinat, assentietur]]. Sed reliqua etiam carmina poëtae notanda antiquariis, ad sedem certam aliquot hic aedificiorum. Nam ait:

---

11 ROMANVM 1599, 1605] *Romanum* 1598 **16** multa et 1599, 1605] deest 1598 **18** Antiquarii nostri 1599, 1605] alii 1598 **34-37** [[et...assentietur]] 1599, 1605] et quasi gemmas referentia. An verius, *moles geminatam*? iamdiu censui, et de viro atque equo accepi. Nunc licet, et placet magis, *molem geminatam* explicare, ipsam crepidinem sive basim magnificam, *super quam impositus* (ita clare verba) *colossus* iste equi virique. Atque ita moles duplicatur, altera illa accepta 1598

2-3 Sen. *Ira* 29.1 **5** Mart. *Epigram*. 3.38 v.4 **19-24** Str. 5.3.8 **29-30** Stat. *Silv*. 1.1 vv.1-2 [ed. Bernartius: *moles gemmata*; ed. Traglia-Aricò, ed. Marastoni: *moles geminata*] **35** Lips. *Adm*. (ed. 1598) **34** Stat. *Silv*. 1.5. vv.12-13 Mart. *Epigram*. 13.70.1

suele ocurrir en los espacios abiertos, aunque esto era más normal en los cívicos. De estos últimos sé que antiguamente hubo tres: *el Romano*, *el Julio* y *el de Augusto*. Séneca dice sobre esta cifra lo siguiente: *Impagos, robos y fraudes, para los que no bastan tres foros*. Y Marcial:

Y no habría nadie que se me parezca en el triple foro.

4. Si bien el mismo Marcial vio también un cuarto. Pues el emperador Domiciano comenzó el *foro* que llamaban *Transitorio* y que más tarde concluyó Nerva en cuyo honor y nombre también es llamado *de Nerva*. *Trajano*, en definitiva, añadió un quinto foro, que recibió su nombre. Es pertinente ilustrar brevemente cada uno por separado y observar en ellos algunos aspectos de importancia con un leve vistazo.

5. El ROMANO es el que llaman ellos *Antiguo*, visto desde una perspectiva cronológica o también *Grande*, porque, según parece, fue el mayor en espacio. Fue una creación de Rómulo, entre los montes Capitolino y Palatino con el siguiente fin: para que los templos Capitolinos lo dominaran desde lo alto, así como las diversas estructuras del Palatino y los diversos templos que había a la redonda. Pero esto no pudo verse sino con posterioridad, pues en el tiempo de Rómulo era una simple llanura. Lucio Tarquinio Prisco lo decoró más tarde y lo rodeó con *tiendas y pórticos*. Después otros le añadieron tantísimas cosas (porque cada uno quería que sus obras quedaran en la zona más conspicua y célebre) que recogerlas una por una es cosa de muchos y minuciosos cuidados. En gran parte ya lo han hecho nuestros anticuarios. Escucha lo que sigue de Estrabón que donde dedica un excelso elogio al Campo de Marte dice: *Si alguien viese todo esto, diría convencido que el resto de la ciudad tan sólo es un añadido de este campo. Mas si al punto avanzase después por el* FORO ANTIGUO*, vería cómo se suceden una tras otra ininterrumpidamente, basílicas, pórticos, templos, aquí el mismísimo Capitolio y sus templos, allí el Palacio y el paseo de Livia y es fácil que se olvidara de lo primero que vio y de todo lo que había visto fuera de la ciudad*.

6. También Estacio ha conservado algo al respecto, refiriéndose al caballo de Domiciano. En efecto, aquel se hizo una estatua ecuestre colosal de bronce que se instaló en este Foro, y cuenta y canta el poeta en su primer poema:

¿Qué es esa mole diamantina que sobre el coloso
se yergue y domina el foro Latino?

Pues el *foro Latino* es el mismo que este nuestro Romano, pero ¿qué significa lo de *mole diamantina*? Pues es absurdo que hubiera gemas y piedras preciosas en este bronce. ¿No es posible que se refiera a lo radiante que era y al resplandor que emanaba?, según hace el mismo autor en otros versos, *baños diamantinos con piedras radiantes*, y otros que hablan de las *alas diamantinas del pavo real*. Si bien hay en esta cuestión otra razón y punto de vista, pues según una hipótesis que aventuré hace tiempo, y que después pude comprobar en cierto manuscrito, puede tratarse del término *gemela*. Desde luego, aquella mole era gemela y doble, pues en primer lugar estaba el propio zócalo o base elevada, y después sobre ella la estatua ecuestre. Quien examina el texto cuidadosamente, se hace de esta misma opinión. También los versos que siguen de este poeta deben ser examinados con atención por los anticuarios, pues proporcionan el certero emplazamiento de algunos edificios, cuando dicen:

Par operi sedes. hinc obvia limina pandit,
Qui fessus bellis, adscitae munere prolis,
Primus iter nostris ostendit in aethera Divis.
At laterum passus, hinc Iulia templa tuentur,
Illinc belligeri sublimis Regia Paulli,
Terga pater, blandoque videt Concordia vultu.

7. A fronte facit fuisse *Limina Iulia*. nam de Iulio Caesare haec capienda quis ambiget, cum a prole adoptiva consecratum, primum Caesarum, dicat? [[Et est ipsum templum Iulii, nisi fallor. A latere deinde *Basilica Iulia*, quam Festus ad Servilium lacum ponit. Nam quod vulgo legitur, et ego recitavi, *Iulia templa* in Statio: ex meo scripto codice, omnino verius, *Iulia tecta*]]. Enimvero haec *Aedes Iulii* in medio circiter Foro fuit: quod etiam factum in aliis Foris, et ut medium aliquod templum decore esset, mox disces.

8. Adiungo IVLIVM FORVM, quod C[aius] Caesar, etiam privatus, et Proconsul adhuc Galliae concepit, atque adeo coepit. Nam locum et aream emit, ac purgavit. magno sane, et Suetonius dignum notari putavit ipsum pretium: *Forum*, inquit, *de manubiis incohatum, cuius area super* HS *millies constitisset*. Ea summa est nobis (repeto, etsi meminisse te aestimationes iam oportuit) *viciesquinquies centenum millium*. Tantumne in solam aream? inquies. Tantum. nec movet, quod viri docti, sed trepidi in talibus, diffidunt et mutare aut minuere vellent: falluntur. Quid? Plinio non erit etiam fides, in eadem re sic numeranti? *Pyramides regum miramur opera, cum solum tantum foro exstruendo* HS *millies Caesar Dictator emerit*. Nonne ipsa narratione et comparatione ostendit ingentem aliquam, nec in simili re tritam summam? ostendit. [[nec mirum, cum aedes plures in urbe intima emerit, disiecerit, ad aream purgandam.]] Ne diffidamus igitur, sed faveamus magno huic Caesari, qui et antequam tantus, concepit haec magna. Imo vero *Dictator* tunc erat, dices: ergo iam Princeps. Nego fuisse. nec Plinii ea mens est, qui addidit quidem illum titulum, sed ut hominem designaret et discerneret, non ut emptionis tempus. Credamus Suetonio, palam hoc inter Gallicanae liberalitatis exempla referenti. Tunc igitur emit; sed bellis impeditus aut tardatus, non nisi post bellum Africum perfecit. Appianus {II Civil[ium]}: *Caesar post triumphos, Veneri Genetrici templum struxit, quod voverat in proelio Pharsalico: et aream circum templum addidit, ibique voluit Romanis Forum esse. non id quidem rerum vaenalium, sed ad* LITES *aut negotia convenientium, sicut et Persis forum erat quoddam vel iuris petendi dicendique caussa, vel et discendi*. Dio Cassius de eodem sub idem tempus narrat {Lib[ro] XLIII}: *Caesar forum, quod ab ipso dictum est, exstruxit. quod* PVLCHRIVS ROMANO *est, etsi dignitas illius auxit ex isto, factumque ut*

---

2 *adscitae* 1605] 1598, 1599 *assertae* **9-12** [[Et...*tecta*]] 1599, 1605] Sed quae ea *limina*, haereo: non ipsum *Templum Iulii*, de quo mox sequitur: ergo *Basilica Iulia*, nisi fallor. Ea ad lacum Servilium sita, ex Festo. A latere deinde adiunxit, *Julii aedem*: et altrinsecus, *Basilicam Paulli*: a tergo *Concordiae* templum, sub Capitolio, et *templum Patris*, nonne ipsius Vespasiani? Certe in Victore video, hac regione Fori, *Templum Titi et Vespasiani*. Nam aliud ab isto est illud *Gentis Flaviae*, ut puto: atque id alibi, et in VI regioni ponunt 1598 15 IVLIVM FORVM 1599, 1605] *Julium forum* 1598 **24-25** [[nec...purgandam.]] 1599, 1605] deest 1598

1-6 Stat. *Silv*. 1.1 vv. 22-24+29-31 **17-18** Suet. *Caes*. 26.2 **22-23** Plin. 36.103
31-35 App. *BC* 2.102 **36-*2*** DC 43.22.2

Igual es el emplazamiento a la construcción. Aquí trazó umbrales abiertos,
Aquel que cansado de guerras, y como servicio de una descendencia,
Fue el primero en mostrar el camino al cielo en pos de nuestros dioses.
También aquí los templos julios protegen los pasos desde los flancos,
allí en lo alto el palacio del belicoso Paulo,
y a la espalda, el padre, ve el amable rostro de la Concordia.

7. Sitúa enfrente unos *umbrales julios*, y ¿quién duda que debe interpretarse que son de Julio César, después de leer que han sido consagradas por su descendencia adoptiva como el primero de los Césares? Concretamente se trata del propio templo de Julio, si no me equivoco. A un costado, seguidamente, se encuentra la basílica Julia, que Festo sitúa junto al lago Servilio. El texto de Estacio se lee normalmente tal y como yo mismo acabo de hacer: *templos julios*, pero según dice mi códice manuscrito debería interpretarse como *techos julios*. Sin duda alguna, este santuario de Julio estuvo aproximadamente en el centro del foro, pronto te darás cuenta de que esto también ocurre en otros foros, pues en el centro suele haber algún templo decorativo.

8. Es el turno del FORO JULIO, que Cayo César concibió y llegó a iniciar cuando todavía no era más que un hombre privado, y al poco tiempo procónsul de la Galia. Pues bien, compró el lugar y saneó el solar. Realmente lo hizo con gran gasto, tanto que Suetonio estimó que el precio merecía ser apuntado: *El foro*, dijo, *empezado con su parte de botín y cuyo solar había costado más de diez millones de* HS. Esta suma significa para nosotros (te lo repito, si bien conviene también que recuerdes lo de las equivalencias) *dos millones y medio*. ¿Tanto en comprar tan sólo el solar?, preguntarás. Pues sí. Y no lo cambia que hombres sabios, pero inseguros en asuntos tales, desconfíen y quieran cambiarlo y disminuyan la cifra: se equivocan. ¿Por qué? ¿No merece confianza Plinio cuando hace los cálculos siguientes? *Nos asombran las Pirámides, obra de reyes, cuando el dictador César, tan sólo para construir el foro se gastó cien millones de* HS. En este mismo texto, haciendo la comparación, ¿no muestra una suma mucho mayor, gastada en algo parecido? Pues sí, y no es cosa maravillosa, porque compró muchas casas en el interior de la ciudad, y las demolió para sanear el solar. Por lo tanto no debemos desconfiar, sino aplaudir a este César como hombre notable, que antes que tantos otros, comenzó estas grandes construcciones. Y es bien cierto que puedes decirme que entonces era dictador y, por lo tanto, casi príncipe. Yo niego que lo fuera, nisiquiera Plinio es de ese parecer, quien añadió aquel título para designar y evitar confusión con el autor más que para establecer el momento de la compra. Demos crédito a Suetonio que, a todas luces, refiere la compra como ejemplo de una liberalidad cuyo origen está en la guerra gala. Entonces, realmente, sólo realizó la compra, pero, impedido y ocupado en guerras, tan sólo pudo acabarlo después de la guerra africana. Apiano {II de las «Civiles»} dice: *César, después de celebrar sus triunfos, construyó un templo para Venus Genetrix, que había prometido en la batalla de Farsalia, le añadió el solar que había alrededor del templo, fue su voluntad que los romanos tuvieran allí un foro, ciertamente no uno comercial, sino para* LITIGIOS *y asuntos contractuales, a la manera de los persas, que tenían un foro para pedir u recibir justicia y también para aprender*. Dion Casio trata sobre este mismo en la misma época {en el libro XLIII}: *César construyó un foro que recibió su propio nombre. Es* MÁS BELLO QUE EL ROMANO*, si bien la dignidad del primero aumentó gracias a la del segundo, pues se había hecho de modo que se llamara el* GRANDE*. Además dedicó este foro junto con el templo de Venus Genetrix, de la cual procedía su linaje*. Date cuenta de que según esta cita fue *más bello que el Romano*, cosa que, en verdad, creo que se puede deber a

MAGNVM *diceretur. Atque hoc Forum, una cum aede Veneris Genetricis, auctoris sui generis, dedicavit*. Nota in eius verbis, *pulchrius Romano* fuisse: quod equidem credo, vel quia a Caesare, vel quia posteriora opera prioribus fere antecellunt. Quod tamen ex Ammiano vix dixeris: qui *Iulium* hoc silet, *Romanum* extollit: et *priscae potentiae forum* appellavit, et Constantii *oculos in eo, miraculorum densitate, praestrictos*. Fuit autem hoc *Iulium* haud longe nimis a Romano, post templa *Pacis et Faustinae*.

9. Transeo ad AVGVSTI FORVM: quod nominatim Plinii *inter maxima operum* collocavit. Profecto gradatim scandimus, et meliora ac maiora in his damus. De isto Suetonius {Aug[usto] Cap[ite] XXIX}: *Forum cum aede Martis Vltoris struxit. Caussa exstruendi, hominum et iudiciorum multitudo, quae videbatur, non sufficientibus duobus, etiam tertio indigere*. Ergo *Mars* hic *ultor* in medio, ut ante *Iulius*, aut *Venus*. Ovidius *Bisultorem* cognominat: quia et ob vindicatam patris necem hoc cognomen Augustus imposuit; et ob Crassianam cladem, signis a Partho receptis. Porticus in eo, de more, ad latera: sed hoc in iis singulare, et ab Augusti invento. quod in altera, ordine omnes Latini reges a capite et principe Aenea essent; in altera, Romani Reges, aut Duces clari, a Romulo ipso. Ovidius de Marte illo {V Fast[is]}:

Hinc videt AENEAN *oneratum pondere caro,*
Et tot IVLAEAE *nobilitatis avos.*
Hinc videt ILIADEN*, humero Ducis arma ferentem* {*Tropaeophorum, spoliis Acronis onustum*}*,*
Claraque dispositis ACTA *subesse viris.*

10. Ille ab utroque igitur latere haec videbat: et de hac re Suetonius. *Proximum a Diis immortalibus honorem memoriae Ducum praestitit, qui imperium populi Romani ex minimo maximum reddidissent: et* STATVAS OMNIVM, *triumphali effigie, in* VTRAQVE *fori sui* PORTICV *dedicavit*. Nam etsi *Romanos Duces* modo nominat, sane et illos intellegi Latinos par est, et poëta iubet: inter eos et ipse Augustus locum habuit, atque eius *Tituli* et *Acta*. Velleius: *Divus Augustus, praeter Hispanias aliasque gentes, quarum* TITVLIS FORVM EIVS *praenitet*. Ergo illic sub quoque viro aut statua, suae res gestae breviter et *Index*; quod *Acta* poëta dixit. Atque istae novae statuae: quot deinde veteres, et priscae raraeque artis? Pausanias prodidit {In Arcad[ia]}, *Minervae Aleae signum, ex ebore totum, in aditu Fori Augusti stetisse*: additque in ea occasione, et *ipsum, et reliquos Principes, pleraque ornamentorum talium undique avexisse, et ad opera sua ornanda traduxisse*. Situm autem hoc forum, supra ipsum *Romanum*, ad latus Capitolii, post aedem hodie *Divae Martinae*.

11. Quartum iam est, *Nervae*. quod Domitianus incohavit, iste perfecit et agnominavit. Suetonius in Domitiano: *Novum aedem in Capitolio excitavit Iovi custodi; et Forum, quod nunc Nervae vocatur*. Quomodo igitur tunc? *Transitorium*, ut opinor.

---

6 AVGVSTI FORVM 1599, 1605] 1598 *Augusti Forum* **27** inter 1598 1605] Inter 1599 Augustus 1599, 1605] deest 1598

2-4 Amm. 16.10.13 **8-10** Suet. *Aug*. 29.1 **17-21** Ov. *Fast*. 5 vv. 363-366 [ed. Burmann: *sacro* pro *caro; Iuleae* pro *Iulaeae; humeris* pro *humero*]
23-26 Suet. *Aug*. 31.5 **28-29** Vell. 2.39.2 **32-34** Paus. 8.46.1-5 **37-38** Suet. *Dom*. 5.1

ser obra de César o a que las construcciones posteriores suelen aventajar a las precedentes. A pesar de ello, a penas se diría esto tomando el texto de Amiano que silencia este foro Julio y ensalza el Romano al que llamó *foro del antiguo poder*, y dice que *los ojos de Constancio estaban cegados con la densidad de las maravillas que veían en él*. Este *Julio* no quedaba, no obstante, demasiado lejos del Romano, caía detrás de los templos *de la Paz y de Faustina*.

9. Paso al FORO DE AGUSTO, que Plinio colocó textualmente *entre las construcciones superiores*. En verdad que vamos subiendo de categoría y que cada vez vamos dando con mejores y mayores proyectos. Suetonio dice a propósito de este {en «Augusto», capítulo XXIX}: *Construyó un foro con el santuario de Marte Últor. La razón de construirlo hay que buscarla en la multitud de personas y opiniones según las cuales no eran suficientes dos foros, sino que estaban necesitados de un tercero*. Aquí en el centro estaba *Marte*, el *vengador*, como antes los de *Julio* o *Venus*. Ovidio lo apoda *vengador por dos veces*, y ello porque Augusto le impuso este apodo tanto por el castigo del asesinato de su padre, como por el desastre de Craso y la recuperación de los estandartes del parto. Según la costumbre, en él había pórticos laterales, pero había algo de singular en ellos, por deseo expreso de Augusto. En uno estaban todos los reyes latinos situados por orden y desde el inicio encabezados por Eneas. En el otro, los reyes romanos o los caudillos preclaros, empezando por el propio Rómulo. Ovidio, sobre aquel templo de Marte dice lo siguiente {en «Fastos» V}:

> *Aquí ves a* ENEAS*, cargado con amado peso,*
> *y tantos antepasados de la nobleza Julia.*
> *Aquí ves a* ILIADES*, que lleva a cuestas las armas del caudillo* {*el portador del trofeo de victoria, cargado con los despojos de Acrón*}
> *y ves que sus* HECHOS *preclaros están debajo de esta sucesión de varones*.

10. Así pues, Ovidio podía ver tales cosas a ambos lados y al respecto dice Suetonio {en «Augusto» capítulo XXXI}: *Les proporcionó el honor del recuerdo de los caudillos, honor cercano al de los Dioses inmortales, a aquellos que habían llevado el imperio del pueblo romano a lo máximo desde lo más ínfimo, y dedicó* ESTATUAS DE TODOS*, con atuendo triunfal, en* LOS DOS PÓRTICOS *de su foro*. Y es que aunque sólo cita a los caudillos romanos, realmente hay que entender lo mismo de los latinos, y de hecho el poeta lo proclama. El propio Augusto también tuvo un lugar entre ellos, así como sus *inscripciones y hechos*. Dice Veleyo: *El divino Augusto ilustra* SU FORO *con las Hispanias y otras naciones además de con cuyas* INSCRIPCIONES *lo decora*. Por lo tanto, allí debajo de cada varón o estatua, se recogían brevemente sus hazañas y un *índice* que el poeta llama *Hechos*. Estas estatuas eran nuevas, pero ¿cuántas habría también antiguas, primitivas y de técnica extraña? Pausanias {en «Arcadia»} reveló que *en la entrada del foro de Augusto hubo una representación de la Minerva Alea, obra completamente en marfil*, y en esa misma ocasión añade que *este mismo príncipe, al igual que el resto se llevaron la mayoría de tales ornamentos de todas partes y los emplearon para adornar sus propias construcciones.* Este foro también estaba situado justo encima del *Romano*, al lado del Capitolio, detrás del actual templo de Santa Martina.

11. El cuarto, en fin, es el de *Nerva*, que empezó Domiciano y que Nerva acabó y le dio el nombre. Suetonio dice en el «Domiciano»: *Levantó un nuevo santuario en el Capitolio a Júpiter custodio, y el foro que ahora se llama de Nerva*. ¿Y cómo se llamaba entonces? Según opino, *Transitorio*. Pues Lamprido dice lo siguiente en el

Nam sic Lampridius, in Alexandro: *Statuas colossas, vel pedestres nudas, vel equestres, Divis Imperatoribus in Foro Divi Nervae, quod* TRANSITORIVM *dicitur, locavit: omnibus cum Titulis et Columnis* AEREIS*, quae gestorum ordinem continerent. exemplo Augusti, qui summorum virorum statuas, in foro suo, e* MARMORE *collocavit, additis* GESTIS. Locus et ad ista, et priora, notabilis. videsque imitari Augustum in ornando hoc Foro Alexandrum voluisse: quid imitari? vincere volui dicere. et cum ille statuas non nisi e marmore fecisset, iste ex aere, cum titulis etiam et columnis. Quae autem istae columnae? an quibus, loco basium, insisterent, et Acta inscripta essent? an et alias intellegit, quae seorsum Porticus sustinerent? Non de nihilo ambigo, quoniam in Pausania lego, de *quibusdam aedificiis ex aere solido*, differente: lego, inquam, fuisse talia, ut Minervae templum Spartae, quod *Chalcioecon* ideo dicitur, atque item alibi. Sed tum addit in fidem, praesentaneum et sui aevi exemplum {Lib[ro] X}, καὶ ῥωμαίοις, inquit, ἡ ἀγορὰ μεγέθους ἕνεκα, καὶ κατασκευῆς τῆς ἄλλης, θαῦμα οὖσα, παρέχεται τὸν ὄροφον χαλκοῦν: *Romanis Forum, quod et magnitudine et alio apparatu omni instar miraculi est, exhibet tectum et camerationem aeream*. Quod istud Forum *tecto aereo*, vellem nominasset. nunc suspicari tamen fas est, de isto Nervae capiendum: nisi de alio aedificio, quod *Chalcidicum* appelabant, quodque Foris solet adiungi. [[Nam de tecto suspicari, aereis saltem tegulis, nihil est: nec hoc inter rara aut suspicienda.

12. Istud porro fuit situm,]] inter Capitolinum et Quirinalem colles: dictumque ideo *Transitorium*, quod per id in alia opportune, velut transitus esset. An et quia Iani in eo templum? quod *quattuor portarum* ibi fuisse Servius tradidit: [[et Martialis libro X de eo capiendus:

> PERVIVS *exiguos habitabas ante penates,*
> *Plurima qua medium Roma terebat iter:*
> *Nunc tua Caesareis cinguntur limina donis,*
> *Et fora tot numeras Iane quot ora geris*.

Dicit in angusto olim, quadrifariam pervium, hunc Ianum fuisse; nunc in foro Nervae, cingi porticibus, et quae alia ipse struxit: sed et ab eo iter et adspectus ad alia fora esse.

13. Aud.- Vide Lipsi. non enim *Iani* in medio foro templum, sed *Minervae* fuit. Nam ita Victor clare: *Nerva imperio se abdicavit, dedicato prius Foro, quod appellatur Pervium: quo aedes Minervae eminentior consurgit, et magnificentior*.

14. Lips.- Sistis, et paene retroagis me profecto. An igitur ad latus alibi *Iani* illud templum? an hoc *Minervae* potius non in ipso medio? [[Nam et Statius in Silvis, de Domitiano ita scripsit:

18-19 [[Nam...situm]] 1599, 1605] Istud est *Nervae Forum* **20** colles 1599, 1605] situm 1598 **22-*9*** [[et...ad]] 1599 1605] et Jani olim, *transitiones* dictae, et re ipsa erant. **37-*9*** [[Nam...nos]] 1605] tale dicendum sit, sed 1599

1-5 HA *Alex. Sev*. 28.6 **10-11** Paus. 3.17.2; DC 51.22.1 **12-14** Paus. 10.5.11 **21** Serv. *In Aen*. 7 v. 607 **24-27** Mart. *Epigram*. 10.28 vv.3-6 **33-34** Aur. Vict. *De Caes*. 12.2

«Alejandro»: *Puso estatuas colosales, desnudos de cuerpo entero y ecuestres, dedicadas a los emperadores divinos en el foro del divino Nerva, que recibe el nombre de* TRANSITORIO*, a todas las acompañó de inscripciones y columnas de* BRONCE *que contenían la sucesión de sus gestas, según el ejemplo de Augusto, que colocó estatuas de varones ilustres de* MÁRMOL *en su foro, y les añadió sus* GESTAS. Pasaje notable para el asunto que nos ocupa y también para el anterior. Ahí ves que Alejandro quiso imitar a Augusto en la decoración de este foro. ¿Cómo que imitar? Quise decir superar, pues mientras aquel sólo hizo estatuas de mármol, este de bronce, acompañadas incluso de inscripciones y columnas. ¿Qué tipo de columnas eran? ¿quizá unas sobre las que, como si fueran bases, se apoyaban las estatuas y contenían las inscripciones de los hechos? ¿o se refiere a las que propiamente aguantaban el pórtico? No dudo sin motivos, ya que en Pausanias leo con toda claridad que había *ciertos edificios hechos de bronce macizo*. En efecto, he leído que existieron, como es el caso del templo de Minerva en Esparta, que por ello recibe el nombre de *Broncíneo*, y otros hubo en otros lugares. Y entonces añade un ejemplo inmediato y de su propio tiempo como testimonio de autenticidad {en el libro X} καὶ ῥωμαίοις ἡ ἀγορὰ μεγέθους ἕνεκα, καὶ κατασκευῆς τῆς ἄλλης, θαῦμα οὖσα, παρέχεται τὸν ὄροφον χαλκοῦν: *El foro de los romanos, que por su tamaño y por toda su decoración es en sí mismo una maravilla, presenta tejado y abovedamiento de bronce*. Me gustaría que precisara cuál es este foro con *techos broncíneos*. Por ahora, no obstante, se puede sospechar que se refiere a este de Nerva, a no ser que se refiera a otro edificio al que llamaban *calcídico* que suele añadirse a los foros. Por lo demás no hay que pensar que se refiera a que este techo tuviera tejas de bronce, pues no es algo excepcional ni digno de ser envidiado.

12. Por otra parte, tuvo su emplazamiento entre las colinas del Capitolio y el Quirinal, y por ello recibió el nombre de *Transitorio*, pues a través de él fácilmente se podía llegar a otros lugares y era posible el tránsito. ¿Se llamaría así también por tener un templo a Jano? Servio transmitió que allí estaba *el de las cuatro puertas*, y Marcial en el libro X debe ser entendido en este sentido:

> *Antes habitabas* ABIERTO *reducidas moradas,*
> *a través de las cuales la populosa Roma hacía su camino*
> *ahora tus umbrales se rodean de dones cesáreos,*
> *y cuentas, oh Jano, tantos foros como rostros tienes.*

Dice que antiguamente este Jano vivía con estrecheces, abierto por los cuatro costados, que ahora en el foro de Nerva se rodeaba de pórticos y las demás obras que aquel construyó; también que tanto el camino que salía de él como su perspectiva lo vinculaban a los otros foros.

13. Discípulo- Fíjate, Lipsio, que el templo de Jano no estuvo en el centro del Foro, sino que ese lugar lo ocupaba el de Minerva. Víctor lo dice claramente: *Nerva abdicó del imperio habiendo dedicado antes el foro llamado Abierto, donde se alza el santuario de Minerva con gran eminencia y magnificiencia.*

14. Lipsio- En su sitio lo pones, en efecto, pero a mí, con ello, en realidad, apenas me haces cambiar de opinión, ¿no es posible que aquel templo de *Jano* estuviera en algún costado? ¿no es posible que entonces este de *Minerva* estuviera en el mismo centro? Pues Estacio, en las «Silvas», escribe lo siguiente a propósito de Domiciano:

Sed qui limina bellicosa Iani
Iustis legibus et foro coronat.

Coronat, inquit: ergo cinxit. Tamen quia Minerva etiam ibi, familiare Principi numen, forum ipsum *Palladium* item dixere. ut Martialis:

Limina post Pacis, Palladiumque forum.

15. Sed nos]] pergamus ad]] Quintum Forum, VLPIVM sive *Traiani*. Quis fecit? ipse Traianus: nec dabo hoc Cassiodoro, Domitianum vel coepisse. Nam is quidem in Domitiani IX consulatu, facit eum *excitasse opera, Forum Traiani et Thermas Traiani*, voluit *Nervae* dicere: et iam a nobis demonstratum. Quale autem hoc fuit? Ammianus paucis verbis dixerit, clamitans SINGVLAREM *sub omni caelo* STRVCTVRAM. Quid amplius? *etiam* NVMINVM ASSENSIONE MIRABILEM. Deus bone! an et caelites terrestria haec mirentur? etiam timeant fortasse. nam addit, GYGANTAEOS *contextus fuisse, nec relatu effabiles, nec rursus mortalibus appetendos* {id est, *imitandos, aut tentandos*}. Satis ostendit victa hoc opere, omnia illa quae invicta antea habebamus. Quid autem Cassiodorus? consentit. *et Traiani forum*, inquit, *vel* SVB ASSIDVITATE *videre, miraculum est*. Nihil potest efficacius dici aut concipi ad elegantiam, et raritatem: quae rara scilicet et elegans esset, etiam in assiduo aspectu. Haec communiter adferre possum: quid per partes? *Apollodorum* architectum fuisse, summum in arte virum, et quem Hadrianus postea, livore quodam ductus, occidit. Porticus et columnas fuisse, satis scitum est: et puto in altum plures. unde enim alioqui *gygantaeos contextus* Ammianus diceret? Et sane altitudo *Columnae*, quae in medio sita fuit, hodieque apparet, est pedum CXXVIII: cum inscriptione, TANTAE ALTITVDINIS MONTEM ET LOCVM TANTIS OPERIBVS ESSE EGESTVM. Credo aut tam altas igitur, aut non longe infra, Porticus ipsas fuisse. In quarum fastigiis simulacra equorum, et signorum militarium. de quibus Agellius {Lib[ro] XIII cap[ite] XIII}: *In fastigiis fori Traiani* SIMVLACRA *sunt sita,* CIRCVM VNDIQVE, INAVRATA *equorum, ac signorum militarium: subscriptumque est, Ex manubiis*. Nota haec omnia *inaurata* fuisse: et probabiliter etiam Statuas quae subter Porticus collocatae. Quas M[arcus] Antoninus numero auxit: *qui nobilibus viris* (in Capitolino) *bello Germanico defunctis, statuas in Foro Vlpio collocavit*. Ibidem et *Templum*, et *Equum aeneum* fuisse, Victor ostendit; et circum *Bibliothecam*, alii. Sed de *Equo* etiam Ammianus. cum scribit *attonitum Constantium haesisse, omni spe huiusmodi quidquam conandi depulsa: Traiani tamen* EQVVM *solum, in atrii medio locatum, qui ipsum Principem vehebat, imitari se velle dictabat. Cui prope astans regalis Hormisdas, respondit gestu gentili,* ANTE*, inquit,* IMPERATOR STABVLVM TALE CONDI IVBETO, SI VALES. Libere hoc Hormisdas, et vere. quid autem posteri manibus tale aliquid conderent? vereor ut nos, et nostri architecti, vix mente.

---

9 VLPIVM 1599, 1605] *Vlpium* 1598 **13** SINGVLAREM 1599, 1605] *singularem* STRVCTVRAM 1599, 1605] *structuram* **14** NVMINVM ASSENSIONE MIRABILEM 1599, 1605] *numinum assensione mirabilem* **16-17** *, aut tentandos* 1599, 1605] . 1598 **27** quarum 1599, 1605] earum 1598 **32** numero 1599, 1605] deest 1598

1-2 Stat. *Silv*. 4.3 vv. 9-10 **7** Mart. *Epigram* 1.2 v.8 **12** *Vid. supra Adm*. III.7.11 **13-16** Amm. 16.10.15 **18-19** Cassiod. *Var*. 7.6.1 **21-22** DC 69.4.1 **25-26** Smet. fol. 11, nº 5 (=CIL 6. 960) **28-30** Gell. *Noct. att*. 13.24.1 **32-33** HA *M. Aur*. 22.7 **33** P. Vict. *Regio VIII* (ed. Valentini-Zucchetti p. 225) **34** Gell. *Noct. att*. 11.17.1 **34** DC 68.16.3 **35-38** Amm. 16.10.15-16

Mas él es quien las puertas belicosas de Jano,
corona con un foro y con justas leyes.

Dice *corona*, luego está alrededor. En definitiva, como allí también se veneraba a Minerva, deidad familiar del príncipe, le dieron también el nombre propio de *Paladio*, según Marcial:

Después de los umbrales del de la Paz, y el foro Paladio.

15. Prosigamos nuestro camino nosotros, no obstante, hacia el quinto Foro, el ULPIO o *de Trajano*. ¿Quién lo hizo? El propio Trajano, y no voy a concederle a Casiodoro que fuera Domiciano nisiquiera el que lo comenzara. Pues, en efecto, afirma que durante el IX consulado de Domiciano *aquel puso en marcha las obras del Foro de Trajano, y de las Termas de Trajano*, pero se refiere al de *Nerva*, y lo acabamos de demostrar. ¿Cómo fue? Amiano lo describe con pocas palabras proclamando que *no había* ESTRUCTURA IGUAL *debajo del cielo*. ¿Qué más quieres? También lo llama MARAVILLA RECONOCIDA POR LOS DIOSES. ¡Por Dios!, ¿hasta los seres celestiales se asombran por semejantes obras terrestres? Es posible que hasta las teman, pues añade que *los trabazones eran* GIGANTESCOS*, en absoluto fáciles de describir, ni tampoco apetecibles a los mortales* {esto es, *que no había que intentar imitarlos*}. Con esta obra se muestra de sobra vencido, todo aquello que antes teníamos por invencible. ¿Qué tiene que decir Casiodoro? Lo mismo, pues dice que *el foro de Trajano incluso si se ve* CON ASIDUIDAD*, sigue siendo una maravilla.* No se puede decir ni concebirse nada más eficaz para demostrar la elegancia y rareza de la obra, que el hecho de que siguiera siendo raro y elegante a pesar de verlo asiduamente. Esto es lo que puedo referir en general, ¿qué decir de sus pormenores? *Apolodoro* fue el arquitecto, hombre excelente en ese arte al que después Adriano, llevado por cierta envidia, asesinó. Que tuvo pórticos y columnas, es bien sabido. Creo también que tenía varias alturas, ¿de dónde, si no, sacaría Amiano lo de *gigantescos trabazones*? La altura de la *columna* que fue colocada en el centro y que aún hoy en día se conserva, es de 128 pies, con la inscripción EL MONTE Y EL LUGAR SE ALLANÓ DESDE ESTA GRAN ALTURA Y CON GRANDES TRABAJOS. Creo que los propios pórticos, por lo tanto, eran igual de altos o sólo un poco inferiores. En sus tejados había estatuas de caballos y símbolos militares, sobre los cuales Agelio {en el libro XIII, capítulo XIII} dice: *En las cornisas del foro de Trajano hay puestas* POR TODO ALREDEDOR IMÁGENES de *caballos* DORADAS*, y enseñas militares. Escrito debajo pone: de los despojos*. Date cuenta de que todas ellas eran *doradas*, y que es probable que también hubiera estatuas colocadas bajo los pórticos. Su número lo aumentó Marco Antonino (en Capitolino) *quien, con motivo de la muerte de nobles en la guerra germánica, colocó estatuas en el foro Ulpio*. Allí mismo hubo también un *templo* y *un caballo de cobre*, como testimonia Víctor; y en las proximidades una *Biblioteca*, según otros autores. Sobre el *caballo*, no obstante, hay que atender a Amiano cuando escribe que *Constancio se quedó dudando atónito, habiendo perdido toda esperanza de conseguir algo semejante. No obstante, dictaminó que sólo quería imitar el* CABALLO *de Trajano que estaba colocado en el centro del atrio y que cargaba con el propio príncipe. A lo cual le respondió inmediatamente el asistente real Hormisdas con gesto gentil que* ANTES, EMPERADOR, DEBES MANDAR QUE SE HAGA UN ESTABLO PARECIDO, SI ES QUE PUEDES. Franco era este Hormisdas, y sincero, ¿cómo, en verdad, los que siguieron podrían hacer algo así con las manos? Me temo que nosotros y nuestros arquitectos apenas podemos con la mente.

Lib. III. cap. 8: De Balneis Thermisque et breviter de Rostris.

1. Aud.- Profecto, Lipsi, oculos mihi aperis ad haec suspicienda: quae ego non in magno antea habebam.

2. Lips.- Fortasse nec ea quae de *Lavacris*, id est Balneis aut Thermis Ammianus adiunxit.

3. Aud.- Haud nego. magna fuisse, hoc ruinae me docent; ornata valde aut magnifica, nondum agnosco.

4. Lips.- Licet per me breviter. Et de magnitudine quidem, nonne ea ipsa miranda in tot partium aedificio et membrorum? Ammianus ad eam, puto, respicit, cum scribit *Lavacra in modum provinciarum exstructa*: et quasi quae, non urbes, sed regiones totas aemularentur. Satis audax elatumque dictum, fateor: sed caussam habuit. et Cassiodorus item signate laudat et suggerit MIRABILEM MAGNITVDINEM THERMARVM. Et vidisti illas parietinas hodie *Antonini* Thermarum, aut magis Diocletiani? mira laxitas [[; et haec Olympiodori dicent. Ἦσαν δὲ, inquit, λουτρὰ δημόσια παμμεγέθη. αἱ δὲ Αντωνινιαναὶ οὕτω καλούμεναι, εἰς χρείαν τῶν λουομένων καθέδρας εἶχον παρακειμένας χιλίας ἑξακοσίας, ἐκ μαρμάρου κατεσκευασμένας ξεστοῦ, αἱ δὲ Διοκλητιαναὶ, ἐγγὺς διπλασίους: *Erant lavacra publica* INGENTIA. *sicut Antoninianae Thermae dictae, in usum lavantium* SELLAS *habebant mille sexcentas, e polito marmore factas. Diocletiani autem circiter* BIS TANTVM. Audin´tu? Diocletiani habuerint *Sellas* (alii *Solia* maluerunt reddere {*vide Notas*}) *ter mille ducentas*: quid nisi igitur tot personae inibi simul lavari potuere? Vbi iam reliquum Thermarum corpus? Cellae, Solia, Piscinae? Vbi capaces et longae illae Porticus, Xysti, Nemora, Sphaeristeria, et reliquae partes? Certe Ammianum iam capio et admitto, in tot aedificiis et varietatibus, cum Provinciis comparantem. Ipsum etiam Flavium Blondum; qui fortiter asservit, *nec* QVATTVOR MAXIMA ITALIAE PALATIA, *simul iuncta, posse illas unas Diocletiani adaequare*. Ecce igitur magnitudinem: et distincte in partibus

---

15 aemularentur 1599, 1605] aequent 1598 **18-*1*** [[; et...dicet]] 1599, 1605] : et addere debeas *Porticus*, *Nemora*, *Xystos*, et imaginem quasi regionum. In Olympiodori Excerptis lego: *Lavacra publica* INGENTI MAGNITVDINE *erant, e quibus Antoninianae dictae, in usum lavantium habebant sellas mille sexcentas, easque e* MARMORE POLITO *factas*. Verti ego *Sellas*, quod in Graeco est, καθέδρας: apte, ut opinor, et sunt sane a *Soliis* distinctae. Sidonius de suo balneo {Lib. II. Epist. II}: *Hinc Frigidaria dilatantur, ita ut ministeriorum sese non impediente famulatu, tot possint recipere sellas, quot solii sigma personas*. Ergo singulis personis suae Sellae: et sic in illis Antoninianis lavari simul in Frigidario potuerint *mille sexcenti*. Quid non amplius in Diocletiani, quae ampliores? Magnitudinem agnoscis: ceteras partes, et illa Sidonii tibi dicent 1598

---

6 Amm.16.10.14 **14** *ibid.* **16** Cassiod. *Var*. 11.39 **18-21** Phot. 80 (=Olymp.), p. 185, l. 22-27

---

24 {*vide Notas*}= nota 16

Lib. III cap. 8: Sobre los baños y las termas, además, brevemente sobre los 'Rostra'.

1. Discípulo- En realidad, Lipsio, me has abierto los ojos hasta el punto de hacerme envidiar cosas que antes apenas apreciaba.

2. Lipsio- Quizá tampoco aprecias lo que Amiano agregó a propósito de los *lavabos*, esto es de baños y termas.

3. Discípulo- No te lo niego. Las ruinas me muestran que fueron grandes, pero todavía no las conozco con toda su decoración y magnificiencia.

4. Lipsio- Pues, en breve, por mi mediación vas a apreciarlas. En efecto, sobre el tamaño, ¿no hay que admirarse ante un edificio con tantas secciones y cuerpos? Creo que Amiano se refiere precisamente al tamaño cuando escribe *lavabos construidos a la medida de las provincias*, pues casi emulan no a ciudades, sino a regiones enteras. Confieso que son palabras osadas y exageradas, pero sus razones tuvo, pues también Casiodoro alaba explícitamente el tamaño y exalta el MARAVILLOSO TAMAÑO DE LAS TERMAS. ¿Has visto aquellas paredes actualmente en ruinas de las termas de *Antonino* o, más aún, las de Diocleciano? Asombra su amplitud, Olimpiodoro se refiere a ella. Ἦσαν δὲ, dice, λουτρὰ δημόσια παμμεγέθη. αἱ δὲ Αντωνινιαναὶ οὕτω καλούμεναι, εἰς χρείαν τῶν λουομένων καθέδρας εἶχον παρακειμένας χιλίας ἑξακοσίας, ἐκ μαρμάρου κατεσκευασμένας ξεστοῦ, αἱ δὲ Διοκλητιαναὶ, ἐγγὺς διπλασίους: *Había* ENORMES LAVABOS *públicos, por ejemplo las llamadas termas Antoninianas tenían para el uso de bañistas mil seiscientos* ASIENTOS *hechos de mármol pulido. Las de Diocleciano, aproximadamente* EL DOBLE. ¿Lo has oído bien? Las de Diocleciano tuvieron *tres mil doscientos asientos* (otros han preferido traducirlo por *bañeras* {*véanse las notas* (16)}); ¿para qué las habían de tener, pues, si no para que se pudieran bañar allí a la vez todas esas personas? ¿Dónde pones el resto del complejo de las termas?¿Las cabinas, baños y piscinas? ¿Dónde aquellos amplios y espaciosos pórticos, los paseos, las alamedas, los salones abovedados, y espacios restantes? Ciertamente, comienzo a comprender y a aceptar lo que dice Amiano sobre tales edificios e instalaciones, cuando los compara con provincias. Y también al propio Flavio Blondo quien contundentemente declara que *ni* CUATRO GRANDES PALACIOS DE ITALIA*, reunidos en uno, pueden igualar sólo a las de Diocleciano*. He ahí, pues, lo relativo al tamaño. Algo te cuenta propiamente sobre sus características una carta de Sidonio {en el libro II, epístola II}

quaedam, Sidonii epistola {Lib[ro] II ep[istola] II} tibi dicet]] (lege, si lubido est) et Hieronymi Mercurialis, eruditi amici nostri, scripta, *Gymnasticae artis*. De splendore porro et paratura earum, audi haec Senecae {Epist[ola] LXXXVII}: *Pauper sibi videtur ac sordibus, nisi parietes magnis ac pretiosis* ORBIBVS *refulserint: nisi* ALEXANDRINA *marmora* NVMIDICIS *crustis distincta sint: nisi illis undique, et in* PICTVRAE *modum variata* CIRCVMLITIO *praetexatur: nisi* VITRO *condatur camera: nisi* PARIVS *et* THASIVS *lapis, quondam rarum in aliquo templo spectaculum, Piscinas nostras circumdederit: nisi aquam* ARGENTEA *epitonia fuderint. Et adhuc plebeias fistulas loquor:quid cum ad balnea libertinorum pervenero? quantum* STATVARVM*, quantum* COLVMNARVM *est, nihil sustinentium, sed in ornamentum positarum, et impensae caussa? quantum* AQVARVM *per gradus cum fragore labentium? Eo deliciarum venimus, ut nisi* GEMMAS *calcare nolimus*. Ea vero Senecae increpatio aut delineatio, quam clare sub oculos dat et ponit, non Balneas aliquas, sed Principum dixeris Aulas? Et quaedam ex istis Statius, in Balneo Etrusci:

> *Nil ibi plebeium, nusquam Temesaea notabis*
> *Aera, sed* ARGENTO *felix propellitur unda,*
> ARGENTOQVE *cadit, Labrisque nitentibus instat*
> *Delitias mirata suas*.

Significat fistulas et canales argenteos fuisse, ipsa etiam Labra. Idem de *Vitro*:

> *Effulgent camerae, vario fastigia vitro*
> *In species animosque nitent.*

5. Quid autem Plinius {Lib[ro] XXXIII cap[ite] XII}? narrat et culpat cum Seneca: *Iam vero paedagogia ad transitum virilitatis custodiantur argento {Fibulas intellegit}; feminae laventur, et nisi* ARGENTEA *solia fastidiant, eademque materia et probris serviat, et cibis. Videret haec Fabricius, et* STRATAS ARGENTO *mulierum balneas, ita ut vestigio locus non sit cum viris lavantium*. [[Sed de argento parum est: nonne et de gemmis substratis Seneca dixit?]] Quod si igitur Privata haec ita culta: credo equidem et Principes in suis, quae publicabant, parcos aut sordidos non fuisse. Eiusmodi *Publica et Gratuita* balnea, *duodecim* P[ublio] Victor agnoscit Romae fuisse: omitto alia *Publica*, quae *Meritoria* licet agnominare. Nam parvo aere, et *Quadrante*, ad ea lautum ibant. Quid, quod Plinius scribit {Lib[ro] XXXVI} *M*[*arcum*] *Agrippam in Aedilitate sua, gratuita praebuisse balnea centum septuaginta*? atque addit Plinius: *quae nunc Romae ad* INFINITVM *auxere numerum*.

6. Aud.- Hem! tot igitur et *Privata* et *Publica* balnea? et quo fine?

7. Lips.- Quaeris? ad equitandum scilicet. et quis nescit, quod ad lavandum?

---

3 {Epist. LXXXVII} 1598] deest 1599, 1605 **30-31** [[Sed...dixit?]] 1599, 1605] Significat et totum *Solii sigma*, ut Sidonius appellat, ex argento fuisse, et ipsa pavimenta; ita ut nec insistere in iis et vestigium figere firmiter esset. 1598 **31** igitur 1599, 1605] deest 1598 Privata haec 1599, 1605] Privata Balnea haec 1598

---

1 Sid. *Ep*. 2.2.4-5 **3-12** Sen. *Ep*. 86.5-7 **16-19** Stat. *Silv*. 1.5 vv.47-50 **23-24** Stat. *Silv*. 1.5 vv.42-43 **27-30** Plin. 33.152-153 **33** P. Vict. (ed. Valentini-Zucchetti p.254-5) **35-37** Plin. 36.121

(léela si lo deseas) y los escritos de Jerónimo Mercurial, erudito amigo nuestro, como el «*Gymnasticae artis*». Por otra parte, sobre su esplendor y equipamientos oye estas palabras de Séneca: *Habrá quien se tenga por pobre y mezquino, si las paredes no refuljen con grandes y preciosos* ESPEJOS*; si mármoles* ALEJANDRINOS *no se distinguen con incrustaciones* NUMÍDICAS*; si por doquier sobre ellas no se guarnecen* MOSAICOS *de múltiples matices a la manera de* PINTURAS*; si no se hacen construir bóvedas* DE AZULEJO*; si no se cercan nuestras piscinas con mármol* PARIO Y TASIO*, espectáculo que en otro tiempo se tenía por excepcional en algún templo; si el agua no se vierte por griferías* ARGENTEAS. *Y hasta ahora hablo de la fontanería de los plebeyos, ¿qué tendré que decir cuando le toque a los baños de los libertinos?, ¿cuántas* ESTATUAS*, cuántas* COLUMNAS *tienen, y no sustentantes sino decorativas y que sirven para aparentar gasto?, ¿cuántas cascadas ruidosas? Hemos llegado a tal extremo en el lujo, que sólo queremos pisar por pavimentos de* PIEDRAS PRECIOSAS. En verdad, semejante descripción y reprimenda de Séneca, ¿no nos pone claramente ante la vista unos baños, sino salones principescos? Y algo similar se encuentra en Estacio, al describir el baño de Etrusco:

> *Nada hay allí de plebeyo, jamás percibes de Temesa*
> *bronces, sino que una ola dichosa procedente de* PLATA
> *en* PLATA *cae, y se derrama, maravillosa, en cubas resplandecientes,*
> *en busca de sus propios lujos*.

Significa con ello que tenía cañerías y desagües de plata, y que también lo eran las mismas cubas. Habla también de *porcelana*:

> *Refulgen las cámaras, con cubiertas abigarradas de porcelana*
> *y resplandecen ante la vista y el ánimo*.

5. ¿Qué dice Plinio por su parte {en el libro XXXIII, capítulo XII}? Cuenta y censura como lo hace Séneca: *Pero hoy, la verdad, la plata sirve para vigilar a los niños en su tránsito a la adolescencia* {*se refiere a las Fíbulas*}*, las mujeres no se lavan si no es en tinas de* PLATA*, y el mismo material les sirve para lavarse las vergüenzas y para comer. Tendría que verlo Fabricio, que viera los baños femeninos* CUBIERTOS DE PLATA*, y eso sin contar que se sabe que se bañan en el mismo sitio hombres y mujeres juntos*. Pero lo relativo a la plata es de poca importancia, ¿no dice Séneca que también se pavimentaban con piedras preciosas? De modo que si los privados recibían tales cuidados, desde luego que estoy por creer que los príncipes, en los que abrían al público, no se mostraban pobres ni mezquinos. De modo que Publio Víctor tuvo noticia de que en Roma hubo *doce* baños *públicos y gratuitos*, quedan aparte otros también *públicos*, pero que hay que definir como *de pago*. Pues, por un módico precio, incluso el de un *cuadrante*, se podía entrar a bañarse. ¿Y qué te parece lo que Plinio escribe a propósito de que {en el libro XXXVI} *Marco Agripa durante su edilidad ofreció ciento setenta baños gratuitos*? Y añade Plinio *que ahora se han aumentado en Roma hasta el* INFINITO.

6. Discípulo.- ¡Alto ahí!, ¿tantos baños públicos y privados había?, ¿con qué fin?

7. Lipsio- ¿Vaya pregunta? Para practicar la equitación, si te parece, pero ¿quién ignora que sirven para tomar baños?

8. Aud.- Ne sic increpa. ego hoc rogatum volebam, cur tam multa, et an tam assidua lavatio?

9. Lips.- Assidua. et cottidie, de more, lavabant ituri iam ad caenam. Artemidorus scripsit; *Balneum nihil aliud suo aevo fuisse, quam* TRANSITVM *ad caenam*. Itaque qui saepius etiam cibum capiebant, saepius lavabant. Commodus Imp[erator] notatur *septies aut octies in die lavisse*. Etiam inter Christianos, Sisinnius quidam Episcopus *bis in die*: non sine suspicione intemperantiae et voluptatum. Sed ille dicterio culpantes illusit, rogatusque *Cur Episcopus cum esset, bis lavaret? Quia ter*, inquit, *non possum*. Significabat bis se comedere, bis igitur lavare; tertio non ferre valetudinem.

10. Aud.- Nova haec nobis.

11. Lips.- Nova, qui desiimus hunc morem: nescio an recte, quod totum. Credam valetudini et vitae profuturum, si in parte servassemus, et cum modo: quem ingestum vetus Epigramma voluit, alibi in lapide sculptum.

B.V.V. {Balnea, Vina, Venus} corrumpunt corpora nostra,
Conservant eadem B.V.V.

Tria intellegit, quae modice habenda; aut cum damno habenda, vel non habenda. Sed Ammiano duce satis vidimus: abeamus.

12. Aud.- Maneamus. quid tu nescis, aut dissimulas, de *Theatro, Amphiteatro, Odeo, Stadio, Suggestu consulari*?

13. Lips.- Scio, et memini: sed haec per te satis te opinor scire. De *Amphitheatro* quidem seorsim libellum ego olim scripsi: idem in *Theatro* et *Circo* sit, si coner. Libri, inquam, res: quaeso nunc omitte. Nec in *Odeo* aut *Stadio* multa dicenda: atque illud Plutarchus in Pericle tibi describet, ad *Musica certamina spectanda structum fuisse, interiore forma sedilibus instructa, et multis columnis: tecto declivi, et ad imaginem atque instar tabernaculi regis Persarum.*

14. Aud.- Non ausim ultra te ducere.

15. Lips.- Nec debes, fatigor.

16. Aud.- Tamen de *Suggestu* tria verba.

17. Lips.- *Rostra* intellegi arbitror; sed ea quae *Iulia* dicebant, sive *Nova*. Nam *Vetera* illa non in tanto nunc honore, vel usu. Sed cur *Suggestum* ea dicit? a forma, quam

---

8 illusit 1599, 1605] elusit 1598

---

5 Artem. 1.64 **7** HA *Com*. 11.5 **18-19** Smet. fol. 173, nº 18 (=CIL 6.15258)
30-32 Plu. *Per*. 13.11+13.9 **40** DC 56.34.4

8. Discípulo- No me riñas así, sólo te lo quería preguntar por si no te parece a ti excesivo lo de bañarse tan asiduamente.

9. Lipsio- Asiduamente y a diario, pues por costumbre los usuarios se bañaban justo antes de la comida. Artemidoro escribe que *el baño, en su día, no fue otra cosa que la* ANTESALA *de la comida.* Así pues, quien más veces comía, más veces se bañaba. Se apunta que el emperador Cómodo *se llegó a bañar siete y ocho veces al día*. También entre los cristianos cierto obispo Sisinio lo hacía *dos veces al día*, no sin suscitar sospechas de falta de moderación y gusto por los placeres. Pero él se burlaba de los que le acusaban con una agudeza ingeniosa, ya que ante la pregunta de *¿por qué siendo obispo se lavaba dos veces?*, él respondía *porque no puedo hacerlo tres*. Y con ello quería decir que él comía dos veces y que por lo tanto se lavaba dos veces, pero que no tenía salud para hacerlo una tercera.

10. Discípulo- Es esto nuevo para mí.

11. Lipsio- En efecto, lo es para nosotros que hemos abandonado este hábito, no sé si es bueno el haberlo dejado por completo. Yo creo que sería útil para la salud y la calidad de vida, si la conservaramos moderadamente, pues según establece un viejo epigrama esculpido en una piedra:

> *B. V. V.* {*Baños, Vino y Venus*} *corrompen nuestros cuerpos;*
> *pero B. V. V. también los conservan*.

De tres cosas habla que deben tomarse con moderación, pues si no puede producir daño tanto el tomarlas como el no tomarlas. Pero siguiendo a Amiano ya hemos visto bastante, dejemoslo ir.

12. Discípulo- Yo digo que sigamos con él un poco más, ¿olvidas, o finjes hacerlo, lo relativo al *teatro*, al *anfiteatro*, al *odeón*, al *estadio*, a la *tribuna consular*?

13. Lipsio- Los recuerdo y conozco bien, pero opino que tú mismo puedes conocerlos suficientemente por tu cuenta. En efecto, hace tiempo escribí una obrita propiamente sobre el *anfiteatro*. Lo mismo ha de ocurrir con el *teatro* y el *circo* si me pongo a ello. A los libros te remito y te ruego por ello que por ahora olvides el asunto. No hay mucho que decir acerca del *odeón* o del *estadio*. El primero te lo describe Plutarco en el «Pericles», *se construyó para asistir a concursos musicales, se instalaron en el interior asientos y muchas columnas, el techo estaba en pendiente, a imagen y semejanza de la tienda del rey de los persas*.

14. Discípulo- No me atrevo a pedirte que me lleves más allá.

15. Lipsio- Ni debes hacerlo, estoy ya cansado...

16. Discípulo- No obstante, te pido dos palabras sobre la *tribuna*.

17. Lipsio- Opino que por ello hay que entender los '*Rostra*', pero aquellos que recibían el nombre de *julios* o *nuevos*. Pues los otros *antiguos* no gozaban entonces de tanto prestigio ni uso. Mas, ¿de dónde viene el nombre de *tribuna*? De la forma pues parece

ostendit per gradus surrexisse cum dicit *vertice scansili* fuisse. Dicit et *imitamenta priorum Principum portasse*: id est vultus et statuas eorum. quas equidem arbitror in gradibus, ad extrema latera, dispositas in ordine fuisse. Eorum basim, sive ima, *ornata rostris navium, ex Actiaca victoria*, Dio Cassius {Lib[ro] VL} me docuit: et inde igitur *Rostrorum* nomen.

18. Aud.- Sed *Consulum suggestum* cur appellat Ammianus?

19. Lips.- Quia initio magistratus eo conscendere solent, et populum salutare: eodem iterum, cum deponerent magistratum. Mos ab antiquo mansit: qui et adire, et orare illic ac gratias agere populo solent, pro honore. Sed inferiori et Principum aevo, nihil factum, nisi ut conscenderent, salutarent; itemque iurarent, aut eiurarent. Plinius de Traiano: *Iam toties procedere in Rostra, hic suscipere, hic ponere magistratus, quam dignum te fuit*? Praeivit etiam: *In Rostris, simili religione, legibus te subiecisti: iurasti in legem, attendentibus Diis*. Denique Claudianus de Stilicone Consule, inter sollennia ponit:

Circumfusa tuae conscendant Rostra curules.

Ergo et sedisse illic in Sella curuli videntur, et sic se ostendisse, quasi auspicii caussa.

---

15 sollennia 1605] sollemnia 1598, 1599

3-4 DC 51.19.2 **12-13** Plin. J. *Pan*. 65.3 **14** Plin. J. *Pan*. 65.1 **14-15** Plin. J. *Pan*. 65.2 **17** Claud. *Cons. Stil*. 3 v. 201 [ed. Hall: *secures* pro *curules*]

que subía con una escalera cuando dice que *tenía la parte superior accesible*. Dice también que *tenía imágenes de los primeros príncipes*, esto es, retratos y estatuas suyas, que, en efecto, juzgo que estuvieron repartidas en la escalera, y ordenadas a ambos lados. Dion Casio {en el libro VL} me muestra que el pedestal o base que tenían *estaba decorado con los mascarones de proa de los barcos de la victoria de Accio*, de donde viene el nombre de 'Rostra'.

18. Discípulo- Entonces, ¿por qué Amiano lo llama *tribuna de los cónsules*?

19. Lipsio- Porque al inicio de la magistratura solían subir allí para saludar al pueblo, y de nuevo lo volvían a hacer cuando dejaban la magistratura. La costumbre se mantuvo desde antiguo, de modo que solían presentarse allí, realizar sus discursos y dar las gracias al pueblo por el cargo. Pero en la baja época de los príncipes, tan sólo subían y saludaban, también tomaban posesión solemne o deponían el cargo. Plinio dice sobre Trajano: *¿Cuánta dignidad te ha proporcionado el presentarte tantas veces ante los* '*Rostra*'*, y aceptar y entregar tras su vigencia las magistraturas en ese lugar?* Y poco antes: *En los* '*Rostra*'*, te sometiste a las leyes como si de una religión se tratase*; *prestaste juramento de respetar la ley ante la presencia de los Dioses*. Finalmente Claudiano, cuando trata el consulado de Estilicón, pone entre sus hechos solemnes:

> *Tus miradas errantes observan los 'Rostra' curules.*

Por lo tanto, también parece que se sentaban allí en la silla curul y, sobre ella, y así se presentaban como para interpretar los auspicios.

Lib. III cap. 9: De Statuis, et earum custodela.

1. Aud.- Ah, quam iuvant me hi aspectus! quam doleo ab Ammiano ductore, aut te doctore, deseri!

2. Lips.- Vide benignitatem, da manum, porro vel solus ego ducam.

3. Aud.- O hominem et verba mellea! non voluptatem meam te dicam, sed salutem. perge sic iuvare.

4. Lips.- Vnum etiam in his omnibus operibus locisque monendum, de *Statuis*: quarum incredibilis *multitudo, pretium, speciesque*. Nullum publicum opus, quodcumque nomines; nullus adeo locus publicus aut vacuus, ubi non haec ornamenta. [[Et credo equidem nihil magis in tota urbe ADMIRANDVM elegantioribus ingeniis fuisse.]] Earum originem et augmentum breviter in Cassiodoro habes {Lib[ro] VII}: *Statuas primum Thusci in Italia invenisse referuntur, quas amplexa posteritas, paene* PAREM POPVLVM *urbi dedit, quam Natura procreavit*. Ludit in verbo eleganter: nec minore copia factos ab arte illos homines in urbe fuisse vult, quam istos a natura. Ludit in verbo, in re serio dicit. et P[ublius] Victor in fine Descriptionis suae claudit, TABVLAE ET SIGNA SINE NVMERO. Plane sine numero. atque ego tibi de *Tabulis* etiam oblitus eram dicere, sed hic monitor suggessit: quas scito magnorum illorum artificum fuisse, et ob quarum unam alteramque, vel Romam philocali et elegantes illi venirent.

5. Iam de *Pretio* statuarum, quod tetigi, quis non vel e materie cernat? Omitto marmoreas illas et aereas infinitas: dico *Argenteas, Aureas, Eburneas* fuisse. [[Et argenteae quidem sub Augusto maxime increbuerunt, Plinio et Suetonio notatum: sed ille moderatus est, et suas conflavit: non ita alii Principes, et nominatim Domitianus. qui superbo arbitrio (Suetonius scripsit)]] *statuas sibi in Capitolio, non nisi aureas argenteasque poni permisit, ac ponderis certi* {cap[ite] 13}. Nota materiem, nota pondus: et ex solido utroque igitur metallo fuisse. Fortasse autem pondus in his Statianis versibus expressum:

> *Da* CAPITOLINIS *aeternum sedibus aurum,*
> *Quo niteant sacri* CENTENO *pondere vultus*.

Statuam Domitiani consecrati ponique vult *in Capitolio*, et eam non minus *centum pondo*. [[In Capitolio, inquam. nam et hunc locum sacerimum profanus Princeps statuis suis sedem eligebat. Plinius in Laudatione Traiani: *Itaque tuam statuam in vestibulo*

---

12 [[*multitudo,...speciesque*]] 1599, 1605] multitudo, pretium, speciesque 1598 **13-14** [[Et...fuisse.]] 1599, 1605] deest 1598 **21** [[Plane...atque]] 1599, 1605] Nam 1598 **24-27** [[Et...scripsit)]] 1599, 1605] Atque adeo Domitianus, ecce, 1598 **28** {cap. 13} 1599, 1605] {Sueton. cap. 13} **35** non minus 1599, 1605] deest 1598 **36-*4*** [[In...etiam]] 1599, 1605] At enim aliae 1598

15-17 Cassiod. *Var*.7.15 **19-20** P. Vict. (ed. Valentini-Zucchetti p. 257) **25** Plin. 33.151; Suet. *Aug*. 52.1 **27-28** Suet. *Dom*. 13.2 **32-33** Stat. *Silv*. 5.1 vv. 189-190 [ed. Baehrens; ed. Taglia-Aricò: *quo niteat*] **37-*4*** Plin. J. *Pan*. 52.3

Lib. III cap. 9: Sobre las estatuas y su vigilancia.

1. Discípulo- ¡Ay!, ¡cuánto me gusta contemplar todo aquello!, ¡cuánto dolor me produce dejar la guía de Amiano con la que tú me has llevado!

2. Lipsio- Aprende lo que significa la generosidad: dame la mano, que te voy a guiar te ahora yo sólo.

3. Discípulo- ¡Hombre de palabras dulces como la miel! Te diré que lo acepto no para mi deleite, sino por mi propia salud. Prosigue y compláceme como hasta ahora.

4. Lipsio- Una cosa más debe ser objeto de atención entre todas estas obras y lugares, lo relativo a las *estatuas*, su increíble *abundancia, coste y tipología*. No hubo obra pública alguna, cualquiera que me cites me vale de ejemplo, te digo más, lugar público o abierto alguno hubo que no tuviera tales ornamentos. Y ciertamente creo que no hubo nada en toda la ciudad más DIGNO DE ADMIRACIÓN para los ingenios más exquisitos. Lo relativo a su origen y proliferación lo tienes resumido en Casiodoro {En el libroVII}: *Suele decirse que los tuscos fueron los primeros en Italia en inventar las estatuas. Con el tiempo, en la ciudad se dio* UNA POBLACIÓN *de ellas casi* IGUAL *a la que la naturaleza iba generando*. Elegante juego de palabras, según el cual no hubo en la ciudad menor cantidad de aquellos hombres hechos con artificio que de los que la naturaleza crea. Juego de palabras que no deja de decir verdades, pues Publio Víctor al final de su «Descripción» concluye con un SINNÚMERO DE CUADROS Y ESTATUAS. Directamente habla de un sinnúmero. Yo, por mi parte, había olvidado mencionarte también los *cuadros*, pero este guía me lo advierte. Sé que fueron de gran artificio y que por uno o dos de ellos llegaban incluso a Roma hombres exquisitos y amantes de la belleza.

5. Trato ahora el *coste* de las estatuas, ¿no se discernirá especialmente por el material del que estaban hechas? Prescindo de la infinitud hecha de mármol y bronce, y afirmo que las hubo *de plata*, *oro* y *marfil*. En tiempos de Augusto se hicieron muy comunes las de plata, según se apunta en Plinio y Suetonio, pero él se moderó y fundió las suyas propias. No así otros príncipes y sobre todos Domiciano que con una decisión de soberbia (según la expresión de Suetonio{en el capítulo 13}) *permitió que se pusieran estatuas en su honor en el Capitolio, y que fueran únicamente de oro y plata, y según un peso determinado*. Date cuenta del material y del peso, y de que, por lo tanto, estuvieron hechas de oro y plata maciza. Quizá también se expresa el peso en estos versos de Estacio:

> *Ofrece oro eterno a las sedes* CAPITOLINAS*,*
> *donde relumbran las faces con* CIEN *libras sagradas*.

Dice que *en el Capitolio* se erigió y consagró una estatua de Domiciano y que pesaba no menos de *cien libras*. En el Capitolio, digo, pues, príncipe profano, elegía este sacrosanto lugar como sede para sus estatuas. Plinio, en la alabanza que hace de Trajano, dice: *Así pues, que en el vestíbulo del templo de Júpiter Óptimo Máximo vemos una estatua tuya o dos a lo sumo, pero poco antes todos los* ACCESOS*, todas las* ESCALERAS*, todo el* SOLAR *relucían aquí con* ORO*, allí con* PLATA*, o por mejor decir, se ensuciaban con ello pues es despreciable mezclar representaciones de dioses con estatuas de un príncipe incestuoso*. No dudes de que hubiera otras de ese peso o incluso más pesadas, pues el emperador Cómodo llegó a *tener una estatua dorada de*

Iovis Opt[*imi*] *Max*[*imi*] *unam alteramve, et hanc aeream; cernimus: at paullo ante* ADITVS *omnes, omnes* GRADVS, *totaque* AREA*, hinc* AVRO*, hinc* ARGENTO *relucebat, seu potius polluebatur, cum incesti Principis statuis permixta Deorum simulcra sorderent*. Quod autem ad illud pondus, aliae etiam]] graviores, ne dubita. atque adeo Commodus Imp[erator] *statuam mille librarum auream habuit, cum tauro et vacca, quasi urbis conditor*: quod in Dionis compendio est scriptum. Itaque nec pro magno aut vero satis habeam, quod est in Trebellii Claudio: *Populus Romanus, sumptu suo, in Capitolio ante Iovis Opt*[*imo*] *Max*[*imo*] *templum, statuam auream decem pondo collocavit*. Quid? Principi suo totus populus, et in tali loco, tantillam statuam ponat? Scribe, scribe, ∞ *pondo*: id est mille, et hic quoque nota, *millenariam* notam in *Denariam* mutasse. Eidem Principi (idem Trebellius notat) *in Rostris posita columna est, et palmata statua superfixa; librarum argenti mille quingentarum*. Disce et hinc pondus grande in utroque meliore metallo: quod crebrum omnino fuit, et crebrius etiam misceri, et aes vel argentum inaurari. Ammianus de vulgo Romanorum nobilium {Lib[ro] XVI}: *Ex his quidam aeternitati se commendari posse per Statuas aestimantes, eas ardenter adfectant, atque* AVRO *curant* IMBRACTEARI*. quod Acilio Glabrioni delatum est primo*. Inauratas intellegit, quod aliquoties in lapidum titulis expressum legi, SVB AVRO STATVAM PONI. In eodem Ammiano, vides studium in ea re Romanorum. quod et ante illum Dio aperuit, et simul repressum ostendit {Lib[ro] ult[imo]}. *Vrbs*, inquit, *statuis implebatur. quia licebat cuique passim in Tabula, Aere, Marmore, se publicare. quod Claudius Imp*[*erator*] *vetuit, et plerasque iam positas loco movit, et alio transtulit; edixitque ne quis in posterum* PRIVATVS *poneret, nisi Senatus permissu: excepto, siquod* OPVS PVBLICVM *faceret, reficeretve*. Coërcere igitur Princeps ille voluit, quia nimia iam copia: et urbem, vias, vicos, non ornabant, sed stipabant et arctabant. Atqui exceptio quam ponit, et permissio item a Senatu, fraena iterum laxant: et in urbe qui non potuit, is se in villis aut agris publicabat. Ad summam, mi Auditor, haec una res ad Opes item est Romanas ostendendas: et maxime si varias *species* Statuarum cogitas, *Colossaeas* quasdam, *Curules, Equestres, Pedestres*, et habitu variante et diverso. [[Quid quod equorum, leonum, sphyngum, et variorum animalium? ut Obeliscos, et haec talia omittam.]]

6. Aud.- At enim mihi hic cogitatio, et paene cupiditas.

7. Lips.- Quae?

8. Aud.- Improbula. nam cur non fas e statuis illis aureis argentisque Deorum vel Principum, aliquid transeuntem abradere, vel resecare?

9. Lips.- Nefas homo, nefas. Tu e statuis Principum? capite luisses violata illa sacra. [[Sed nec Privatorum licuit.

10. Aud.- Nam]] quis scivisset, aut dixisset? de nocte.

29-30 [[Quid...omittam.]] 1599, 1605] deest 1598 **40-42** [[Sed...Nam]] 1599, 1605] AVD. At 1598

5-6 DC 73.15.3 **7-9** HA *Claud*. 3.4 **11-12** HA *Claud*. 3.5 **15-17** Amm 14.6.8 **18** Smet. fol. 69, nº 6 **20-24** DC 60.25.2-3

mil libras, en la que aparecía con un toro y una vaca como fundador de la ciudad, según está escrito en el compendio de Dion. Por ello no tengo ni por importante ni por cierto lo que aparece en el «Claudio» de Trebelio: *El pueblo romano, a su costa, en el Capitolio y ante el templo de Júpiter Óptimo Máximo, le colocó una estatua de oro de diez libras*. ¿Cómo? ¿Todo el pueblo y en tal lugar erigió una estatua tan ligera a su príncipe? Corrige, corrígelo, te digo, y pon ∞ libras, esto es mil, y date cuenta que aquí también el apunte de mil ha sido cambiado por uno de diez. Para el mismo príncipe (también lo apunta Trebelio) *se puso una columna en los 'Rostra' y encima una estatua adornada con palmas, de 1.500 libras de plata*. Que sepas que también aquí el peso es elevado y que se refiere a los dos mejores metales, ya que, por lo demás, su uso era frecuente, y más frecuente lo era aún mezclarlos, o dorar el bronce o la plata. Amiano a propósito de los muchos nobles romanos que había dice {en el libro XVI}: *Son muchos los que piensan que pueden hacerse con la inmortalidad mediante estatuas, ardientemente se agarran a ellas y se preocupan en* FORRARLAS DE ORO*, novedad que suele imputarse a Acilio Glabrión como el primero en hacerla*. Da a entender que se doraban, como en alguna ocasión he leído expresamente en inscripciones sobre piedra LA ESTATUA FUE PUESTA CUBIERTA DE ORO. En el mismo texto de Amiano ves el ahínco que pusieron los romanos en ello. Ya antes Dion había puesto al descubierto esta tendencia, y explica también cómo fue reprimida {en el último libro}. *La Ciudad*, dice, *se llenaba de estatuas porque a todo el mundo le estaba permitido hacerse publicidad con un cuadro, con bronce o con mármol en cualquier lugar. Cosa que el emperador Claudio vetó, de modo que la mayoría de las que ya se habían erigido las cambió de sitio y las trasladó a otro lugar, y elaboró un edicto para que ningún hombre* PARTICULAR *las erigiera en adelante, excepción hecha de los que tuvieran un permiso del Senado, o a no ser que fuera por hacer una* OBRA PÚBLICA *o por restaurarla*. Así pues, aquel príncipe quiso prohibirlo porque la cantidad se había hecho excesiva y no decoraban la ciudad, las calles o los barrios sino que las saturaban y las hacían intransitables. A pesar de establecer una excepción y de que el permiso tuviera que concederlo el Senado, de nuevo se sueltan riendas y quien no puede hacerlo en la ciudad, se hace publicidad en la villas o zonas rurales. En suma, discípulo mío, con este solo punto se hacen manifiestos los recursos romanos, máxime si comprendes la variada *tipología* estatuaria que hubo. Las hubo *colosales*, *curules*, *ecuestres*, *de pie* y con diversos y cambiantes atuendos. ¿Qué decir de caballos, leones, esfinges y otros múltiples animales? Permíteme que no hable de obeliscos y monumentos semejantes.

6. Discípulo- Mas me surge una reflexión, casi una tentación.

7. Lipsio- ¿Y bien?

8. Discípulo- La cuestión es un tanto inconfesable... ¿por qué no se atrevía el transeunte a raspar o coger algo de aquellas estatuas áureas y plateadas de dioses y príncipes?

9. Lipsio- Sacrilegio, hombre de Dios, sacrilegio...¿de las estatuas de los príncipes? Con la cabeza pagarías la violación de semejante objeto sagrado. Es más, nisiquiera con las de particulares.

10. Discípulo- Pero, ¿quién se daría cuenta o iba a contarlo? Se me ocurre que por la noche...

11. Lips.- Disce, imperitus es, custodiam et cautelam antiquam. Miles in urbe excubabat, *Vrbanus* ille et *Vigilum* ad templa, ad loca item publica: sed praeterea certus etiam Praefectus huic Statuarum custodiae, et qui militem haberet. Vocarunt id officii, *Comitivam Romanam*. et Formula eius haec in Cassiodoro legitur {Lib[ro] VII}: *Si clausis domibus insidiari solet nequissimum votum, quanto magis in Romana civitate videtur illici, qui in* PLATEIS *pretiosum reperit, quod possit auferri? Nam quidam* POPVLVS COPIOSISSIMVS STATVRVM, *greges etiam abundantissimi* EQVORVM*, tali sunt cautela servandi, quali et cura videntur affixi*. Tum vero addit: *Quare per indictionem illam* COMITIVAE ROMANAE *tibi concedimus dignitatem. Officium tuum, et* MILITES *consuetos, noctibus potius invigilare compelle: in die autem civitas seipsa custodit*. Atque hic est qui *Comes Romanus* appellatus, quia Romam, et eius opera, servabat.

4-11 Cassiod. *Var*. 7.13 **9-11** *ibid.*

11. Lipsio- Estúdiate, veo que no la concoces bien, la vigilancia y la seguridad de los antiguos. Un ejército velaba de noche en la ciudad, aquel *urbano*, y también el de los *vígiles* que se encargaba de templos y zonas públicas, pero además había un prefecto encargado de la vigilancia de estas estatuas, que también disponía de una dotación de soldados. En el sistema de funcionarios recibía el nombre de *comitiva romana*, y en Casiodoro {en el libro VII} se lee el reglamento que tenía: *Si en las casas privadas se suelen armar trifulcas por menudencias, cuanto más ocurrirá en la tentadora ciudad romana, si alguien encuentra en las* PLAZAS PÚBLICAS *algo precioso, ¿qué fuerza habrá que pueda arrebatárselo de las manos? Y es que existe una* POBLACIÓN COPIOSÍSIMA DE ESTATUAS *y recuas con gran cantidad de* CABALLOS *que hay que vigilar con la misma cautela y cuidado con que también es necesario que se aten*. Y entonces añade que: *Con el encargo de la* COMITIVA ROMANA *te concedemos un puesto público. Tu oficio te obliga a tí y a los* SOLDADOS *asignados a pasar la noche en vela vigilando, pues de día la ciudad se vigila ella a sí misma*. Y este es quien recibe el nombre de *conde romano*, porque cuidaba de Roma y de sus construcciones.

Lib. III cap. 10: De Viarum magnis operibus, et nominatim de Appia.

1. An et longius etiam eo? nec Romam solum, sed quaedam circa eam, ostendo? faciam, ut inter tantas Opes et animos, me quoque largum fieri videas et benignum. Tria occurrunt, praeter Ammiano dicta, vel maxime ADMIRANDA, *Viae, Aquaeductus, Cloacae.*

2. Aud.- Non sustineo me, nec reprimo: tu *Cloacas* nobis inter magnifica, et sordes has inter illos splendores? Hoc vere est, quod poëta dixit: -*stellis nebulum spargere candidis*.

3. Lips.- Non sic dices, vide et audi: imo et sub terra thesauros tibi ostendam, et latentium quorumdam operum moles. Sed ordine videamus: et primo iudicium de his tribus Dionysii. Scriptor ille sub Augusto Romae fuit, et per viginti annos circiter vixit: ergo bene eam vidit, novit, et (ut viri ingenium) diiudicavit. Profert et eloquitur {Lib[ro] III}: *Ego sane in tribus* MAGNIFICENTISSIMIS *operibus Romae, et quibus* MAXIME APPARENT *illius imperii* OPES*, pono* AQVAEDVCTVS*,* VIARVM *munitiones,* CLOACARVM *structuras. Neque id solum ad* VTILITATEM *eiusmodi operum respiciens, sed etiam ad* IMPENDII *sumptuumque modum*. Ecce, haec tria vult velut specimen et argumentum esse Romanae opulentiae et potentiae: sive ab usu consideres, sive ab impendiis et sumptu. Quod ille censuit, tu accensebis, cum singula dispicies et intente lustrabis.

4. Primae sunt *Viae*; quas illi non in Vrbe solum, sed extra eam, ad longissima spatia, plurimas, et plurimo opere, muniverunt. Stupor me habet, cum vel unam *Appiam* considero: de qua Procopium {Lib[ro] I de bello Goth[orum]}, non me, audi. *Belisarius*, inquit, *via Latina exercitum duxit, Appia ad laevam dimissa. Hanc Appius Romanorum Censor ante annos nongentos struxerat, et a se dederat nomen. Longitudinem eius quinque dierum spatio vir expeditus possit emetiri. Ab urbe Roma Capuam pertinet, ea latitudine, ut duo currus ex adverso obvii, libere queant pervadere et commeare. Et est sane haec via, praeter ceteras, spectabilis. siquidem Appius ex alia et longinqua tunc, ut reor, regione excisos lapides, et hos quidem siliceos, ac suopte ingenio durissimos, in hanc viam vehendos curavit. Quos planos deinde at laeves redditos, et quadratos incisione factos, iunxit et in ordine locavit, metalli nihil vel alterius rei inserendo. Sunt tamen ita connexi, et valide inter se haerent, ut speciem visentibus praebeant, non coniunctos ita, sed congenitos esse. Et quamvis tot iam saeculis atterantur, assiduis plaustris iumentisque: tamen neque serie sua vel minimum exeunt et dimoventur, neque franguntur, aut laevorem suum amittunt*. Haec Graecus ille scriptor, et oculatus arbiter, extra argumentum historiae suae accurate inservit, admiratione inductus, quae stylum eo traxit. Examinemus, et libremus. Ait, *Appium ante annos nongentos struxisse.*] Imo *octingentos quinquaginta* circiter, quod Fasti dicent. Si autem stravit lapidibus Appius: quid est, quod in Livio legimus {Lib[ro] XLI} *Q*[*uintum*] *Fulvium Flaccum et A*[*nnium*]

---

3 quaedam circa 1599, 1605] quaedam in ea, et 1598

9-10 Hor. *C*. 3.15 v.6 [ed. Shackleton Bailey: *nebulam* pro *nebulum*] **14** DH 1.7.2
16-19 DH 3.67.5 **25-37** Procop. 5.14.6-11 **39** Smet. fols. 60-64 (=CIL I^2.1)

Lib. III cap. 10: Sobre las grandes obras de vías, y particularmente sobre la Apia.

1. ¿Quieres que te lleve más lejos para mostrarte no sólo la ciudad de Roma, sino también sus alrededores? Sea, para que, entre tan grandes recursos y mentes, veas como yo también me hago generoso y benigno. Junto a las citadas por Amiano, tres cosas se nos presentan como particularmente DIGNAS DE ADMIRACIÓN, las *vías*, los *acueductos* y las *cloacas*.

2. Discípulo- Ni quiero ni puedo quedarme callado, ¿mostrarme quieres *cloacas* entre tantas excelencias?, ¿dónde se ha visto situar tal sordidez entre aquellos esplendores? Esto es como aquello de *enturbiar las estrellas brillantes*, que dijo el poeta.

3. Lipsio- No hables de ese modo, mira y aprende que te mostraré tesoros enterrados y moles de obras escondidas. Pero vayamos por orden, y, en primer lugar, demos el turno a la opinión que Dionisio tenía sobre las tres. Este escritor estuvo en Roma en tiempo de Augusto y vivió allí durante unos veinte años de modo que la vio, conoció y (como hombre inteligente que era) la enjuició en su justa medida. La presenta y describe {en el libro III} del siguiente modo: *Considero, en verdad, que las tres construcciones* MÁS MAJESTUOSAS *que hay en Roma por las cuales* QUEDAN CLAROS ANTE TODO LOS RECURSOS *de aquel Imperio son las siguientes: los* ACUEDUCTOS*, el mantenimiento de las* VÍAS*, y las estructuras de las* CLOACAS. *Y no le doy tal reconocimento a estas construcciones sólo por la* UTILIDAD *que de ellas se deriva, sino por el monto del* GASTO *y de las costas de mantenerlas en funcionamiento*. Hete ahí que es opinión suya que estas tres cosas son la manifiestación y prueba de la opulencia y el poder romanos, ya las consideres desde el punto de vista de su uso, ya desde el de los gastos y coste de mantenimiento. Te sumarás a sus convicciones cuando las descubras una a una y las revises con atención.

4. En primer lugar vienen las *Vías*, que construyeron no sólo en la Ciudad, sino fuera de ella, hacia lejanísimos lugares, en gran número y con gran trabajo. Quedo estupefacto al considerar sólo una de ellas, la Apia, sobre la cual no vas a oír mis palabras sino las de Procopio {en el libro I de la «Guerra de los Godos»}. *Belisario,* dijo*, llevó el ejército por la vía Latina, tras dejar a la izquierda la Apia. Esta última fue construida por Apio, censor de los romanos hace novecientos años y a él le debe el nombre. Su extensión puede recorrerla un hombre bien preparado en cinco días. Desde la ciudad de Roma llega a Capua, con una anchura tal que dos carros en sentido opuesto pueden cruzarse y circular sin problemas. Realmente esta vía es, entre todas, notable, puesto que Apio cuidó en su momento que para esta vía se trajeran, de alguna lejana región, según creo, piedras cortadas a todas luces de pedernal, que por su propia naturaleza son particularmente duras. Después se alisaron las caras y quedaron apunto. Las regularizó cuadrangularmente mediante la talla y las unió regularmente sin utilizar metal alguno o algún otro procedimiento. No obstante están unidas de tal modo y tan fuertemente quedan fijadas unas con otras que presentan a la vista la apariencia no de haber sido unidas, sino de ser así por naturaleza. Y a pesar de que ya hace siglos que se desgastan con el paso continuo de carretas y jumentos, no se trastocan ni se sueltan en su hilera, ni se quiebran ni pierden su lisura*. Aquel escritor griego, testigo ocular, con elegancia inserta esta cita al margen del argumento de su historia llevado por la admiración que denuncia el tono de lo que escribe. Examinemos y sopesemos lo que dice. Dice que *Apio la construyó hace 900 años.*) y por cierto que fueron aproximadamente *ochocientos cincuenta*, como dicen los «Fastos». Si, por lo tanto, fue Apio quien la empedró, ¿qué significa entonces lo que leemos en Livio {En el

Postumium Albinum Censores, vias sternendas silice in urbe, et extra urbem glarea substruendas, marginandasque, PRIMOS OMNIVM *locavisse*? Quomodo enim *primi omnium*, cum hi fuerint Censores anno Vrbis DLXXX: at Appius aliquot aetatibus praecessit? Quid, quod *Flaminia* via diu ante strata, et sub bellum Punicum secundum? An hoc Livius sensit, *glarea* tunc primum stratas? an potius, primos ipsos *locavisse*? an denique ad *Censores* iunctim refert? per otium examinandum sit. Observa autem in Livii verbis, duplicem rationem sternendi, vel *Glarea*, vel *Silice*. Quae utraque et Tibullo notata, ad Messallam:

> *Namque opibus congesta tuis hic* GLAREA *dura*
> *Sternitur, hic apta iungitur arte* SILEX.

5. Observa amplius, *marginari* solere: quod caput sane erat, et Agger ille viae cum altiusculus, et instar pulvilli esset (ita solet:) firmiter arctari et stringi lapidibus grandioribus ad oras debebat, ne diffluueret et spargeretur. Hoc *marginari*: et ibidem etiam alii lapides duplices, et ad usum duplicem. Priores, Cippi quidam eminentes, in quibus insidere fessis, onera reclinare, aut et ascendere ex iis in equum fas esset. Ii crebiores dispositi per totam viam: alteri autem rariores, qui vt Columellae exstabant, et notis numerorum incisi, milliaria notabant. Vtrumque hoc G[aius] Gracchus instituit, Plutarcho notante: et gratum in vulgus fuit. Cur non esset? experti nos peregrinantes sumus, nihil magis ad taedium, et fatigationem esse, quam ignaros spatiorum oberrare: et contra, refici animum ac vires ea signatione. Quinctilianus bene: *Partitio reficit audientem, non aliter, quam facientibus iter, multum detrahunt fatigationis* NOTATA INSCRIPTIS LAPIDIBVS *spatia*. Rutilius eodem pertinet:

> *Intervalla viae fessis praestare videtur,*
> *Qui notat inscriptus* MILLIA *multa Lapis.*

Hinc ille mos per *Lapides* computandi: quos Graeci ab hac notatione milliarium, Σημεῖα vocant: id est *Signa*, sive *Notas*.

6. Sed pergit Procopius, *Longitudinem viae Appiae, quinque dierum esse.*) Quid? universae eius Brundisium usque? non opinor, nec res est: sed Capuam dumtaxat, quo et Appius produxit: [[et verba Procopii ita dicunt]]. Notavit et Frontinus: *Appia aqua inducta est ab Appio Claudio Censore, qui et viam Appiam, a porta Capena usque ad urbem Capuam muniendam curavit*. Neque vero ulterius ille potuit, cum nec ulteriores tunc Romani fines. Quis autem longius, et Brundisium usque muniverit, in obscuro est: munitam tamnen id constat. Ecce Strabo {Lib[ro] V} *Viam Appiam Tarracinae* facit *mare primum attingere, et Brundisium usque stratam esse*. Tacitus {Lib[ro] II Ann[alium]} Libonem consultavisse: *utrum habiturus esset opes, quis viam Appiam Brundisium usque pecunia operiret*. Denique et Horatius:

---

19 Vtrumque 1599, 1605] Vtrunque 1598 **21** fatigationem esse 1599, 1605] fatigationem ex eo esse 1598 **33** [[et...dicunt]] 1599, 1605] nec ultra 1598

***41*-2** Liv. 41.27.5 **10-11** Tib. 1.7 vv.59-60 **15-20** Plu. *C. Gracchus* 7.3-4 **22-24** Quint. *Inst*. 4.5.22 **26-27** Rutil. Nam. 2 vv. 7-8 [ed. Castorina: *crebra* pro *multa*] **33-35** Frontin. *Aquaed.* 5.1 **37-38** Str. 5.3.6 **39-40** Tac. *Ann*. 2.30.1

libro XLI} de que *los censores Quinto Fulvio Flaco y Annio Postumio Albino, fueron los* PRIMEROS *en sacar contratos para que las vías fueran pavimentadas con pedernal en la ciudad y para que fuera de ella se hicieran con grava y se pusieran márgenes*? ¿Cómo es posible, en efecto, que fueran *los primeros* si fueron censores en el año 580 de la Ciudad, de modo que Apio los precede en algunos siglos? ¿Qué ocurre con la vía *Flaminia* pavimentada mucho tiempo antes, en tiempos de la Segunda Guerra Púnica? ¿Quizá Livio quiso decir que fue entonces cuando se pavimentó *con grava* por primera vez? O mejor, ¿no serían ellos los primeros en *sacar esos contratos*?, o, en definitiva, ¿no lo refiere como algo hecho conjuntamente por los *censores*? La cuestión debe examinarse con sosiego. Observa, por lo demás, en la cita de Livio que había dos maneras de pavimentar vías, con *grava* y con *pedernal*. Ambas son apuntadas también en Tibulo dirigiéndose a Mesala:

Pues, aquí se tiende la dura GRAVA *apisonada con tus recursos,*
allí con la adecuada técnica, se une el PEDERNAL.

5. Observa además que solían *ponerse márgenes*, cosa realmente capital en la medida que la cuneta de la vía, al haber un altillo que funcionaba como bancal (así se hacía), quedaba sujeta más firmemente y recibía un límite con piedras mayores en las orillas, de modo que no se abriera y resquebrajara. Esto es lo que significa *poner márgenes*. Además allí mismo había también dos tipos de piedras que tenían una doble función. Las primeras eran unos cipos que sobresalían en los que las personas podían sentarse si se cansaban, también servían para dejar caer los bultos o, incluso, para montar al caballo. Estaban repartidos con mucha frecuencia a lo largo de toda la vía. Los otros, en cambio, estaban más repartidos, eran columnitas en las que se apuntaban las millas con cifras incisas. Ambas las instituyó Cayo Graco, según lo apunta Plutarco, así como que fue del gusto de la gente. ¿Cómo no iba a serlo? Nosotros, que somos expertos peregrinos, sabemos que nada contribuye más al tedio y la fatiga que errar sin saber lo que queda, por el contrario, con esta información se rehacen ánimo y fuerzas. Bien dice Quintiliano que: *La clasificación reconstituye a quien se deja guiar por ella, igual que a los que hacen un camino, les quita mucho cansancio conocer las distancias* APUNTADAS EN LOS MILIARIOS. Rutilio coincide al respecto:

Parece que proporciona respiro en la vía a los cansados,
el miliario que apunta las muchas MILLAS *que aún quedan*.

De aquí viene aquel hábito de contar por *piedras miliares* a las cuales los griegos por contener el apunte de las millas llaman Σημεῖα, esto es *señales* o *apuntes*.

6. Procopio prosigue diciendo que la *extensión de la vía Apia es de 5 días*.) ¿Cómo? ¿Esto es lo que mide entera hasta Brindisi? Creo que no, ni necesidad hay de creerlo, sino, más bien hay que pensar que se refiere tan sólo a la distancia hasta Capua que es a donde Apio la llevó, y así lo afirma la cita de Procopio. Frontino apuntó en este sentido que: *Apio Claudio, el censor, construyó el acueducto Apio, es el mismo que procuró que la vía Apia se pusiera en servicio desde la puerta Capena hasta la ciudad de Capua*. Y en verdad no pudo llevarla más lejos porque entonces los romanos no tenían territorios más allá. No queda claro, en cambio, quien la llevó hasta Brindisi, pero consta que llegó hasta allí. Por ejemplo, Estrabón {en el libro V} hace *que la Vía Apia toque el mar en Terracina, y que llegue hasta Brindisi*. Tácito {en el libro II de los «Anales»} dice que Libón consultó *si llegaría a tener el dinero necesario para cubrir de riqueza la vía Apia hasta Brindisi*. Finalmente también Horacio dice:

Brundisium melius Numici via ducat, an Appi?

7. Producta igitur: an a Iulio Caesare, quem Plutarchus scripsit, *Appiae Curatorem factum, plurimum pecuniae in eam impendisse*? an ab Augusto, qui plerasque omnes vias per Italiam ipse, aut per alios, munivit? Nam Plinio accedere, sive is Nepos est, *de Viris illustribus*, non possum: qui *Appium viam Brundisium usque lapidibus stravisse scribit, unde illa Appia dicta*. Nam hoc sane certum, loca ea id aevi, hostilia aut aliena Romanis fuisse. Tota autem haec longitudo est, *milliarium circiter* CCCL: nequis de *quinque diebus* Procopio dictum, huc trahat.

8. Aud.- Atqui nec Capuam {*sunt milliaria* CXXIIII} usque tanti sunt, nisi ignavo et parum accincto viatori.

9. Lips.- Fateor, sed flexus etiam suos et declinationes scito viam habuisse. Addit de latitudine, *ut duo currus pervaderent.*) Nescio, neque dimensus sum (alibi tamen potest, et exstat:) sed opinor igitur haud minus *vigintiquinque pedes* patuisse. Amplius, de materie, *ex longinqua regione lapides advectos, eosque siliceos.*) Silicem intellegit, durum asperumque lapidem, et e rupibus: non illum minutum et tenuem, quem vulgo vocamus, et qui in *Glaream* potius venit. Illo modo Plinius, Livius, atque alii locuti. Sed e qua regione petiti? in vicinia tales non esse, hoc Procopius indicavit. Onofrius Panvinus hoc amplius, *montes ostendi duos, ad Sinuessam unum, alterum inter Puteolos et Neapolim, e quibus saxa ea, colore et duritie* FERRVM *referentia, videantur excisa*. At Leander specus et fodinas in Bruttiis exstare, ad *Seminariam*, e quibus lapides ad vias eruti, praesertim ad Appiam. Quidquid sit, opus mirum et laboriosum fuit. Nos]] in Procopio pergamus, qui addit, *Lapides planos quadratosque fuisse.*) Conspiciuntur hodie tales, diversa magnitudine, *trium, quattuor, quinque* etiam pedum quaquaversus. Cetera de *iunctura et firmitate*, utque *unum corpus* appareant: sunt miranda magis, quam explicanda.

10. Aud.- Certe mirifica haec Via: sed tu nempe unam et eximiam eligis, de qua poëta,

---

7 *scribit* 1599, 1605] scribit 1598 **11** {*sunt milliaria* CXXIIII} 1605] deest 1598, 1599 **23-25** [[At...Nos]] 1605] Fides penes illum sit, rerum veterum tamen curiosum, et satis peritum. AVD. Quid, quod apud nos simile? LIPS. Vbi? cupio audire. AVD. In *Hannonia*, ut nos vocamus (nam patres *Hainoviam* dicebant) ad opidum *Bavacum*. Columna illic milliaria in Foro medio est, ut illa Romae, ad quam viae istae finiuntur, sive ordiuntur. Sunt autem glarea et minutis silicibus stratae, et ducunt in praecipuas Galliae partes. Vestigia et reliquiae multis locis comparent. Quod autem dictum volebam simile, est nonnihil dissimile: sed tamen et simile. Nam glarea et lapilli unde advecta, difficilis indagatio est: cum in vicinis agris non gignantur. adeo ut Bovillus quidam, qui vidit et inquisivit, censeat *vel ab humo ebulliisse silices, vel ab alto aethere depluisse, vel denique non humana manu advectos*. Quod postremum et vulgus censet, feruntque *magicum opus*, et a regina *Brunechilde* exstructas: cuius et nomen {vocantur *Chaussées de Brunehault*} ferunt. LIPS. Ah, ignaros et incredulos Romanorum operum! qui haec talia militari manu, et provincialium item subsidio, supra omnem fidem patrabant. At 1598 **28** explicanda 1599, 1605] imitanda 1598

---

1 Hor. *Ep*. 1.18 v.20 [ed. Shackleton Bailey: *Minuci* pro *Numici*] **3-4** Plu. *Caes*. 5.9 **4-5** DC 54.8.4 **6-7** Nep. *Att*. 34.6 **19** Plin. 33.71 Liv. 41.27.5

¿Cuál es la mejor vía para llegar a Brindisi, la Numídica o la Apia?

7. De modo que, se amplió, ¿quizá por obra de Julio César de quien Plutarco dice que *hecho 'curator' de la Apia, gastó mucho dinero en ella*?, ¿o de Augusto quien, personalmente o través de otros, puso en servicio la mayor parte de las vías de Italia? Por lo demás no puedo aceptar a Plinio, o a aquel Nepote en «De viris illustribus», cuando dice que *escribió que Apio pavimentó con piedra la vía hasta Brindisi de donde le viene el nombre de Apia*. Pues hay algo realmente cierto y es que aquellos lugares en aquel siglo eran hostiles y enemigos de los romanos. Su longitud total es de *unas 350 millas*, y que no venga nadie aquí con lo de los *cinco días* que refiere Procopio.

8. Discípulo- Con todo no hay tanto hasta Capua {*son unas 124 millas*}, a no ser que el viajero desconozca la ruta y vaya en mala montura.

9. Lipsio- Tienes razón. Pero yo sé bien que la vía tuvo sus propias curvas y variantes. Añade el autor sobre la anchura *que podían cruzarse dos carros*.) Yo lo desconozco porque no la he medido (en otro momento puede que sí lo haga y ahí queda pendiente), pero opino que hacía no menos de *veinticinco pies*. Sobre el material se extiende más, dice *que se traían de una lejana región piedras de pedernal*.) Por pedernal entiéndese la piedra dura y áspera, procedente de canteras, no aquella otra diminuta y fina que es lo que vulgarmente entendemos por tal, y que encaja mejor con el significado de *grava*. Plinio, Livio y otros utilizan estos significados. Pero, ¿de qué región se traían? Procopio indicó que en la zona vecina no existen regiones que la produzcan. Onofrio Panvino dice algo más, *se presentan dos montes, el uno por la zona de Sinuesa, el otro entre Puzzoles y Nápoles, de los que parece que se corta esta piedra, que se identifica por el color y la dureza del* HIERRO. Leander dice por su parte que quedan fosas y canteras en el Brucio, junto a *Seminaria*, de las que se sacaron piedras para las vías, muy especialmente para la Apia. Sea como fuere, fue una construcción admirable y laboriosa. Sigamos nosotros con Procopio que añade *que las piedras eran lisas y cuadradas*.) Estas mismas se pueden observar hoy en día, pero de tamaños diversos, de *tres*, *cuatro* o incluso *cinco* pies de lado. En cuanto a lo que dice de la *juntura y la solidez del pavimento* que es tal que parece *una sola pieza*, creo que es más digno de admiración que de explicación.

10. Discípulo- Ciertamente era esta una vía extraordinaria, pero está claro que has elegido sólo una y bien distinguida desde luego, de la que el poeta pudo decir

Appia LONGARVM *teritur* REGINA *viarum*.

aliae non ad istam.

11. Lips.- Mihi crede, ad istam. etsi haec celebritate, et longitudine eminuit: quia a Roma in Graeciam, Asiam, et trans mare ducebat. Sed quid *Flaminia* via, an brevior? quae Roma Ariminum usque, et inde porro Aquileiam ducebat? Nam quod ad munitionem, pleraeque similes: nec in Italia solum plurimae, sed in provinciis ipsis. Isidorus scripsit: *Poenos primos lapidibus vias stravisse, quas postea Romani paene per* TOTVM ORBEM *disposuerunt*. Et quomodo? excisis saepe montibus, complanatis vallibus, ut aequabiles, et faciliores ita viae essent. Strabo: Εστρωσαν δὲ και τὰς ὁδοὺς, προσθέντες ἐκκοπάς τε λόφων, καὶ ἐγχώσεις κοιλάδων, ὥστε τὰς ἁρμαμάξας δέχεσθαι πορθμείων φορτία: *Straverunt et Vias, excisis montibus, vallibus repletis, ut currus vehere possint et suscipere navium onera*.

12. Habes vias, et ornatum: mentior, et itane praecipuum me fugiat? praecipuum dico, si non in usu, at splendore et voluptate. Id fuit, quod monumenta et sepulchra passim ad viam assita, et latus utrumque praetexebant. Quam pulcher ille aspectus viantibus? quanta et seriorum, et iocorum, materies? Illic illustrium ingeniorum, aut clarorum virorum memoria et inscriptio: alibi libertorum, servorum, scortorum, superba monumenta. Mirari, dolere, illudere, etiam detestari occasio erat: et quid in tot titulis et inscriptionibus pasci? Quaedam enim a meliore ingenio, et scitae; quaedam aliqua nota aut inventiuncula spectabiles; et istae quae hodie exstant, dicent.

13. Aud.- Ita me Deus, iucundum aspectum! et ego si in tali via, remorer, subsistam, indormiam.

14. Lips.- Sed et utilem aspectum. Varro: *Monimenta secundum viam, quo praetereuntes admoneant, et se fuisse, et illos esse mortales*. Quid amplius? omnium illorum qui disparibus monumentis teguntur, parem in exitu fortem fuisse. *Aequat omnes cinis. impares nascimur, pares morimur* {Sen[eca]}.

27-28 [[Sed...amplius?]]1605] An non et hoc sapienter cogites, 1598, 1599 **29** fuisse. 1605] fuisse? 1598, 1599

---

1 Stat. *Silv*. 2.2 v.12 **9-10** Isid. 15.16.6 **11-13** Str.5.3.8 **27-28** Varr. *L. L*. 6.49 **29-30** Sen. *Ep*. 91.16

La Apia, REINA *de las* GRANDES *vías, pulida reluce*.

pero las otras no se acercaban a ella.

11. Lipsio- Créeme que sí, si bien esta destacó por su celebridad y extensión, ya que desde Roma conducía a Grecia y a Asia al otro lado del mar. Pero ¿qué se podría decir, aunque sea más corta, de la vía *Flaminia*, que desde Roma conducía a Arimino y con un desvío llegaba a Aquileya? Pues en lo que se refiere a la manera de construirla, la mayoría se parecían, tanto todas las que había en Italia, como también las que había en las propias provincias. Isidoro escribió que *los cartagineses fueron los primeros en empedrar vías, y los romanos después las tendieron casi por* TODO EL ORBE. ¡Y de qué manera! A menudo era necesario allanar montes o igualar valles para que las vías fueran llanas y más transitables. En palabras de Estrabón: Εστρωσαν δὲ και τὰς ὁδοὺς, προσθέντες ἐκκοπάς τε λόφων, καὶ ἐγχώσεις κοιλάδων, ὥστε τὰς ἁρμαμάξας δέχεσθαι πορθμείων φορτία: *Construyeron las vías cortando montes, rellenando valles, para que pudieran circular carros y aguantar el peso de barcos.*

12. Ahí tienes las vías y su decoración... miento pues, ¿no dejo atrás lo principal? Lo principal, en efecto, si no lo era por la función al menos sí por su esplendor y lujo. Me refiero a los monumentos y sepulcros que estaban plantados a lo largo de toda la vía y la orlaban por ambos lados. ¡Qué bello aspecto ofrecerían a los viandantes! ¡Qué cantidad de asuntos con los que reir o llorar! Allí el recuerdo y la inscripción de ilustres ingenios y preclaros varones, en otro lugar soberbios monumentos de libertos, siervos y prostitutas. Era la ocasión de hacer públicos asombro, dolor, burla e incluso odio. ¿Qué aflora en todos esos letreros e inscripciones? Algunos textos, en efecto, son del mejor ingenio y fineza, otros son notables por alguna nota o agudeza. Los que nos quedan hoy en día lo muestran.

13. Discípulo- ¡Por Dios que me resulta amena esa imagen! Si estuviera en una de esas vías estaría entretenido deteniéndome y quedándome dormido.

14. Lipsio- Pero es que mirarlas también tiene un sentido práctico. Varrón habla de *los monumentos a lo largo de la vía, donde los que antes fueron nos enseñan que tanto ellos como nosotros somos mortales*. ¿Qué más se puede decir? Que, en el momento de la partida, la fortuna es pareja para todos los que se cubren con monumentos dispares. *La muerte nos hace a todos iguales: nacemos diferentes, iguales morimos.* {Séneca}

Lib. III cap. 11: Aquaeductuum mira.

1. Sed *Aquaeductus* iam nostros videamus, et pulverem sordesque, siquas e Via contraximus, abluamus. Quid in iis tamen haeream? Iulius Frontinus est in manibus, qui olim *Aquarum Curator*, pulcherrimos libellos duos de tota re scripsit, et ad nos venerunt. Ex illo, aut aliis, quaedam libabo.

2. Diu igitur Roma sine Aquaeductibus, et Tiberis, ac siqui fontes nativi erant, sufficiebant populo, sed nondum sic aucto. Vrbe dein magna, plena, [[et cum in collibus, procul a flumine, degerent; *Optimum rerum aqua*,]] ut poëta {Pind[arus]}canebat, quaesita, et per tubos ac canales, in fornicibus lateritiis, Romam advecta. Id factum primo, anno Vrbis CCCCXLI. cum Ap[pius] Claudius Censor, idem qui Vias sternere instituit, hoc quoque bonum invenit. Ab eo est *Aqua Appia*, per milliaria circiter *undecim* deducta. Hoc initium: sed Deus bone, quae mox incrementa? Nam egebat sane ille populus aquis, non solum ad potum, sed ad balnea, ad fullonicas, ad Naumachias et Circos. Atque ita ubertim inducta fuit, ut quisque domi, aut in vicino, haberet copiam: scribitque Strabo, FVLMINA *per urbem et Cloacas videri fluere, atque* VNAMQVAMQVE DOMVM *propemodum habere fistulas et canales, quibus aquam inducat*. De eadem re Plinius: *Siquis diligentius aestimaverit* AQVARVM ABVNDANTIAM *in publico, Balneis, Piscinis, Domibus, Euripis, Hortis, Suburbanis villis, spatioque advenientium exstructos* ARCVS*, montes perfossos, convalles aequatas, fatebitur* NIHIL MAGIS MIRANDVM *fuisse in* TOTO ORBE *terrum*. Copiam habes, molem in adducendo habes, miraculum super omnia mira orbis, Plinio quidem iudice, habes. Quid Cassiodorus de istis! *Formas* ipse appellat hos Ductus, quod et Iurisconsulti, atque inferior aetas fecit. De iis igitur: *In Formis Romanis utrumque praecipuum est, ut et* FABRICA *sit mirabilis, et aquarum* SALVBRITAS *singularis. Quot enim illic* FLVMINA *quasi constructis* MONTIBVS *perducuntur? naturales credas alveos, soliditates saxorum: quando tantus impetus fluminis tot saeculis potuit sustineri*. Credamus hoc ergo iam Frontino, paucis fidisque verbis effanti: MAGNITVDINIS *Romani imperii, id* PRAECIPVVM *esse indicium*. Bene et vere. quia non Romae tantum, sed in coloniis plerisque, et maioribus opidis, haec fuere.

3. Sed norimus Romanos, et alios, ab his exemplis. Ii fuere in urbem perducti *quattuordecim* (ut Procopius eos numerat) *coctili laterculo per priscos illos aedificati, ea* LATITVDINE *ac simul* ALTITVDINE*, ut vir eques commode per eos possit incedere*. Vide an non vere alvei quidam fluminum dicantur, cum tam magnis amplisque canalibus aquas vehant. Sed haec altitudo, de ipsis modo est: quid Arcus et Fornices arbitraris? *Quos in quibusdam locis sublevatos centum novem pedes*, Iulius Frontinus affirmat. O rem stupendam! et magis, quod a tot milliaribus continuo opere (etsi non ubique sic alto) perducebant. Reperies quosdam a QVADRAGESIMO *milliari* perductos esse: et nempe per valles, per montes, per tot inaequalia, supra, infra terram: o iterum rem stupendam! et Rutilium audi:

8-9 [[et...*aqua,*]] 1599, 1605] aliunde *Auro melior aqua*, 1598 **23** istis! 1599, 1605] istis? 1598

---

9 Pi. *Olymp*. 1 v.1 **16-18** Str. 5.3.8 **18-21** Plin. 36.123 [ed. André: *spatia aquae venientis*] **24-28** Cassiod. *Var*. 7.6 **29** Frontin. *Aquaed*. 119.1 **32-33** Procop. 5.19.13 **36** Frontin. *Aquaed*. 15.7

Lib. III. cap. 11: La maravilla de los acueductos.

1. Pero vayamos a ver ahora nuestros *acueductos* y lavemos el polvo y la suciedad que hayamos podido coger en el camino. ¿A quién me agarro para ello? A mano tengo a Julio Frontino, antiguo *'curator' de aguas*, que escribió dos bellísimos libritos sobre todo el asunto, y que nos han llegado. Tanto de él como de otros, voy a ir libando noticias.

2. Roma estuvo largo tiempo sin acueductos, y al pueblo le bastaba con el Tíber o con las fuentes naturales que hubiera, lo cual dejó de ser posible cuando creció. Entonces, como la Ciudad era grande y estaba atestada, y como pasaban sus días en las colinas lejos del río, se llevó a Roma mediante cañerías y canales y con arquerías de ladrillo *el agua, el mejor de todos los bienes*, como cantaba el poeta {Píndaro}. Esto ocurrió por primera vez en el año 441 de la ciudad. Apio Claudio, el censor, el mismo que decidió trazar vías pavimentadas, también fue el responsable de este bien. A él se debe el nombre de *acueducto Apio* que venía desde unas *once* millas. Este fue el primero, pero, buen Dios, ¡qué rápido se incrementó su número! Pues aquel pueblo estaba realmente sediento de agua, no sólo para beber, sino también para baños, tenedurías, naumaquias y circos. Y se llevó con tanta profusión que todo el mundo en su casa o en la del vecino tenía en abundancia. Escribió Estrabón: *Se ven fluir* RÍOS *y cloacas por la ciudad,* CADA CASA *poco más o menos tiene caños y cañerías, con que se provee de agua*. Sobre el mismo asunto, dice Plinio: *Si alguien con detalle se pone a calcular la* CANTIDAD DE AGUA *de uso público en baños, piscinas, casas, canales, jardines y villas suburbanas y, en su recorrido, los* ARCOS *que se han construido, los montes que ha habido que horadar, los tajos que han tenido que ser adecentados, acabará confesando que* NO *ha habido* NADA MÁS MARAVILLOSO EN TODO EL UNIVERSO. Ahí tienes con profusión la mole necesaria para traerla, milagro que se eleva por encima de todas las maravillas del orbe y, ciertamente, a Plinio como juez de estas opiniones. ¡Qué dirá Casiodoro al respecto! Él llama a estos conductos *estructuras*, que es como se decía en la baja época y en la de los jurisconsultos. Sobre ellas dice lo siguiente: *En las estructuras romanas hay dos cosas principales, su maravilloso* APAREJO*, y la singular* SALUBRIDAD *de sus aguas. En efecto, ¿cuántos ríos circulan por ellas que son como* MONTES *artificiales? Uno podría dar por cierto que esas acumulaciones de piedra son lechos naturales al ver que pudieron aguantar durante tantos siglos el fuerte ímpetu de un río.* Démoslo por cierto, pues, Frontino también dice en una cita breve pero fiable: *Este es el* PRINCIPAL *indicio de la* GRANDEZA *del poder romano*. Cierto, sin dudarlo, pues los hubo no sólo en Roma sino en la mayoría de las colonias y en las ciudades importantes.

3. Pues bien, conozcamos a los romanos, como a las demás personas, por estas obras. Hacia la ciudad se trazaron (según la enumeración de Procopio) *catorce edificados por los antiguos de ladrillo, con igual* ANCHURA Y ALTURA*, lo suficiente como para que pase un hombre a caballo*. Ten en cuenta que quizá algunos no merezcan verdaderamente el calificativo de lecho de ríos, aunque llevaran aguas por canales tan grandes y amplios. Pero lo que sigue presenta su altura y la cifra precisa de la misma: ¿qué te parecen arcos y arquerías *que se elevan en ciertos lugares a los ciento nueve pies*? Es una afirmación de Julio Frontino. ¡Es algo realmente estupendo! Y más al venir desde tantas millas por medio de construcciones ininterrumpidas (aunque no siempre eran tan altas). Encontrarás algunos que venían desde el QUADRAGÉSIMO *miliario*, y por cierto que lo hacían a través de valles, montañas, por gran cantidad de zonas desiguales, por encima y por debajo de tierra, ¡exclamo de nuevo que es algo realmente estupendo! Oye también a Rutilio:

Quid loquar AERIO *pendentes fornice rivos?*
Qua vix IMBRIFERAS TOLLERET IRIS AQVAS.
Hos potius dicas crevisse in sidera MONTES.
Tale GYGANTAEVM *Graecia laudat opus.*

4. Sunt certe, aut videantur, opera Gygantum, an Geniorum aliquis dicat? et mens obnubilat Architectis nostris, cum vel reliquias paucas et ruinas vident. Exstant iuxta Sublaqueum *Aquaeductus Claudiani* fornices, et ingentes pilae sustentantes: quas Albertus Leander sedulo vidit et scrutatus est. erumpit deinde in haec verba: *Fieri profecto non posse scio, quin omnino incredibilis sit, nisi oculis usurpetur, operis huius ratio* ADMIRANDA. *Nec enim* MAIVS QVIDQVAM *excogitari posse* HVMANO INGENIO *arbitror, quam quod hic Romani, effossis tanto spatio* MONTIVM *intimis visceribus, fecerunt. Ad quae opera patranda* NVNC TOTVS ORBIS *infirmus futurus videatur*. Si quis veterum haec dixisset, blanditus scilicet aevo suo aut suis fuisset: quid iste vir novitius? quid in talibus et curiosus unice, et peritus? Loquitur autem, ut dixi, de Claudii Aquaeductu, de quo et Plinius: *Vicit antecedentes aquarum ductus novissimum impendium operis, incohati a Caio Caesare* (Caligulam intellegit) *et peracti a Claudio. Quippe a quadragesimo lapide, ad eam* EXCELSITATEM*, ut in* OMNES VRBIS MONTES *levarentur, influxere Curtius atque Caeruleus fontes. Erogatum in id opus* HS *ter millies*. Notabile valde, et utile, quod in summos Vrbis colles aqua inde et derivari, et dispensari posset: adeo in altum educta erat. Hoc ipsum Cassiodorus notat, *Claudiam, per tantam fastigii molem, sic ad Aventini caput esse perductam, ut cum ibi ex alto lapsa ceciderit, cacumen illud excelsum, quasi imam vallem, irrigare videatur*. De pecunia autem in id opus imputata (fuerunt, ex Plinio, *septem nostri milliones, et semis*) valde miror Budaeum nutare, et paene mutare. Per fidem, quae caussa est? imo augendi caussa, si quis bene examinet: et plane, nisi aliqua militaris, aut et servilis manus ad opera damnatorum (ut Romanis mos) accessisset. Iure igitur, ut claudam, exclamat Frontinus: *Tot aquarum, tam multis* NECESSARIIS *molibus, Pyramides videlicet otiosas comparem, aut cetera inertia, sed fama celebrat opera?* Non compares Frontine, minime: haec sunt, ut Plinius appellat, *vera aestimatione* INVICTA MIRACVLA, et quibus alius orbis tam aequo animo victum se a Romanis, quam armis, fateri debet.

5. Dixi autem ex Procopio supra, Aquaeductus istos XIIII fuisse: sed auget P[ublius] Victor, et XX numeravit. Plinius quaedam de *Lacubus* aliisque additamentis

---

1-4 Rutil. Nam. 1 vv.97-100 **16-20** Plin. 36.122 **22-23** Cassiod. *Var*. 7.6 **28-29** Frontin. *Aquaed*. 16.1 **30-31** Plin. 36.121 **34** P. Vict. (ed. Valentini-Zucchetti, p.255-6)

¿Qué decir de los ríos que descienden por la arquería AÉREA*?*
Donde apenas IRIS PODRÍA LLEVAR EL AGUA DE LLUVIA.
Dirás convencido que estos MONTES *se encumbraron hacia las estrellas.*
Grecia alaba tal construcción como propia de GIGANTES.

4. Ciertamente son o parecen construcciones de gigantes y ¿por qué no ha de haber quien diga que de genios? Y es que la mente se les obnubila a nuestros arquitectos al ver únicamente algunos restos en ruinas. Quedan junto al Sublaqueo arquerías del acueducto Claudiano, y enormes pilares de sustentación. Después de verlas y escrutarlas al detalle, Alberto Leander estalló con estas palabras: *En realidad sé que no puede escribirse un* TEXTO QUE PUEDA EXPONER LA ADMIRACIÓN *que causa esta obra dentro de lo razonable, que sea mínimamente creíble, hay que dejar que la vista lo explique. En efecto, juzgo que no puede imaginarse* ALGO MAYOR CON LA INTELIGENCIA HUMANA*, que lo que hicieron aquí los romanos al reventar las entrañas secretas de las* MONTAÑAS *a lo largo de tan enormes distancias. Para ejecutar estas obras* EN LA ACTUALIDAD *habría que dejar exhausto* A TODO EL ORBE. Si algún autor antiguo hubiera dicho estas palabras diríamos que claramente estaba adulando a su época y a sus contemporáneos, ¿qué diremos de este recentísimo caballero?, ¿qué de alguien experto en tales asuntos y minucioso como pocos? Se refiere, como dije, al acueducto de Claudio, sobre el cual también dice Plinio: *Un reciente gasto en cierta construcción comenzada por Cayo César* (se trata de Calígula) *y rematada por Claudio superó las antecedentes conducciones de agua. Viene desde el cuadragésimo miliario y adquiere tal* ELEVACIÓN *que deja caer el agua en* TODOS LOS MONTES DE LA CIUDAD, *se han encauzado para él las fuentes Curcia y Cerúlea. En esta construcción se invirtieron trescientos millones de* HS. Hecho muy notable y práctico el de poder desviar y distribuir agua hacia las altas colinas de la Ciudad, lo cual demuestra hasta qué punto eran elevadas las zonas desde donde se traían. Casiodoro apunta lo mismo, cuando dice que *el agua Claudia es conducida mediante una enorme mole en pendiente, y llega a la zona alta del Aventino como si se derramara allí dejada caer desde el cielo. Parece que riega aquella cumbre elevada como si fuera un hondo valle*. Sobre el dinero asignado a esta construcción (fueron, según Plinio, *siete millones y medio de los nuestros*) me extraña sobremanera que Budeo titubee y que se incline a cambiar la cifra. En honor a la verdad, ¿qué razón hay de hacerlo? Por cierto que si alguien lo examina bien, existe razón para incrementarla y a todas luces habría que hacerlo si no fuera por el trabajo de los condenados o de la mano de obra militar y servil (según era la costumbre de los romanos). En fin, para concluir, con razón Frontino exclama aquello de que: *¿Sería posible equiparar las conducciones de agua y las muchas moles* NECESARIAS *que las acompañan con las ociosas pirámides, obras que no dejan de ser inútiles, aunque la posteridad las celebre?* No equipares, ay Frontino, no lo hagas, que estas son como dice Plinio MARAVILLAS INVICTAS *dignas de sincera estima*, por las cuales debe reconocerse que el otro mundo se ha conquistado con igual justicia a como los romanos lo hicieron con las armas.

5. Más arriba dije en función de lo que decía Procopio que estos acueductos fueron 14, pero Publio Víctor aumenta la cantidad hasta la cifra de 20. Plinio escribió algo sobre los *embalses* y otras instalaciones propias de los acueductos que también

Aquaeductum scripsit, non sine miraculo etiam audienda. *Agrippa in Aedilitate sua, adiecta Virgine aqua, ceteris corrivatis atque emendatis,* LACVS *septingentos fecit, praeterea* SALIENTES *centum quinque,* CASTELLA *centum triginta: complura etiam* CVLTV *magnifica. Operibus iis* SIGNA *trecenta aerea aut marmorea imposuit,* COLVMNAS *ex marmore quadringentas: eaque omnia* ANNVO SPATIO. Haec unus Agrippa, et uno anno. O virum Augusto Principe dignum! o virum vel Principatu dignum! et non credo benignius et publice utilius ingenium, non item modestius et Principi aptius, exstitisse. Tales, tales sint vobis o magni Reges consiliarii et ministri: qui opibus per vos aucti, eas in publicum refundant, et gratiam gloriamque simul, operibus suis, apud posteros, imperii vestri propagent. At scripsit Plinius *Lacus septingentos* ab eo factos: recte, *ab eo*: sed plures longe fuere in universum, et *mille trecentos quinquagintaduos* Notitia imperii collegit. Isti non aliud, quam aquarum in publico receptacula: e quibus petere omnibus fas esset. etsi gratior aestimatiorque e *Salientibus* ipsis sumpta. Nota autem in Plinio, tot *Signa*, tot *Columnas*, ad ornatum *Lacuum, Salientium, Castellorum*: atque ea ab uno Agrippa: quid arbitraris ab aliis prioribus et secutis fuisse? Atque alia etiam assidua multa impendia circa has aquas: quarum *Curatores* ab Augusto instituti, *cum lictoribus, servis, scribis, librariis, accensis, praeconibus*: ut Frontinus scripsit, ipse inter Curatores. Sed praecipuum, quod familiae et homines certi ad tuenda haec opera, sumptu publico tolerati. Quod idem Frontinus ita prodidit. et Agrippam primo, *per servos privatos suos haec fecisse, eamque familiam Augusto morientem legasse. Augustum deinde publicasse, et deinceps mansisse: atque habuisse homines circiter* CCXL. *Erat autem et altera*, inquit, *Familia Caesaris dicta, et numerus eius* CCCLX *quam Claudius, cum aquas in urbem perduceret, instituit*. Addit, in utraque varia ministeria fuisse, *Villicos, Castellarios, Curatores, Silicarios, Tectores,* aliosque opifices. Habes igitur perpetuos homines sexcentos, ad Aquarum tuitionem.

---

21 *familiam* 1599, 1605] *Familiam* 1598

1-5 Plin. 36.121 [ed. André: *D* pro *centum quinque*] **17** Frontin. *Aquaed*. 97.2
17-18 Frontin. *Aquaed*. 100.1 **20-24** Frontin. *Aquaed*. 98.3; 116.4
24-25 Frontin. *Aquaed*. 117.1 [ed. González Rolán: *ciratores* pro *curatores*]

debe escucharse no sin admiración: *Agripa, durante su edilidad, además del acueducto Virgo, y de rehabilitar y reparar otros, hizo setecientos* EMBALSES*, además de ciento cinco* FUENTES ABIERTAS*, ciento treinta* CASTILLOS DE AGUA*, la práctica totalidad de los cuales estaba magníficamente* DECORADA*. Dotó estas construcciones de trescientas* ESTATUAS *de bronce o mármol, y de cuatrocientas* COLUMNAS *de mármol y todo ello en el* ESPACIO DE UN AÑO. Esto lo hizo Agripa sólo y en un solo año. ¡Hombre digno del príncipe Augusto! ¡Digno también del principado! Yo no creo que existiese un ingenio más benéfico ni útil para el Estado, ni, por cierto, más modesto y apto para el cargo de príncipe. Tales, tales deben ser, o grandes reyes, vuestros consejeros y ministros, los que enriquecidos por vuestra mediación, vierten ese dinero en provecho público y, con sus construcciones, propagan a la posteridad la gloria y la gracia de vuestro poder. En fin, Plinio escribió que a él se le deben *setecientos embalses*, y es correcto ese *a él*, pues en conjunto hubo muchos más y la «Notitia Imperii» recoge *mil trescientos cincuenta y dos*. Su función no era otra sino la de almacenar agua en provecho público. Todo el mundo tenía derecho a consumir su agua, si bien la de más calidad y estima era la que se tomaba de las propias *fuentes abiertas*. Date cuenta también de todas las *estatuas y columnas* que aparecen en Plinio para decorar *embalses, fuentes abiertas y castillos de agua*, y sólo son los de Agripa, ¿qué crees que, antes y después, hicieron otros? Ello generaba también continuos y múltiples gastos para mantenerlos, Augusto creó *'curatores'* para atenderlos, *junto a lictores, esclavos, escribas, archiveros, adjuntos, pregoneros*, tal y como Frontino, él mismo uno de aquellos 'curatores', escribió. Pero lo principal es que se emplearon equipos y personal fijo hombres para el mantenimiento de estas construcciones a cargo del gasto público. Cosa que también revela Frontino. Agripa fue el primero *en hacerlo con sus propios esclavos particulares, y al morir legó este equipo a Augusto. Después Augusto los pasó al cargo del Estado, y así permanecieron en adelante. Eran aproximadamente 240 hombres*. Y sigue diciendo: *Habían también un segundo equipo, llamado imperial, su número era de 360, que instituyó Claudio cuando organizó el abastecimiento de agua a la ciudad*. Añade que en ambos hubo múltiples cargos *como intendentes, encargados de castillos de agua, 'curatores', pavimentadores, escayolistas* y otros operarios. Así pues tienes a seiscientas personas a tiempo completo para la conservación del sistema de aguas.

Lib. III cap. 12: Cloacarum mira.

1. Quas Aquas nunc dimitto, et ad *Cloacas* te duco. Eas scito a Tarquinio Prisco rege structas, quo nemo Regum plura aut meliora. Structae autem ad munditiem, quod clarum est, sordesque omnes vel abluendas, vel evehendas: sed et ad sanitatem, quae illam amat. De magnitudine huius operis, quia mirabaris nos mirari, Plinii et Cassiodori verba danda sunt: qui uterque satis firmiter dicet, quid magni rarique in opere isto fuit. Ille igitur {Lib[ro] XXXVI cap[ite] XV}: *Cloacae*, inquit, OPERVM OMNIVM MAXIMVM*, suffossis montibus, atque urbe pensili, subterque* NAVIGATA. *Fecit id Agrippa in Aedilitate, per meatus corrivatis* VII *amnibus, cursuque praecipiti,* TORRENTIVM *modo, rapere omnia atque auferre coactis. Qui insuper mole imbrium concitati, vada ac latera quatiunt, aliquando Tiberis retro infusi recipiunt fluctus, pugnantque diversi aquarum impetus intus: et tamen* OBNIXA FIRMITAS *resistit. Trahuntur moles internae tantae, non succumbentibus caussis operis; pulsant ruinae sponte praecipites, aut impactae incendiis; quatitur solum terrae motibus: durant tamen a Tarquinio Prisco annis prope octingentis* INEXPVGNABILES. Initio audis, *operum omnium maximum* fuisse: atque ego ac tu fortasse ridemus.

2. Aud.- Non audeo, etsi gestio: sed vereor turbare.

3. Lips.- At alia atque alia caussa etiam rideamus. Tu, quia res vilis attolli videtur: ego quia toties iam audio, *operum omnium maximum*, aut *maxime admirandum*. Quid? semper ista maxima? et tamen res sic habet: ut quidque in manus sumis et examinas, super omnia admiraris: et caussas iudicii eius dones. Vno verbo, omnia miraculum: nostrum nunc videamus, et Plinii verba pensitemus. Ait, aut indicat, *navigatas has Cloacas.*] Quid magni, si tam magnae *ut vehem foeni onustam large transmitterent*? Id enim non Plinius solum ita scripsit, sed et Strabo. cum Romanos ait *trium maxime operum curam gessisse, quae neglecta videbantur a Graecis: Viarum, Aquaeductuum, Cloacarum*. Additque: *Cloacas istas*, LAPIDIBVS SECTIS ET AD NORMAM POSITIS *suffultas, spatium etiam currui foeno onusto ad transitum praebuisse*. Enimvero Marlianus, qui dimensus est, prodidit, *pedum* XVI *latitudinem* se repperisse: de altitudine vellem etiam addidisset. nec minor sane fuit.

4. Dixit amplius Plinius, *Corrivatos* VII *amnes*.) Intellegi opinor, ipsas septem Cloacas praecipuas, tot quot sunt montes. Nam ex iis defluebant et derivabantur aquae ac sordes, et in magnam unam confluebant. Quin enim plures minutae fuerint, non ambigendum est: sed istae tot fuere quasi flumina, et alveo grandiores, atque eae per

---

29-30 [[LAPIDIBVS...POSITIS]] 1599, 1605] *lapidibus sectis et ad normam positis* 1598

---

3 DH 3.67.5 **8-16** Plin. 36.104-106 [ed. André: *DCC* pro *octingentis*] **27-30** Str.5.3.8

Lib. III cap. 12: La maravilla de las cloacas.

1. Voy a abandonar ahora estas aguas para llevarte a las *cloacas*. Sé que fueron construidas por el rey Tarquinio Prisco, ningún otro rey tuvo que hacer más ni que mejorarlas. En efecto, se construyeron, claro está, para hacer desaparecer o evacuar todas las inmundicias y suciedades, pero también para el saneamiento, al que contribuyen no poco. Sobre la grandeza de esta construcción, ya que te asombrabas de mi asombro, dos son las citas dignas de aducirse: una de Plinio y otra de Casiodoro, ambas dicen bastante certeramente lo que esta construcción tuvo de grande y excepcional. El primero, pues, dijo {en el libro XXXVI, capítulo XV}: *Las cloacas son una* OBRA POR ENCIMA DE TODAS*, tras minar los montes, la ciudad quedó colgada y se navegaba por subterráneos. Agripa durante su edilidad, tras hacer confluir el caudal de siete arroyos y su curso descendiente, hizo que a modo de* TORRENTES *arrastraran cuanto encuentran y lo quitaran de en medio. Estos, alimentados con la masa de las precipitaciones, baten el fondo y los costados, y en ocasiones reciben el aporte de los reflujos del Tíber, de modo que dentro luchan varias corrientes de agua y, a pesar de ello, se mantiene el conjunto con una* SOLIDEZ IMPERTURBABLE*. Se llevan consigo grandísimas moles internas sin que se vengan abajo los fundamentos de la construcción, las baten escombros que caen por su propio peso o que se tiran en los indendios, los movimientos de tierra sacuden el suelo, y sin embargo permanecen* INTACTAS *desde Tarquinio Prisco, unos ochocientos años*. Al inicio de la cita oyes que fue una *obra por encima de todas*, tú y yo, quizás, nos riamos de ello.

2. Discípulo- Yo no me atrevo, aunque lo deseo ardientemente, pero tengo miedo de molestar.

3. Lipsio- Más aún nos hemos de reir, pero será en otro momento y por otras razones. Tú porque crees que aducir el tema es cosa vil, yo porque he oído ya tantísimas veces lo de *obra por encima de todas* o *digna de especial admiración*. ¿Cómo es que siempre aparece esta expresión? Sea como fuere nuestro tema tiene la siguiente característica: que cualquier cosa a la que echas mano para examinarla te produce admiración por encima de lo demás, y te pones a buscar explicaciones de esa opinión. En una palabra, todo parece ser maravilloso, veamos por ahora esta maravilla y examinemos detenidamente por partes la cita de Plinio. Dice y señala que *estas cloacas se navegan*. Debían ser grandes si lo eran como para *permitirle el paso son holgura a un carro cargado de heno*. Pues, en efecto, eso no sólo lo escribió Plinio, Estrabón también lo dice cuando afirma que los romanos *se preocuparon sobre todo por acometer tres construcciones que parecían haber sido descuidadas por los griegos: la de las vías, acueductos y cloacas*. Y añadió que *estas cloacas apuntaladas con* PIEDRAS CORTADAS Y COLOCADAS A ESCUADRA*, suministran el espacio para el paso a un carro cargado de heno*. Y, ciertamente, Marliano que las ha medido nos revela que encontró *una anchura de 16 pies*, me gustaría que también hubiera añadido la altura, que sin duda no fue menor.

4. Plinio dice además que *se hicieron confluir 7 arroyos*.) Opinio que se refiere a las propias siete cloacas primitivas, tantas como montes. Pues de ellos bajaban y se derramaban aguas y suciedades que confluían en una sola mayor. No debe dudarse que hubo también muchas pequeñas, pero estas eran como ríos y tenían un lecho mayor y a su vez eran conducidas por la zona llana de la ciudad. En este sentido es como yo interpreto a Livio, cuando tratando de Tarquinio Prisco {en el libro I} dice:

plana urbis ferebantur. Livium sic interpretor, de Tarquinio Prisco {Lib[ro] I}: INFIMA *urbis loca circa Forum,* ALIASQVE *interiectas collibus* CONVALES*, quia ex planis locis haud facile evehebant aquas, Cloacis e fastigio in Tiberim ductis, siccat*. Has olim {Lib[ro] V} *per publicum ductas* idem Livius alibi scripsit: *sed urbe* inquit*, incensa a Gallis, festinatio curam exemit vicos dirigendi, atque ita* CLOACAE *passim privata etiam subeunt tecta*.

5. Pergit deinde Plinius firmitatem commendare. et caussas concutientes quattuor commemorat: quarum vel singulae firmissima opera evertant; at non labefactant istud. Sunt, Pugna aquarum et copia intus; Moles et columnae vastae, quae per vias, et super illas, trahuntur; Ruinae variae et pondera incidentium aedificiorum; denique validi aliquot Terraemotus. Quidni igitur firmum et rara duritie opus, quod omnibus resistit? et id per tot saecula? Etsi tamen repararunt, aut fulserunt interim, quod omnino necesse fuit. notatque Livius {Lib[ro] XXXIX}, *Censores detergendas Cloacas, et in Aventino atque aliis partibus, qua nondum essent, faciendas locavisse*. Quam sumptuosa illa, aut similis reparatio, dicit apud Dionysium C[aius] Aquillius. qui scripsit {Lib[ro] III}, *neglectis aliquando cloacis, et non defluentibus, Censores in earum instaurationem mille talenta impendisse in redemptores*. Ea sunt *sexcenta millia* Philippaeorum: quid igitur et quanti paratio universa, si tanti in partibus reparatio?

6. Sed audiamus et Cassiodorum de istis, ac finiamus. SPLENDIDAE *Romanae civitatis* CLOACAE*, tantum visentibus conferunt* STVPOREM*, ut aliarum* CIVITATVM *possint* MIRACVLA *superare. Videas illic* FLVVIOS*, quasi montibus concavis clausos, per ingentia stagna decurrere. Videas structis* NAVIBVS *per aquas rapidas, non minima sollicitudine, navigari, ne praecipitato torrenti, marina possint naufragia sustinere. Hinc o* ROMA SINGVLARIS*, quanta in te sit potest colligi* MAGNITVDO*. quae enim urbium audeat tuis culminibus contendere, quando nec* IMA *tua possunt similitudinem reperire*? Pulchra conclusio, et in scito eo dicto conquiesco.

---

13 omnino necesse 1599, 1605] opus 1598

1-3 Liv. 1.38.6 **4-6** Liv. 5.55.5+4 **13-14** Liv. 39.44.5 **16-17** DH 3.67.5
19-26 Cassiod. *Var.* 3.30

Deseca las ZONAS BAJAS *de la ciudad en torno al foro,* Y OTROS VALLES *que quedan entre las colinas, y, como las aguas se sacan no sin dificultad de los lugares llanos, emplea cloacas trazadas desde lo alto hacia el Tíber*. En otro lugar escribió Livio también que antiguamente *se trazaban a través de zonas públicas* {en el libro V}, *pero*, prosigue, *tras el incendio de la ciudad provocado por los galos, la premura hizo imposible que el poder público reconstruyera ordenadamente los barrios, y a eso se debe que por todas partes las* CLOACAS *también pasen por debajo de las casas privadas*.

5. Después Plinio prosigue comentando su solidez, y evoca cuatro razones que pueden estremecerlas, cualquiera de ellas echaría abajo construcciones solidísimas, pero a esta apenas la conmueven. Son las siguientes: el encuentro de aguas y la cantidad que se junta dentro; las moles y vastas columnas que corren por los canales o por su superficie; los múltiples escombros y el peso de lo que cae de los edificios; y finalmente fuertes terremotos. Así pues, ¿cómo no iba a ser sólida y de excepcional consistencia una construcción que aguantaba todo aquello?, ¿y eso durante tantos siglos? No obstante, las repararon o, de vez en cuando, las apuntalaron como parece claro que se fue haciendo necesario, y apunta Livio {en el libro XXXIX} que *los censores hicieron un contrato para limpiar las cloacas en el Aventino, y en otros lugares donde todavía no hacía falta, para que se fuera realizando tal limpieza.* Cayo Acilio dice en Dionisio lo caro que resultó aquello que hay que entender como un trabajo de rehabilitación, cuando escribió {en el libro III} *habiéndose descuidado las cloacas por momentos, y faltas de desatascarse, los censores gastaron mil talentos en su puesta a punto y en reparaciones*. Eso equivale a seiscientos mil filipeos, por lo tanto, ¿cuánto valdría el conjunto del dispositivo, si sólo la reparación de algunas partes subía a tanto?

6. Pero, para finalizar, oigamos también a Casiodoro sobre este mismo asunto: *Las* ESPLÉNDIDAS CLOACAS *de la ciudad romana, provocan tan gran* ESTUPOR *a los que las ven que pueden superar las* MARAVILLAS *de otras* CIUDADES. *Allí puedes ver* RÍOS*, encerrados dentro de auténticas montañas huecas, que corren a través de gran número de estanques. Puedes ver cómo se navega con* NAVES *construidas para aguas rápidas, con no poca preocupación, de modo que cuando se detiene la aceleración del torrente pueden darse naufragios marinos. Es aquí, oh* SINGULAR ROMA*, donde se puede comprender cual es la* GRANDEZA *que llevas dentro, en efecto, ¿qué ciudad osaría forzar tus cumbres si no puede nisiquiera encontrar algo similar a lo que tienes* EN LO MÁS ÍNTIMO*?* Bella y límpida conclusión, y yo me contento con que se comprenda cuanto en ella se dice.

Lib. III cap. 13: Traiani Pons in Danubio.

1. Aud.- Non patiar, et te excito. Quid enim? tu et ego destituamur in his Cloacis? quae ut sint, magnae, operosae, mirabiles; tamen Cloacae sunt, et oletum suum habent. Exime nos, et mundius alibi pone.

2. Lips.- Hem! bona monitio. sequere me ad Danubium, et illic in eius aquis lavemur.

3. Aud.- A Tiberi ad Danubium? bonus saltus, quis Pegasus nos vehet?

4. Lips.- Ille Mentis: quae momento summa, ima, propinqua, dissita, permeat et pervadit. Nec ad Barbaros tamen imus, ne metue.

5. Aud.- Ego vero metuo, et iam cor meum vasa colligat atque abit. Nescis tu pugnas illic cum maxime nunc pugnari? et in quibus vita, libertas, religio aguntur?

6. Lips.- Scio, securus esto. Romanus imperator, atque is Traianus, nobis aderit, cum legionibus suis copiisque. Vtinam nunc tales ibi decem, tali disciplina? o quam Victoria mox applaudat et circumvolet purpureis suis pennis?

7. Sed ecce in Danubio *Pontem* libet memorare, quem dictus ille Imperator struxit: operum omnium fortasse, arte et difficultate maximum, si non sumptu. Describit graphice Dio Cassius, et gratia sectori eius Xiphilino esto, quod hanc partem non recidit. O quam pulchras valentesque ille alias? nihil paene nos fugeret in rebus Romanis (tanta diligentia et accuratio fuit) si scriptor ille totus exstaret.

8. Sed de Ponte, sunt verba e Compendio Dionis: *Traianus Imperator pontem lapideum super Istrum statuit, quem* EGO NEC DIGNE QVIDEM HABEO ADMIRARI*. Nam etsi alia pulcherrima Principis eius opera exstant, tamen hoc est* SVPER OMNIA. *Pilae igitur eius sunt viginti, e lapide secto et quadrato, quae altitudinem habent* CL *pedum, latitudinem* LX. *Distant inter se* CLXX *pedes, fornicibus devinctae. Quomodo autem non aliquis* SVMPTVM *in istas admiretur? quomodo non et destituendi firmandique modum? idque in flumine* MAGNO ET VORTICOSO*, et fundo ipso infido et limoso. nam nec avertere quidem cursum fluminis licuit ullo modo. Nec vero de magnitudine fluminis ideo dixi, tamquam ibi maximum sit (imo vero alibi duplo maius est aut triplo, atque instar pelagi se diffundit:) sed quia locus ille arctissimus ibi locorum, et aptissimus ponte iungi, est tantus. Quo autem magis in arctum illud ex lato contrahitur, et rursum in latum se effundit; tanto nimirum et rapidius fluit, et profundius exsistit. Vt hoc quoque difficultatem atque arduum operis valde auxerit. Magnitudo igitur animi Traiani ex eo quidem constat, non tamen usum*

25-*2* DC 68.13.1-6

Lib. III cap. 13: El puente de Trajano sobre el Danubio.

1. Discípulo- No puedo más, te ruego que salgamos. De verdad...¿qué hacemos vagando los dos perdidos en estas cloacas? Que por muy grandes, prodigiosas y admirables que sean, no dejan de ser cloacas y tienen un tufillo característico. Sácanos de ahí, y al menos a mí llévame a un lugar más limpio.

2. Lipsio- ¡Buen consejo! Sígueme al Danubio, que en sus aguas vamos a bañarnos.

3. Discípulo- ¡Del Tíber al Danubio! Menudo brinco, ¿qué Pegaso nos va a llevar allí?

4. Lipsio- El de la imaginación que al momento llega y penetra lugares sean profundos o elevados, cercanos y distantes. No tengas miedo que, a pesar de todo, no vamos para atacar a los bárbaros.

5. Discípulo- Pues, a pesar de todo, no me tranquilizas, pues los preparativos que haces me contraen el corazón. ¿No sabes que allí se está luchando con denuedo ahora mismo y que en esa lucha están en juego vida, libertad y religión?

6. Lipsio- Lo sé, estate tranquilo. Un emperador romano, es más el mismísimo Trajano, nos asistirá con sus legiones y ejércitos. ¡Ojalá hubiera ahora allí diez de aquellas antiguas y que tuvieran su misma disciplina! ¡Qué rápido se nos mostraría favorable y revolotearía alrededor la Victoria con su plumaje purpúreo!

7. Pero hete aquí la oportunidad de recordar el *puente* sobre el Danubio que construyó el citado emperador, construcción quizá superior a todas las demás por técnica y dificultad, si no lo fue también por el gasto que conllevó construirla. Dion Casio la describe gráficamente, y hay que reconocerle a su continuador Xifilino que esta parte no se abreviara. Me pregunto por otras partes bellas y valiosas que sí abrevió. No se nos escaparía apenas nada de la Historia romana (por la grande y diligente atención que le prestó) si aquel escritor nos quedara entero.

8. Sea como fuere, sobre el puente, la cita del compendio de Dion dice lo siguiente: *El emperador Trajano tendió un puente de piedra sobre el Danubio* DEL QUE ME VEO INCAPAZ DE DAR UN RETRATO MÍNIMAMENTE DIGNO. *Pues, aunque quedan otras construcciones bellísimas de este príncipe, esta queda* POR ENCIMA DE TODAS. *De modo que tiene veinte pilares de piedra cortada y escuadrada que alcanzan los 150 pies de altura y 60 de anchura. Entre sí están separados 170 pies y están enlazados con arquerías. ¿Cómo, por lo tanto, no va a haber quien admire* EL DINERO *que han costado? ¿Cómo no se va a admirar la técnica con que fueron dispuestos y afianzados sobre su base? Pues ha habido que hacerlo en un río* BRAVO Y LLENO DE REMOLINOS*, cuyo fondo es movedizo y cenagoso, y es que, ciertamente, no hubo manera alguna de desviarle el curso. Y en verdad, el tamaño del que he hablado no significa que el río alcance en ese punto la máxima anchura (por cierto que en otros lugares es dos o tres veces mayor y que se abre como si fuera el mar), sino que, por el contrario, el lugar, a pesar de ser el más estrecho de aquellas tierras y de ser por ello perfectamente adecuado a ser unido por medio de un puente, presenta enormes distancias. Por lo demás, allí es donde el río es más estrecho, aunque inmediatamente después su anchura aumenta; es entonces cuando fluye más rápido y más profundo se muestra. De manera que también esto ha de acrecentar sobremanera la dificultad y lo arduo del trabajo. Así pues, por esta obra queda constancia de la grandeza de ánimo de Trajano, aunque no ha sobrevivido hasta*

nobis nunc praebet. sed pilae dumtaxat stant, quasi in eum finem modo structuae, ut documento sint NIHIL ESSE QVOD INGENIO HVMANO NON POSSIT EFFICI.

9. Additque deinde, Hadrianum Imp[eratorem] metu ne Barbari ea transirent, an aemulatione in Optimum Principem, *iussisse superiora* Pontis dirui: atque ita Pilas solas mansisse. Quid autem ego aut tu hic digne miremur? negat ab illo aevo Dio, se id posse. Atqui plura magna et magnifica viderat, quam nos mente concipere aut deformare possimus. Putat tamen et censet, omnia ab hoc opere superata: quod leviter adsistamus, et inspectemus. Ait, *Pilas viginti* fuisse: atqui Paulus Iovius, florentis ingenii et stili scriptor, dicit etiamnunc *trigintasex* exstare et conspici, in confinio Valachiae et Transilvaniae, ad opidum *Severinum*. Vtri credam? sane si oculi nunc convincunt ita esse, manus et herbam do; videant modo et dicant, qui adsident et possunt arbitrari. Sin rationem et scriptionem Dionis sequor; adseram audacter de *viginti*: quia signanter notat, fluvium ibi arctissimum (ut in iis locis) esse.

10. Atqui descriptio ista viginti Pilarum, quae *sexaginta pedes* latae sint; quarum fornices, *centum septuaginta*: quid efficit et colligit, nisi fluvii latitudinem *quattuor mille septingentorum septuaginta* fuisse? id est, paullo minus, *unius milliaris*. Si aliter, aut si grandius; videbunt ii qui accolunt et docebunt: tum nobis opus rescribere et reformare ipsum Dionem. Nam quod aliquis dicat eum nescisse, aut de opinione ista scripsisse; ipse opinetur et erret. cum vir ille insignis peritia rerum et honoribus, in ipsis iis locis Praeses fuerit Dalmatiae, Pannoniaeque. Itaque scire omnino potuit; et debuit, in cura ista rerum scribendarum. Vereor ut Iovius sit, quod etiam alibi, auditionum facilis, et parum diligens examinis aut veri. Sed ut dixi, vicini aut inspectores arbitrantur. Ait Dio amplius: *Pilarum intervallum fuisse centum septuaginta pedum.*) Ita me Deus (nam exclamo) grande hoc concamerationis spatium, nec efficiendum, nisi altitudo illa Pilarum accessisset, et tarde ac lenta inclinatione fornix surrexisset.

11. Praeterea, *mirari se quomodo in tali profundo flumine et verticibus Pilae firmatae*.) Ego tecum, o Dio, miror: et maxime, cum neges averti flumen potuisse aut derivatione exhauriri. Difficile omnino opus, et fundamentorum molitio talis e lapide: si sublicarum et materiae res esset, aliud esset. Sed heus tu Hadriane! si citare Imperatorem fas, dica et lis tibi apud me sit, fortasse et punitio: quod talem pontem vix bene structum destruxisti. Dicam tibi verum vel mortuo? Invidisti optimo maximoque Principi, et habere super omnes gloriam voluisti magis, quam meruisti. Valete *Opera publica*: quin tu etiam, mi Auditor, in crastinum vale aut salve.

---

11 possunt arbitrari 1599, 1605] vident 1598 **23** arbitrantor 1598, 1605] arbitrantur 1599

---

9 Jovio 1578, p. 465, l.9-10: *ad oppidum Severinum ubi Traiani pontis admirabiles pilae triginta quatuor* [sic]*, nequaquam totas obruente Danubio visuntur.*
19-21 DC 49.36.4

hoy su uso para nuestro provecho. No obstante, los pilares por lo menos sí que quedan en pie, como si sólo se hubieran construido con el fin de convertirse en prueba de que NO HAY NADA QUE CON EL INGENIO DEL HOMBRE NO PUEDA REALIZARSE.

9. Después sigue diciendo que el emperador Adriano, por miedo a que los bárbaros lo atravesaran o por la envidia que pudiera tener al Óptimo Príncipe, *mandó* derribar *la parte superior* del puente, y que por eso sólo quedaron los pilares. ¿Cómo vamos a mostrar aquí nosotros dos nuestro asombro dignamente, si Dion dice que en su siglo él no se veía capaz de hacerlo? Él, que había visto gran cantidad de obras memorables y magnificentes que nosotros apenas podemos concebir ni a las que podemos dar forma con la imaginación. Dion piensa, no obstante, y está convencido de que la construcción superó a todas, por lo cual vamos a incorporarnos levemente para considerarla. Dice que hubo *veinte pilares*, ahora bien, Paulo Jovio, escritor prolífico y de brillante estilo, dice que hoy en día en los confines de Valaquia y Transilvania, junto a la ciudad de *Severino*, se conservan y pueden verse *treinta y seis*. ¿A cuál de los dos dar crédito? No cabe duda de que cuando mis ojos me convenzan de quien la tiene, a él le daré el pan y la sal. Pero que primero lo vean y se pronuncien únicamente quienes viven cerca y pueden actuar de testigos. Entretanto, seguiré las cuentas y el texto de Dion, y he de reivindicar tenazmente la cifra de *veinte* porque éste anota puntualmente que allí el río está muy encajonado (como es propio de aquellas tierras).

10. Con todo, la descripción que hace de los veinte pilares, que son de *sesenta pies* de ancho, y con arcadas de *ciento setenta*, ¿qué da como resultado tras hacer el cálculo sino que la anchura del río fue de *cuatro mil setecientos setenta*?, esto es, poco menos de *una milla*. Si es de otro modo, y es mayor, lo verán sus habitantes y nos lo mostrarán, entonces será el momento de rectificar y de rehacer el propio texto de Dión. Pues si alguien dice que no lo conocía o que escribió de oídas, él mismo es quien escribe de oídas y se equivoca, porque aquel varón insigne dotado de un conocimiento basado en la experiencia y de dignidades públicas fue gobernador en estas mismas tierras de Dalmacia y Panonia. Así pues, es bien cierto que pudo conocerlo, por cierto que debió hacerlo por respeto a esta tarea de contar la Historia. Me temo que Jovio es, según se aprecia en otros textos, hombre crédulo y poco diligente en el examen de la verdad. Mas, como dije, que juzguen los vecinos que pueden inspeccionarlo. Dice Dion además que *el hueco entre los pilares fue de ciento setenta pies*.) Así, Dios mío (me permito exclamar), entre pilar y pilar había un abovedamiento que sólo se podía conseguir si la arcada aumentaba aún más la altura de los pilares con una lenta y progresiva inclinación.

11. Más adelante dice que *se admiraba él de lo firme que estaban los pilares en un río tan profundo y con tantos remolinos*.) Y yo me admiro contigo, Dion, sobre todo, si dices que no se pudo desviar el río o desecar su cauce reconduciéndolo. Obra, por cierto, también difícil, la del establecimiento de cimientos de piedra, aunque otra cosa sería si se tratara de una obra de tablones y cemento. Pero, ¡qué te parece lo de Adriano! Si se me permite citar a un emperador ante mi tribunal, la acusación y el juicio lo tendrías garantizado y quizá también una condena por haber destruido tal puente apenas acabado de construir. ¿Me atreveré a decretarte la pena de muerte? Envidiaste a un príncipe óptimo y máximo, y preferiste, antes que merecerla, tener la gloria por encima de todos los demás. Adiós, *Obras públicas*. También de ti, discípulo mío, me despido hasta mañana.

Lib. III cap. 14: Privatorum hominum Vrbanae aut Rusticae aedes.

1. Aud.- Ego vere nec valeo nec salveo (da veniam immodestiae:) nec amoliris me, nisi nomine plene persoluto. An non, post *Publica opera*, pollicebaris *Privata*? et certe ita disponebas; nec tam madida memoria sum, ut hoc effluxerit.

2. Lips.- Disposui, haud nego: sed fatigor, nisi quod in extrema tamen calce, ut cursores, spiritus et vires excitabo adspectu ipso metae.

3. *Privatis* igitur *Operibus* duo nunc considero, *Domos* et *Villas*. Illae fuerunt in tam splendida et nitenti urbe, pro ipsa urbe, et ut pulchri corporis apta ac decora membra. Domus dico magnificae, ornatae, instructae, columnis, marmore, auro, statuis: et quidquid excogitare ambitio aut luxuria poterat. Sed eaedem etiam laxae, patentes: quod docuerint satis Valerii haec verba, de Cincinnato, {Lib[ro] IIII cap[ite] IIII} *cui quattuor sola iugera aranti non solum* (ut inquit) *dignitas patrisfamiliae constitit, sed etiam Dictatura delata est*. Et tum comparatione quadam et indignatione addit: *Anguste se habitare nunc putat, cuius domus tantum patet, quantum Cincinnati rura patuerunt*. [[Quid domus? imo earum aliquod membrum. Idem auctor {Lib[ro] XXXVI cap[ite] XV}: *Nimirum sic habitarunt, qui hoc imperium fecere. quorum* AGRI *quoque minorem modum obtinuere, quam* CELLARIA *istorum*. Iterumque alibi {lib[ro] XVIII, cap[ite] II}: *Bina tunc iugera populo Romano satis erant, nullique maiorem modum adtribuit: quo servos paulloante Principis Neronis, contemptis huius spatii viridariis,* PISCINAS *iuvit habere maiores: gratumque, si non aliquem et* CVLINAS.]] Nec est in sermone supergressio: revera amplae domus, et praesertim magnatium virorum procerumque. Quas et P[ublius] Victor ac Notitia imperii proprie *Domos* appellant, et ab *Insulis* distinguunt. Itaque computant, *Insulas tota urbe quadragintasex millia sexcentas duas, Domos mille septingentas octoginta* fuisse. harum longe minore numero, ut quae tanto grandiores, instructioresque essent. [[Enimvero grandes instructaeque et Apuleii haec attende {De Deo Socrat[is]}. *Igitur illas aedificiorum species, in quas* PATRIMONIA SVA *profuderunt, amoenissimas et exstructissimas deprehendas: aulas* AEMVLAS VRBIVM *conditas, domos* VICE TEMPLORVM *exornatas*. Itane cum *Vrbibus* comparat? nec solus. nam et Seneca, epistola XCI suum vetusque aevum disparans: *Non habebant*, inquit, *domos* INSTAR VRBIVM: quasi dicat, at nos habemus. Alibi audacius (De Benefic[iis] VII cap[ite] X) agnoscit et increpat *aedificia privata laxitatem* MAGNARVM VRBIVM *vincentia*. Quae ista sunt? quae item, quae Olympiodorus, in Bibliotheca Photii? Ὅτι ἕκαστος τῶν μεγάλων οἴκων τῆς ῥώμης, ἅπαντα εἶχεν ἐν ἑαυτῷ, ὁπόσα πόλις σύμμετρος ἠδύνατο ἔχειν· ἱππόδρομον, καὶ φόρους, και ναοὺς, καὶ πηγὰς, και λουτρὰ διάφορα. διὸ καὶ ὁ συγγραφοὺς ἀπεφθέξατο.

Εἷς δόμος ἄστυ πέλει. πόλις ἄστεα μύρια τούχει.

17-22 [[Quid...CVLINAS.]] 1605] deest 1598, 1599 **27-*34*** [[Enimvero... Communiter]] 1599, 1605] Sed de instructu, communiter 1598

13-16 Val. Max. 4.4.7 **25-26** P. Vict. (ed. Valentini-Zucchetti)
28-30 Apul. *De Deo Soc*. 22.171 [ed. Beaujeu: *illa spectes* pro *illas species* (Lips.=codd.)] **31-32** Sen. *Ep*. 90.43 **33-34** Sen. *Ben*. 7.10.5
35-39 Phot. 80 (=Olymp.), p. 185, ll. 18-22

Lib. III cap. 14: Edificios privados urbanos y rústicos.

1. Discípulo- Pues yo ni me despido ni me voy (permíteme el atrevimiento). No me vas a perder de vista hasta que cumplas del todo con tu palabra. Recuerda, ¿no me propusiste después de las *construcciones públicas*, las *privadas*? Ciertamente fue así como planteaste la clase y no es tan mala mi memoria como para no recordarlo.

2. Lipsio- No te niego que así fuera, pero estoy fatigado para cumplirlo. No obstante, como hacen los corredores en los últimos momentos de su carrera, voy a recobrar ánimo y fuerzas a la vista de la meta.

3. Pues bien, considero en este momento que hay dos tipos de *construcciones privadas*: las *casas* y las *villas*. Las primeras fueron tan espléndidas y deslumbrantes como la ciudad en la que estaban, eran como miembros perfectamente aptos para el cuerpo ya de por sí bello que decoraban. Me refiero a un tipo de casa magnífica, adornada y bien provista de columnas, mármol, oro y estatuas, y cuanto boato y lujo pudiese imaginarse. Estas casas eran ante todo amplias y espaciosas como lo muestra palpablemente la siguiente cita de Valerio sobre Cincinato {en el libro IIII, capítulo IIII}, *quien no sólo mantuvo la dignidad del 'paterfamilias'* (según dijo) *arando sus cuatro yugadas, sino que también se le confió la dictadura.* Y, entonces, como mostrando su indignación con una comparación, añade: *Hoy en día uno cree vivir con lo justo si su casa ocupa lo que los campos de Cincinato*. ¿Eso es lo que ocupaban las casas?..., por cierto que incluso alguna de sus partes. El mismo autor dice {en el libro XXXVI, capítulo XV}: *En efecto, los que crearon este imperio vivieron en unas condiciones en las que sus* CAMPOS *eran más pequeños que los* CUARTOS *en que habitan sus sucesores*. Y en otro lugar {en el libro XVIII, capítulo III} en el mismo sentido dice: *Entonces al pueblo romano le bastaba con dos yugadas y no asignaba a nadie más por lo que poco antes de tiempos del príncipe Nerón, considerando lo reducido de este espacio, se permitió que los siervos tuvieran* PISCINAS *mayores, cosa que resultó comúnmente aceptada aunque alguno hizo también* COCINAS. No hay en ese pasaje exceso alguno, pues es cosa cierta que las casas eran amplias y particularmente la de los magnates y próceres. Estas son las que reciben propiamente el nombre de *casas* tanto de Publio Víctor como de la «Notitia Imperii», que las distinguen de los *bloques de viviendas*. Y así se cuentan *cuarenta y seis mil seiscientos dos bloques en toda la ciudad, mil setecientas ochenta casas*, la cifra de estas últimas es bastante menor porque eran tanto más grandes y confortables. A este respecto atiende al siguiente texto de Apuleyo {«*De Deo Socratis*»}. *Entonces descubrirás el amenísimo y descomunal aspecto de los edificios en que vierten* SUS PATRIMONIOS*: las habitaciones se preparan* COMO SI FUERAN CIUDADES *y las casas se decoran* A LA MANERA DE LOS TEMPLOS. ¿No compara las casas con ciudades? No es el único. Pues también dijo Séneca, en la epístola 91, cuando quiere diferenciar su época de la antigua: *No tenían casas* GRANDES COMO CIUDADES, y le falta por decir que nosotros sí las tenemos. En otro lugar se atreve aún más («De Beneficiis» VII, en el capítulo X), pues en él se refiere para increparlos a *los edificios privados que superan en amplitud a las* GRANDES CIUDADES. ¿A cuáles se refiere?, ¿a los mismos que Olimpiodoro en la «Biblioteca» de Focio? Ὅτι ἕκαστος τῶν μεγάλων οἴκων τῆς ῥώμης, ἅπαντα εἶχεν ἐν ἑαυτῷ, ὁπόσα πόλις σύμμετρος ἠδύνατο ἔχειν· ἱππόδρομον, καὶ φόρους, και ναοὺς, καὶ πηγὰς, και λουτρὰ διάφορα. διὸ καὶ ὁ συγγραφοὺς ἀπεφθέξατο.

Εἷς δόμος ἄστυ πέλει. πόλις ἄστεα μύρια τούχει.

Quaeque magnarum domuum omnia in se ipsa habet, quaecumque MEDIOCRIS VRBS *possit continere: nempe Circum, Fora, Templa, Fontes, Balnea diversa. Ideo et poëta dixit,*

Vna domus VRBS *est. urbs* OPIDA PLVRIA *claudit*.

4. Examina et nota, mira sunt: sed Martiali etiam paucis versibus comprehensa, {Lib[ro] XII} *In habentem amoenas aedes*:

Daphnonas, platanonas, et aërias cyparissos,
Et non unius Balnea solus habes.
Et tua centenis stat Porticus alta columnis,
Calcatusque tuo sub pede lucet onyx.
Pulvereumque fugax Hippodromom ungula plaudit,
Et pereuntis aquae fluctus ubique sonat.

5. Sunt ipsa, quae Olympiodorus dixit, exceptis *Foris*: quae intellegas fuisse hypaethra quaedam et subdivalia, inter illas Porticus, et statuis alioque ornatu, in Fori faciem. [[Quid autem si revera ibi iudicia et forenses conventus? Fuere, et clientium, libertorum, servorum suorum caussas domi cognoscebant. Clientium autem magnus olim populus. Horatius:

---non aliter tamen
Dimovit obstantes propinquos,
Et populum reditus morantem,
Quam si CLIENTVM *longa negotia*
Diiudicata LITE *relinqueret*
Tendens Venafranos in agros
Aut Lacedaemonium Tarentum.

6. Vitruvius {Lib[ro] VI cap[ite] VIII} etiam suadet *Nobilium, et qui magistratus gerunt, domos laxiores fieri; Bibliothecas ibi esse, Pinacothecas,* BASILICAS (ad iudicia) *non dissimili modo, quam* PVBLICORVM OPERVM *magnificentia comparat. quod in Domibus eorum saepius et publica consilia, et* PRIVATA IVDICIA *arbitriaque conficiantur*. Sed ut in re maneam, talis igitur laxitas: quid Apparatus et instructio?]] Communiter ita Seneca {Epi[stola] XCVI}: *Quid inter pueros et nos interest?nisi quod nos circa Tabulas et Statuas insanimus, carius inepti. Illos reperti in litore calculi laeves et aliquid habentes varietatis delectant; nos ingentium maculae* COLVMNARVM*, sive ex Aegyptiis arenis, sive ex Africae solitudinibus advectae, porticum aliquam vel* CAPACEM POPVLI *caenationem ferunt. Miramur parietes tenui* MARMORE *inductos, cum sciamus quale sit quod absconditur: oculis nostris imponimus. Et cum* AVRO *tecta perfundimus, quid aliud quam mendacio gaudemus? scimus enim sub illo auro foeda ligna latitare*. Primum in ipsa domo est,

---

17-32 [[Quid...instructio?]] 1605] Plinius: *Mox Forum et in domibus privatis factum, atque in atriis. Honos clientium instituit sic colere patronos*. Hoc ille, ubi de Statuis, in privato ita dispositis. Sed ut in re maneam, talis igitur laxitas: quid Apparatus et instructio? 1599 **36** COLVMNARVM 1599, 1605] *columnarum* 1598 **39** AVRO 1599, 1605] *auro* 1598 **40** domo 1599, 1605] Domo 1598

8-13 Mart. *Epigram*. 12.50 vv.1-6 [ed. Shackleton: *pytagonas* pro *cyparissos*; *tibi* pro *tua*] **20-26** Hor. *C*. 3.5 vv. 50-56 [ed. Shackleton: *obstantis* pro *obstantes*]

Cualquier gran casa tiene en su interior todo lo que una CIUDAD MEDIANA *pueda contener: desde luego un circo, foros, templos, fuentes y varios baños. Por eso dijo el poeta,*

Un solo hogar es una CIUDAD. *Una ciudad encierra* MÚLTIPLES POBLADOS.

4. Analiza y date cuenta de lo que dice pues es algo sorprendente, que, no obstante, Marcial es capaz de resumir en unos pocos versos *Al poseedor de un ameno palacio*{en el libro XII}:

Laureles, plátanos y aéreos cipreses,
también posees baños para más de una persona.
Y tu pórtico se yerque alto con cien columnas,
y el onyx hollado luce bajo tu pie.
Y el casco veloz bate el polvoriento hipódromo,
Y por todas partes resuena un chorro de agua corriente.

5. Dice lo mismo que Olimpiodoro, salvo en lo de los foros que debes entender que fueron ciertas estancias descubiertas y al aire libre donde había pórticos y estatuas y diferente ornato, a la manera de los foros. ¿Cómo que si es cosa cierta que allí se celebraron juicios y reuniones públicas? Desde luego que sí, pues domésticamente se resolvían las causas de clientes, libertos o siervos propios. Antiguamente, en efecto, la mayor parte del pueblo estaba compuesto por clientes. Dice Horacio:

---no lo hizo de un modo diferente
el abandonar a los familiares que querían impedírselo,
y al pueblo que aguardaba su regreso;
que como quien de sus CLIENTES *los tediosos negocios*
deja resueltos EN EL TRIBUNAL
parte para irse a los campos de Venafro
o a la Tarento de los lacedemonios.

6. Vitrubio {en el libro VI, capítulo VIII} aconseja que *las casas de los nobles y de quienes asumen magistraturas se hagan más amplias; que allí haya bibliotecas, pinacotecas,* BASÍLICAS (para los juicios) *de un modo similar a la magnificiencia que se puede ver en las* CONSTRUCCIONES PÚBLICAS*, porque en sus casas se han de tratar frecuentemente asuntos públicos,* JUICIOS PRIVADOS *y mediaciones*. Pero no quiero salirme del asunto. Esa era, en definitiva, su amplitud...¿cómo sería la decoración y el equipamiento de que gozaban? Séneca dice en términos generales lo siguiente {epístola XCVI}: *¿Qué diferencia hay entre nosotros y los niños? Nosotros nos volvemos locos con pinturas y estatuas, insensibles a lo verdaderamente valioso. A ellos les complacen las piedrecillas de diferentes matices que encuentran en la playa, a nosotros nos tiran más las motas de las muchas columnas, traídas de las arenas de Egipto o de los desiertos de África con las que se levanta cierto pórtico* CAPAZ DE ALBERGAR HASTA EL PUEBLO EN UNA COMIDA. *Nos maravillamos con las paredes cubiertas de* MÁRMOL *delicado, y aunque sepamos qué es lo que se esconde debajo, preferimos engañar nuestra vista. Bañamos los techos en* ORO*, ¿no es eso una mentira con la que hallamos nuestro deleite? Pues sabemos bien que bajo aquel*

28-32 Vitr. 6.5.2 **33-40** Sen. *Ep*. 115.8

Columnarum dispositio, et e longinquis petitarum: de quibus Plinii obiurgationes, siquis volet, legito; et de generibus pretiisque earum totus liber eius exsistit. Et quidem notat {Lib[ro] XXXV} in una Caenatione *Callisti*, Claudiani liberti, *triginta* se vidisse, easque e Sudine lapide Germanico, cui ingens tunc pretium et novitas. Idem, *in atrio Scauri collocatas maximas, atque adeo duodequadragenum pedum, Lucullaei marmoris*. Vide hanc altitudinem in uno atrio, quam multae domus totae vix aequant.

7. Alterum in Seneca, *Parietes marmore inducti*: quod genus *Incrustationes* Latini, Graeci Μαρμαρώσεις dicunt. *Primum autem Romae parietes crusta marmoris operuisse totius domus suae, in Caelio monte, Mamurram equitem Rom*[*anum*] *Praefectum fabrum Caesaris*, Plinius {Lib[ro] XXXVI} tradidit auctore Nepote. Id non aliud fuit, quam marmor in tenues crustas sectum parieti imponere scite, et pro tectorio ei dare. Lucanus:

> *Nec summis crustata domus sectisque nitebat*
> *Marmoribus.*

Declamator apud Senecam patrem: *In hos ergo exitus varius ille secatur lapis, ut tenui fronte parietem tegat*. Secandi autem ratio (in Plinio, et Isidoro) arena, *et serra, in praetenui linea versante arenas, tractuque secante*. Et nos in Italia hodie vidimus fieri.

8. Tertium, *Auro tecta perfundi*. Significat laquearia inaurati tota solere, quod passim scriptores et tradunt et damnant. Musonius apud Stobaeum: τί δ′αί περίστυλοι αὐλαί, τί δ′αί ποικίλαι χρήσεις, τί δ′αί χρυσόφοροι στέγαι; *Quo pertinent haec atria Columnata? quo variae istae colorationes? quo aurata lacunaria?* In secundo enim membro (ut mea versio est) χρώσεις legi cupiam, et ad marmora variegata parietibus imposita referam, vel etiam ad Musivum opus. [[Nam ita et Mamertinus, ad Iulianum: *Neque ei comparandae sunt* PICTVRATAE *marmorum crustae, et* SOLIDO AVRO *tecta laquearia, qui maiorem anni partem in nuda humo cubat*. Ibidem et *solidum aurum* in Lacunaribus notes: quod passim in poëtis, ut in Statio:]]

> *Et nondum* CRASSO *laquearia fulva* METALLO*,*
> *Montibus aut alte Graiis effulta nitebant*
> *Atria.*

[[Qui *montes* etiam *Graios* poëtice nominat, grandes illas sublimesque columnas. Idem de utroque:

> *Pendent innumeris fastigia nixa columnis,*
> *Robora Dalmatico nitent sociata* {vulgo *satiata*} *metallo*.

Sed et]] Lucanus, de Cleopatrae regia:

25-38 [[Nam...Statio:]] 1599, 1605] Sed de Lacunaribus item Statius: 1598 **30** CRASSO 1599, 1605] *crasso* 1598 METALLO 1599, 1605]] *metallo* 1598 **34-40** [[Qui...et]] 1599, 1605] deest 1598 **40** , de 1599, 1605] in 1598

3-4 Plin. 36.60 **4-6** Plin. 36.6 **7** Sen. *Ep*. 115.8 **8-10** Plin. 36.48 **14-15** Lucan. 10 vv.114-115 **17-18** Sen. *Contr*. 2.1.12 **18-19** Plin. 36.51 Isid. 19.13 **21-22** Muson. 19 [ed. Hense (ut coniecit Gesn.): χρίσεις pro χρήσεις (codd.)] **26-27** *Pan. Lat*. 3.11.4 [ed. Baehrens: *parandae* pro *comparandae*] **30-32** Stat. *Theb*. 1 vv.144-146

laten sucias vigas de madera. En esta casa en concreto hay, en primer lugar, una hilera de *columnas* importadas de tierras lejanas. Sobre este asunto, si alguien lo desea, que lea los reproches de Plinio, pues toda su obra da testimonio de variedades y precios. En efecto, da la noticia {en el libro XXXV} de que sólo en el comedor de *Calisto*, liberto de Claudio, vio personalmente *treinta* fabricadas de una piedra germánica procedente de Sudine que entonces estaba muy cara y de moda. Igualmente *en el atrio de Escauro estaban las mayores, llegaban a los treinta y ocho pies y estaban hechas de mármol luculeyo*. Fíjate en la altura que alcanzaba tan sólo el atrio, altura que apenas iguala la altura global de muchas casas.

7. Dice Séneca, en segundo lugar, que estaban *las paredes cubiertas de mármol*, trabajo que los latinos llaman *incrustaciones* y los griegos *brillos*. *El primero en Roma que recubrió completamente con una capa de mármol su casa en el monte Celio fue Mamurra, caballero romano y prefecto de obras imperial*. Plinio {en el libro XXXVI} lo cuenta a partir de Nepote. Esto no consiste más que en colocar artísticamente encima de la pared mármol cortado en finas capas para aparentar que todo el muro era de mármol. Dice Lucano:

> *Y no relucía la casa enlosada con excelsos y cortados*
> *mármoles.*

En Séneca, el Padre, se lee esta invectiva: *Con estos fines se corta aquella piedra de varios colores, para tapar la pared con un delgado frontal*. Para cortarla, en efecto, (esto se puede ver en Plinio y en Isidoro) se recurría a la arena y *a la sierra que va evacuando las arenas de una línea finísima y que corta por su trazo.* En Italia, hoy en día, hemos visto que esta técnica se sigue practicando.

8. En tercer lugar, *techos bañados en oro*. Significa que se solía dorar los artesones completos, cosa que por doquier transmiten y critican las fuentes. Musonio, por ejemplo, en Estobeo: τί δ′αί περίστυλοι ἀυλαί, τί δ′αί ποικίλαι χρήσεις, τί δ′αί χρυσόφοροι στέγαι; *¿Para qué estos atrios con columnas?, ¿estos ricos coloridos?, ¿los artesonados dorados?* En efecto, en el segundo miembro de la frase (según queda en mi traducción) desearía leer χρώσεις, y entender así que se trata de una mezcla de mármoles que se coloca en las paredes o incluso de los mosaicos. Pues a eso mismo es a lo que se refiere Mamertino cuando dice a Juliano: *Tampoco hay que procurarle ni losas pigmentadas de mármoles ni artesones de* ORO MACIZO*, porque la mayor parte del año está tirado en el suelo pelado*. Date cuenta en ese mismo pasaje que se cita también *el oro macizo* en los artesonados, cosa que también hacen de continuo los poetas, como por ejemplo Estacio:

> *Pues todavía no destelleaban los artesones dorados* CON RICO METAL*,*
> *ni lo hacían los atrios apoyados sobre los altos montes Grayos.*

Con licencia poética, el autor da el nombre de *montes Grayos* a aquellas altas y sublimes columnas. Y el mismo sigue diciendo sobre ambas cosas:

> *Las arcadas se dejan caer sobre innumerables columnas,*
> *robles anudados* {normalmente se lee *enriquecidos*}*relucen con metal dálmata*.

Pero también Lucano dice algo parecido del salón real de Cleopatra:

37-38 Stat. *Silv*. 1.2 vv. 152-153 [ed. Traglia-Aricò: *lucent satiata metallo*]

Ipse locus, templi (quod vix corruptior aetas
Exstruat) instar erat, laqueataque tecta ferebant
Divitias, crassumque trabes absconderat aurum.

Quibus versibus tamen plusculum etiam latet, et trabes quidem auratas fuisse vult: sed cameram gemmatam, eboratam. Vtrumque enim et horum fiebat, ad splendorem et varietatem: praesertim in templis (cum templo autem Lucanus comparat) ut quasi caelum imitarentur. Arnobius de templis ipsis disserens: *Sint ergo haec licet aut ex molibus marmoreis structa, laquearibus aut renideant aureis, splendeant hic gemmae; et sidereos evomant variata interstitione fulgores: terra sunt haec omnia, et ex faece vilioris materiae concreta*. Et tu, mi Auditor, obiter et hoc adde ad templorum supra ornatum. De ebore autem, in Ciceronis Paradoxis: *Tecta ebore et auro fulgentia*. In Propertio:

Quod non Taenariis domus est mihi fulta columnis,
Nec camera auratas inter eburna trabes.

9. Non leves porro inductiones, aut ut poëta loquitur, sputa fuisse, Panegyricus ostendit: qui SOLIDO AVRO *tecta laquearia commemorat*, et poëta supra, *Crassum aurum* dixerunt. Hieronymus autem in Epistola quadam {ad Gaudent[ium]}, longius etiam hoc producit, et ad parietes ac columnas. *Vivimus quasi altera die morituri, et aedificamus quasi semper in hoc saeculo victuri. Auro parietes, auro laquearia, auro fulgent capita columnarum*. Sed alia hic etiam et ingeniosa luxuria. nam lacunaria ista versatilia faciebant, et alia atque alia subinde facie convivas delectabant. Seneca alibi {Epist. XCI} alibi: *Versatilia caenationum laquearia ita coagmentant, ut subinde alia atque alia facies succedat, et toties tecta, quoties fercula, mutentur*.

10. En, privata ingenia et luxuriam: quid existimas Principes tentasse et fecisse? Nero Caesar in vestibulo aedium suarum *Colosum centum viginti pedum* posuit. Hoc principium: deinde *porticus triplices* MILLIARIAE; *item stagnum,* MARIS *instar, circumseptum aedificiis ad* VRBIVM *speciem. Rura insuper, arvis, atque vinetis, et pascuis, silvisque varia; cum multitudine omnis generis pecudum ac ferarum. In ceteris partibus,* CVNCTA *auro lita, distincta gemmis, unionumque conchis erant. Caenationes laqueatae tabulis eburneis versatilibus, ut flores* {Ita iampridem publice legendum docuimus}*; et fistulatis, ut unguenta desuper spargerentur. Praecipua caenationum rotunda, quae perpetuo, diebus ac noctibus, vice mundi circumageretur*. Ita verbatim ista Suetonius: multa ADMIRANDA, si tu singillatim explicas et in rem ducis. Sed unum in hac Principum insania (ita appellanda est) Plutarchi testimonium suffecerit, qui de Capitolii magnifica et impendiosa structura cum disseruisset; addidit.

---

29 MILLIARIAE 1605] *milliariae* 1598, 1599 MARIS 1605] *maris* 1598, 1599
30 VRBIVM 1605] *urbium* 1598, 1599 **32** CVNCTA 1605] *cuncta* 1598, 1599

1-3 Lucan. 10 vv.111-113 **8-11** Arn. 6.3 **12** Cic. *Paradox*. 1.13
15-16 Prop. 3.2 vv.11-12 **19** *Pan. Lat*. 3.11.4 **21-23** Hier. *Ep*. 128.4
25-26 Sen. *Ep*. 90.15 **28-35** Suet. *Ner.* 31.1-2 [ed. Bassols de Climent: *ut flores*]
34 Lips. *De Amphit*. 16

El mismísimo lugar era propio de un templo (por el que apenas ha pasado
el tiempo corruptor), techos de artesón iban cargados de riquezas
y oro precioso se ocultaba por las traviesas.

En estos versos, no obstante, late algo más oculto, pues ciertamente quiere decir que las traviesas eran de oro, a la vez que la bóveda tenía gemas y marfil. En efecto, ambas cosas se hacían para dar esplendor y variedad, particularmente en los templos (Lucano está haciendo su comparación con un templo), y tenían el objetivo de imitar el cielo. Arnobio, cuando está explicando precisamente los templos dice: *Por lo general están construidos con moles de mármol, relumbran con artesones áureos. Por todas partes resplandecen las gemas y devuelven fulgores siderales de múltiples matices: mas todo ello es tierra formada a partir de la hez de la más vil materia.* Discípulo mío, añade de paso también esto a lo dicho sobre la decoración de los templos que tratamos más arriba. Sobre el marfil, además, se dice lo siguiente en las «Paradojas» de Cicerón: *Techos con fulgores de marfil y de oro*. En Propercio se lee:

Pues no tengo una casa sostenida sobre columnas de Ténaro,
ni bóvedas de marfil entre traviesas de oro.

9. El «Panegírico» muestra que, por otra parte, no fueron sólo escasos engastes o, como dice el poeta, salpicaduras. En efecto, tanto este como el anterior poeta las mencionan diciendo que *recuerda los techos de artesón con* ORO MACIZO o *rico oro*. Jerónimo, en cambio, en cierta carta {«Ad Gaudentium»}, lo lleva más lejos y lo pone sobre las paredes y las columnas: *Nosotros, que hemos de morir, vivimos como si no tuviera que ocurrir, nosotros que hemos de sucumbir, construímos pensando exclusivamente en el siglo. Refulgen el oro de las paredes, el de los artesones, el de los capiteles de las columnas*. También aparece en este punto otro ingenioso lujo, pues cuidaban de que estos artesonados pudieran adaptarse y deleitaban a los convidados con escenarios que podían transformarse inesperadamente. Séneca en otro lugar dice {en la epístola 91}: *Ensamblan los artesones articulados de los salones de tal modo que al principio haya un escenario de repente otro distinto, y que se cambie tantas veces de techos como de cubiertos.*

10. Ea, ese es el ingenio y lujos privados, ¿qué crees que los Príncipes pudieron desear y llevar a la práctica? El césar Nerón en el vestíbulo de su palacio colocó *un coloso de ciento veinte pies*. Y eso sólo en la entrada, después le añadió *triples pórticos* MILIARIOS*, un estanque que parecía un* MAR *y que estaba rodeado por edificios, dándole el aspecto propio de las* CIUDADES. *Además había múltiples campos con mieses, viñedos, pastos y bosques con gran cantidad de ganados de todo tipo y de fieras salvajes. En otros lugares,* TODO *estaba embadurnado con oro y engalanado con gemas y con el nácar de las perlas. Los salones con artesones tenían tablas articuladas de marfil como flores* {hace ya tiempo que mostramos que esta es la lectura correcta}*, y estaban dotados también de conductos para que desde la parte superior se esparcieran perfumes. Había una sala principal circular que continuamente, día y noche, iba dando vueltas como si fuera el mismo mundo*. Esto, palabra por palabra, es lo que dice Suetonio, muchas cosas DIGNAS DE ADMIRACIÓN refiere si te pones a explicarlas una por una y profundizas en el asunto. Pero tan sólo una de las características de esta locura principesca (es así como hay que llamarla) bastaría a Plutarco como prueba cuando, al disertar a propósito de la magnífica y costosa estructura del Capitolio,

Quod siquis hunc Capitolii magnificum instructum miretur, idem si Domintiani in aula unam Porticum, vel Basilicam, vel Balneum, vel pellicum Diaetam viderit; exclamet cum Epicharmo,

Non liberalis aut benignus tu clues,
Profusione gaudes.

Dicit satis clare, omnia illa Capitolina (quae et quanta, ante diximus) nugas et quisquilias videri, prae uno membro aliquo Palatinae domus. Quod mihi quidem stuporem incutit, non dissimulo: et iam lingua haeret.

11. Aud.- Solvam eam quaestiuncula. Dixisti auro distincta vel ebore laquearia, an non et silvis? id est, an non ibi tales species, et intermixtae verae aves? Nam Rutilius Gallicanus hoc dicere videatur, in Romae laudibus.

Quid loquar INCLVSAS *inter laquearia* SILVAS*,*
Vernula qua vario carmine ludit avis?

12. Lips.- Poëtae, aut poëtarum potius, vulgatam phrasim non attendis: nec *inter laquearia* proprie, sed συνεκδοχικῶς inter tecta et domos includit eas silvas. Luci enim et arbusta in magnis istis aedibus erant: imo et super aedes, quod mireris, erant. Senecam auctorem do, qui, ut solet, castigans et increpans suum aevum {Epist[ula] CXXIII}: *Pomaria*, inquit, *in summis turribus serunt, quorum silvae in tectis ac domorum fastigiis nutant, inde ortis radicibus, quo improbe cacumina egissent*. Atque ego Bruxellae meae (quam ut alteram patriam colo) hoc vidisse memini, sponsione ita factum; sed in breve aliquod tempus, et cum domus oneri illi non diu esset.

13. Satis de *Domibus*: ad *Villas* eamus. utinam, utinam! sed haec pericula et latrocinia, domo et urbe nos claudunt. O Iscanum meum, cur non libere te fruor et interviso? cur natali illo aëre et aquis non me recreo? Da Deus hoc ante obitum, et pedem atque animum vagum per rura et hortos illos ferre. Sed *Villas* tamen Romanas animo et memoria lustremus, ut vel disposui antea, vel promisi. De iis hoc universe Strabo pronunciat, ubi de Pisis et Liguria scribit: *Esse ibi lapicidinas et materiem ad aedificia uberem, sed quam Romani ad aedificia fere sua in urbe aut et Villis consumunt: Villis*, inquit, *in quibus velut more Persarum* REGIAS QVASDAM *struunt*. En, Praetoria aut Villae totae eorum, *Regias*, et quidem *Persarum*, referunt: quid maius ampliusque in hanc rem dicam? Vis specimen tamen aliquod in una Villa? Capitolinum audi: *Exstat Gordianorum villa via Praenestina,* DVCENTAS COLVMNAS *uno peristylo habens, quarum quinquaginta Carysteae Claudianae, quinquaginta Sienitides, quinquaginta Numidicae, pari mensura sunt. In qua* BASILICAE CENTENARIAE

---

12 Dixisti] Dixti 1598, 1599, 1605 **25** sponsione 1598, 1599] fponsione 1605 **29** Deus 1605] deus 1598, 1599

1-6 Plu. *Publ*. 15.5 **16-17** Rutil. Nam. 1 vv.111-112 **23-24** Sen. *Ep*. 122.8
32-34 Str.5.2.5 **37-*2*** HA *Gord. tres* 32.2-3

dice *que si alguien se maravilla por la magnífica instalación que hay en el Capitolio, al ver en el palacio de Domiciano reunidos en un solo lugar un pórtico, una basílica, unos baños y un pabellón de concubinas, exclamaría con Epicarmo:*

No pasas por liberal y benigno,
disfrutas con el exceso.

Con sobrada claridad dice que todo aquel Capitolio (cuyas características e importancia hemos explicado anteriormente) parecería una menudencia prescindible al lado de cualquier estancia de la 'domus Palatina'. No quiero disimular que, sinceramente, la cuestión me provoca estupor y que me está trabando la lengua.

11. Discípulo- Voy a soltártela con una preguntilla...Dijiste que los artesones estaban engalanados con oro y marfil, pero ¿no lo estaban también los bosques?, esto es, ¿no es cierto que había allí imágenes de esos materiales que estaban mezcladas con aves verdaderas? Rutilio Galicano parece afirmarlo en su alabanza de Roma:

¿Qué diré de los BOSQUES ENCERRADOS *entre artesones,*
en los que el ave doméstica se recrea con un variado canto?

12. Lipsio- No le prestes tanta atención a una manera de hablar que es corriente en este poeta o, mejor, en todos los poetas. No quiere decir propiamente que esos bosques estén encerrados *entre artesones*, sino que mediante sinecdoque dice que lo están entre techos y casas. En efecto, había en estas grandes mansiones bosques sagrados y arboledas y por cierto que también estaban por encima de ellas, cosa sorprendente. Te ofrezco a Séneca {en la epístola 124} como testimonio, quien, según suele hacer, corrige e increpa a su siglo diciendo: *Siembran vergeles en lo alto de torres y los bosques que forman se bambolean en las terrazas y los tejados de las casas, y después, cuando las raíces crecen llegan donde difícilmente lo harían sus copas*. Yo mismo recuerdo haber visto esto mismo en mi querida Bruselas (a la que considero mi segunda patria). Se realizó de la misma manera, aunque sólo durante un breve período de tiempo, para que la casa no soportara durante mucho tiempo ese peso.

13. Pero basta de *casas*, pasemos a las *villas*. ¡Ojalá, ojalá fuera de verdad posible!...Los peligros que suponen las actuales bandas de salteadores nos tienen encerrados en la casa de la ciudad. ¡Ay, Ischia mía! ¿por qué no puedo disfrutarte ni visitarte libremente?, ¿por qué no puedo recrearme con aquellos aires y aquellas aguas de la infancia? Permíteme, Dios, antes de morir, marchar a pie y sin preocupaciones por aquellos campos y huertas. Por ahora, no obstante, ilustremos las villas romanas con buen ánimo y mejor memoria, según tracé y te prometí más arriba. En términos generales, Estrabón proclama, donde escribe sobre Pisa y Liguria, lo siguiente al respecto: *Hay allí canteras y abundancia de material para las construcciones, pero todo ello lo consumen los romanos en los edificios de su ciudad y en las villas*. *Villas*, sigue diciendo, *en las que se levantan, según la costumbre de los persas, auténticas* RESIDENCIAS REALES. Ea, sus quintas y villas recuerdan *residencias reales*, *propias de los persas*, ni más ni menos. ¿Qué más voy a decir sobre este asunto? ¿Quieres, no obstante, echarle un vistazo a una de estas villas? Escucha a Capitolino para hacerlo: *Queda una villa de los Gordianos en la vía Prenestina que tiene en un solo peristilo* DOSCIENTAS COLUMNAS*, cincuenta de las cuales son de piedra caristea claudiana, cincuenta son de Siene, cincuenta de Numidia, y todas ellas de igual tamaño. Hay en ella tres* BASÍLICAS CENTENARIAS. *También posee* ESTA

tres: cetera HVIC OPERI CONVENIENTIA*: et* THERMAE*, quales, praeter urbem, nusquam in orbe terrarum*. Tu si lubet, per te singillatim lustra: ductorem me ultra non habes. Sed nec Hadriani Villam in Tiburtino ingero, cuius superbae reliquIae exstant: quid tot aliarum in solo Latio, et circa Romam? Vidimus ipsi apud Ostiam et Ardeam rudera: et per silvas illas aut vepreta, quot Columnae, aut earum fragmina, cryptae, porticus, et disiecta aedium membra? O Deus, quae mutatio? quam haec cogitatio me ad te trahit, infirma et incerta haec omnia humana spectantem, et spernentem?

14. Sed desinimus de *Operibus et Roma*: quam decoramus Constantii Imp[eratoris] elogio, apud Ammianum. *Is enim visis plerisque cum* STVPORE HORRENDO*, de Fama querebatur ut invalida vel maligna, quod augens omnia semper in maius,* ERGA HAEC EXPLICANDA, QVAE ROMAE SVNT, OBSOLESCIT. Si fama non potuit adaequare, multiplici suo ore et lingua: quid ego meo sermone tenui, sine sensuum subsidio, per tenues coniecturas eunte? Sed tu, aliique, nec dicta suspicamini: et quidquid maximum conceperitis, fortasse nec id par erit. Philosophemur autem breviter, duce Hormisda: qui regii Persarum sanguinis, a Constantio interrogatus in re praesenti, *Qui de Roma sentiret? Id tantum sibi placuisse dicebat, quod didicisset* IBI QVOQVE HOMINES MORI. Mori mi Auditor, mori: et ubi haec omnia praeclara, ampla, ADMIRANDA? quaeri vides; ubi qui fecerunt ea, aut moliti sunt? periisse vides. Cogita, et tibi applica. nosipsi, qui haec meditamur aut loquimur, post aliquot annos, dies, horas, pulvis, umbra, nihil. Nunc vale, et abi.

---

5 rudera 1599, 1605] reliquas 1598

9-11 Amm. 16.10.17 **16-17** *ibid.*

CONSTRUCCIÓN TODO TIPO DE COMODIDADES*, incluidas unas* TERMAS*, salvo en la ciudad, jamás el universo ha visto cosa igual*. Si se te apetece, búscate ejemplos para todo cuanto dice, que yo no voy a ser quien te guíe más allá. Nisiquiera te voy a adentrar en la villa de Hadriano en Tiburtino, cuyos soberbios restos se mantienen aún hoy. ¿Cuántos semejantes de otras villas hay en el suelo latino y en los alrededores de Roma? Con nuestros propios ojos vimos ruinas en Ostia y Ardea, también, entre bosques y zarzales, ¿cuántas columnas o fragmentos de ellas, cuántas criptas, pórticos y restos de mansiones no habremos visto? Dios mío, ¡cómo cambia todo!, ¡cómo me lleva a ti esta reflexión!, ¡cómo me invita a despreciar lo inestable e incierto de todo lo humano!

14. Hemos terminado con las *construcciones* y con *Roma*. Pongamos la ginda en fin con el elogio que le hace el emperador Constancio en Amiano: *Él, entonces, que lo había visto todo* ESTREMECIDO POR EL ESTUPOR*, deploraba la condición de la fama por inútil y maligna, pues, acostumbrada a llevar al máximo su exaltación de todo,* NO HABÍA SIDO CAPAZ DE DAR SU JUSTO VALOR A LO QUE HABÍA EN ROMA. Si no pudo conseguirlo la fama, con sus múltiples voces y lenguas, ¿qué voy a poder yo con mi modesto discurso, que sin la ayuda de los sentidos intenta progresar por medio de inseguras conjeturas? Mas tú, y otros como tú, no dudéis de lo dicho, pues quizá aquello que concibáis como lo máximo no le sea nisiquiera parecido. Filosofemos un poco, no obstante, siguiendo la guía que nos dejó Hormisda, que, siendo como era de la sangre regia de los persas, fue interrogado por Constancio a propósito de lo que estaba viendo: *¿Qué le parecía Roma? Y decía que sólo le había placido porque había aprendido* QUE ALLÍ TAMBIÉN LOS HOMBRES MORÍAN. Morían, Discípulo mío, morían también, y es que me pregunto ¿dónde están todas estas cosas preclaras, nobles y DIGNAS DE ADMIRACIÓN? Ves cómo se pregunta la gente ¿dónde están sus artífices o los que tanto se esforzaron en hacerlas? Y ves que todos perecieron. Reflexiona sobre ello y aplícatelo. Pasarán sólo algunos años, días, horas incluso y nosotros mismos, que tanto meditamos y hablamos a propósito de ellas, no seremos más que polvo, sombra...nada. Basta por ahora, ve pues.

Lib. IV cap. 1: Transitum ad Virtutem Romanorum, et ea in genere praedicata.

1. Aud.- Meridies abiit, ego me tibi sisto.

2. Lips.- Video, sed quid ita tristiore vultu?

3. Aud.- Nec laeta adfero.

4. Lips.- Quae?

5. Aud.- Tibi.

6. Lips.- Quae inquam?

7. Aud.- Vereor dicere.

8. Lips.- Aude. nec ego ex his fatuis, qui ignorare mala, mederi censent.

9. Aud.- Obiit tibi ex amicis tuis.

10. Lips.- Hem! ex amicis? effare.

11. Aud.- In Gallia.

12. Lips.- Quis ibi?

13. Aud.- Vir doctus.

14. Lips.- Ede nomen.

15. Aud.- Et probus quoque.

16. Lips.- Enecas. etsi ab his notis propremodum iam scio *Petrum Pythoeum* esse.

17. Aud.- Divinasti. obiit.

18. Lips.- At tu me vulnerasti. sed quo fato?

19. Aud.- Suo, et illa quam Augustus optabat, εὐθανασίᾳ {*morte facili*}.

20. Lips.- Virum magnum Gallia amisit, et inter publicas clades aut iacturas hanc quoque licet ponas. Sed ab exemplo disce, quam non temere heri clauserim et monuerim de morte.

---

39 Suet. *Aug*. 99.2

Lib. IV cap. 1: Transición a la virtud de los romanos, y una exposición general de la misma.

1. Discípulo- Aquí me tienes, pasado ya el mediodía.

2. Lipsio- Ya veo, pero ¿cómo me vienes con esa cara tan triste?

3. Discípulo- No te traigo noticias alegres.

4. Lipsio- ¿Noticias?

5. Discípulo- Y te afectan.

6. Lipsio- ¡De qué se trata, dime!

7. Discípulo- Temo contártelo.

8. Lipsio- Adelante... No soy yo de los insensatos que piensan que ignorar las malas noticias las hace buenas.

9. Discípulo- Se te ha muerto uno de tus amigos cercanos.

10. Lipsio- ¡Vaya! ¿Amigo? ¿De quien se trata?

11. Discípulo- En Francia...

12. Lipsio- ¿Quién era?

13. Discípulo- Un hombre docto...

14. Lipsio- Dame un nombre.

15. Discípulo- ...y también bueno.

16. Lipsio- Me atormentas, si bien con esas pistas, poco más o menos, ya sé que se trata de *Pedro Pythou*.

17. Discípulo- Lo adivinaste. Ha muerto.

18. Lipsio- No sabes cuánto me duele tu noticia, ¿cómo fue?

19. Lipsio- De muerte natural, y como la que deseaba Augusto: de εὐθανασία {*de muerte fácil*}.

20. Lipsio- Francia ha perdido un gran hombre, y deberías poner su pérdida entre las calamidades y males públicos. Pero, mira, aprende con este ejemplo que ayer no puse fin a mi discurso, ni te advertía injustificadamente en los términos que lo hice hablando de la muerte.

21. Aud.- Profecto praesagium fuit: sed tu perge ad nostra.

22. Lips.- Inter haec tristia, ad illa amoena? durus es.

23. Aud.- Quid ergo? dum vivo, non vis me vivere? Et ego Pythoeo nostro bene esse spero, et gaudere ac ridere in beatis illis locis: cur doleam? Theodosius Imperator, qui varie in imperio iactatus, cum mors instaret, inscribi sepulchro suo hoc unum verbum iussit, ΥΓΕΙΑ: id est, *Sanitas*. Profecto illa medicina morborum, refugium et asylum malorum est: et in mundi his fluctibus portus, quem sapiens numquam fugiat, imo (Deo vocante) totis velis in eum feratur. Tu autem hoc magis perge, quod iam non amoena, ut aiebas, sed potius utilia aut sapientia dices; et, ut partitio erat, de *Viris* ac *Virtutibus* Romanorum.

24. Lips.- Ita est, quartus hic noster limes: et libentius insistam ac decurram, quia tali argumento. Cur apud te dissimulem? finis et fructus praecipuus mihi studiorum aut lectionum, haec talia excerpere, et exempla aut dicta enotare ad sapientiam ac virtutem. Fabulemur autem, si placet, ambulantes. Amat valetudo, et lingua haec magis solvitur in motu.

25. Communiter igitur primum (nec ordo hoc abnuit) laudemus *Romanos*: tum et distinctius quaedam addamus. Plinii enunciatio est: *Gentium in* TOTO ORBE *praestantissima una, et in* OMNI VIRTVTE*, haud dubie Romana exstitit*. Appellas ab hoc iudice, et suspectum de Romanis Romanum habes? Accipe Graecum, et Ammianus prodeat, qui brevibus et gravibus verbis, *Romam imperii* VIRTVTVMQVE OMNIVM *larem* dixit. Quid homo Gothici sanguinis, Cassiodorus? *Roma* VIRTVTVM OMNIVM *latissimum templum*. Profecto sedes suas per aliquot saecula ibi habuere, nec iniuria ipsi Romani templum struxere HONORI pariter ac VIRTVTI. Vtramque colebant: sed et *Fortunam* etiam: id est (ut recte interpretemur) Providentiam et Fata ab alto, quae incredibile est, quam presso nec tardanti pede secuta sint Virtutem. His duobus incrementa sua Roma debuit, his duobus statum suum et firmitatem. Nullum imperium mihi dabis, et tam magnum simul, et tam diuturnum. Iure igitur Ammianus: *Roma ut augeretur sublimibus incrementis, foedere pacis aeternae* VIRTVS CONVENIT *atque* FORTVNA*, quarum si altera defuisset, ad perfectam non venerat summitatem*. Convenerunt autem ita, ut utraque suum opus facere niteretur, et paene dissidium esset in evehendo. Plutarchus alibi hoc ubertim edisseruit: et breviter ac nervose Annaeus Florus extulit, *Ad constituendum Romanum imperium*, VIRTVTEM *ac* FORTVNAM *contendisse videri*. Sed amica contentio fuit: in qua tamen vicit, si Rutilium iudicem capis, ipsa Virtus. Nam ille sic Romam adfatur:

---

9 imo 1599, 1605] et per haec tempora 1598 **15** praecipuus 1599, 1605] deest 1598

20-21 Plin. 7.130 **23-24** Amm. 16.10.13 **24-25** Cassiod. *Var*. 4.6 **30-32** Amm. 14.6.3 **33-34** Plu. *Moralia* (*De fort. rom.*) **35-36** Flor. *Prol*. 2

21. Discípulo- Desde luego que fue un presagio. Pero tú prosigue con lo nuestro.

22. Lipsio- ¿Quieres que pasemos a aquellas amenidades en medio de esta tristeza? Insensible te muestras.

23. Discípulo- ¿Qué quieres, pues? ¿No quieres que disfrute de la vida mientras vivo? Yo también espero acompañar a nuestro Pythou, y gozar y reir en los mismos dichosos lugares en los que él está, ¿por qué debería afligirme? El emperador Teodosio, de cuyo imperio cuentan y alaban muchas cosas, al ver que se acercaba a la muerte, mandó escribir en su sepulcro una sola palabra: ΥΓΕΙΑ, que significa *Salud*. En realidad, ella es la medicina de todas las enfermedades, refugio y asilo de males, el puerto que nos resguarda durante las turbulencias mundanas, lugar al que el sabio jamás renuncia, y por cierto (se lo pido a Dios), que espero ser llevado a él con las velas desplegadas. Tú, por tu parte, afánate en proseguir con tu discurso, no sólo por ser ameno, según tú mismo decías, sino por útil y lleno de saber. Házlo, en fin, según estaba hecha la clasificación: es el turno de los *hombres* y las *virtudes* de los romanos.

24. Lipsio- Así es, vamos a por nuestra cuarta frontera. Con gusto la voy a cruzar para recorrerla, en vista de cuanto acabas de decir. ¿Por qué voy a engañarte? Para mí la finalidad y el provecho principal del estudio y de la enseñanza es espigar argumentos como el anterior, así como dejar constancia de ejemplos y dichos con vista al saber y la virtud. Charlemos, pues, si te parece, dando un paseo. Es bueno para la salud, y además con el movimiento se suelta más la lengua.

25. Así pues, en primer lugar (para no faltar al orden establecido) alabemos genéricamente a los *romanos*, después añadamos separadamente algunos aspectos particulares. La cita de partida es de Plinio: EN TODO EL ORBE*, la romana, sin duda, destaca como la única nación excelsa y lo hace* CON UN GRADO SUMO DE VIRTUD. ¿Recusas a este juez, y sospechas del romano cuando se trata de cosas romanas? Toma a un griego. Amiano te sale al encuentro para decirte con pocas y graves palabras que *Roma es el hogar del imperio y* DE TODAS LAS VIRTUDES. ¿Qué has de objetar a un hombre de sangre goda llamado Casiodoro? *Roma, anchuroso templo* DE TODAS LAS VIRTUDES. En realidad, allí tuvieron sus sedes durante varios siglos, y no es menos cierto que los propios romanos construyeron un templo conjunto a la HONRA y a la VIRTUD. A ambas veneraban, pero también lo hacían a la *Fortuna*, esto es (para traducir correctamente) a la Providencia y al Destino que viene desde arriba, y que parece increíble lo de cerca y sin retraso que sigue a la Virtud. A las dos les debe Roma sus éxitos, y a estas dos su estado y su solidez. No has de poder mostrarme imperio alguno que siendo tan grande durara a la vez tanto tiempo. Por esta razón, con todo derecho dice Amiano: *Para que Roma alcance sublimes éxitos, la* VIRTUD *y la* FORTUNA FIRMAN *un pacto de paz eterna, de modo que si una de las dos falta, no se llegaría completamente a la excelencia*. Se acordaron pues de tal modo para que ambas desempeñaran su función y para que no hubiese apenas disensión en el momento del ascenso. En otro lugar, Plutarco analizó esta cuestión detalladamente, pero fue Anneo Floro el que, con la fuerza que da la concisión manifestó que *es como si para constituir el Imperio romano* VIRTUD *y* FORTUNA *se hubieran retado en un concurso*. Pero fue una competencia amistosa, en la que, no obstante, venció la Virtud si tomas a Rutilio como árbitro. Y es que aquel se despide de Roma en estos términos:

Quod regnas, minus est, quam quod regnare mereris,
Excedis FACTIS *grandia* FATA *tuis*.

Pulchre. et habuit igitur Fortunam, sive caelitum illum favorem; sed habuit a caussis, quas iidem caelites, per virtutum gradus nexusque, praestruxerunt. Vt id liqueat, videamus primum universe qui *Viri* in imperio illo fuerint, et tum quae *Virtutes*.

1-2 Rutil. Nam. 1 vv.91-92

Lo que regentas es menos de lo que merecerías;
con tus HECHOS *sobrepasas los mejores* DESTINOS.

Bello texto. También tuvo, no obstante, Fortuna, o una suerte de favor celestial, pero la tuvo por las razones que los mismos poderes celestiales predispusieron mediante el desarrollo y la solidez de las virtudes. Para que quede claro veamos en primer lugar y en general qué *hombres* hubo en aquel Imperio, y después cuales fueron sus *virtudes*.

Lib. IV cap. 2: Triplex ordo in populo ostensus, et quisque in sua parte laudabilis.

1. *Viros* considero dupliciter, et eos qui in Magistratu, Imperiis, Consiliis fuerunt, id est *Capita reipublicae*: et parte altera, *minora* etiam *membra*, id est Populum et eos qui paruerunt. Dico utrosque egregios fuisse, nec quibus alia gens facile aut ex vero (de Religione hic non est sermo aut quaesitio) comparetur.

2. Primores igitur illi in duplici discrimine sunt, *Senatores Equitesque*. Illos si inspicias, qui proprie sedebant ad clavum: proh Deus, quanta gravitas, sapientia, maiestas? Vt qui ordinem eum *Ex* REGIBVS *constare dixit, unus veram eius speciem cepisse*, Livio videatur {Lib[ro] IX}. Is fuit Cyneas legatus Pyrrhi regis: vir nec mentis nec oris egens, qui cum urbem lustrasset, atque etiam blandiloquentia et munificentia varie tentasset, undique repulsus, ad Regem rediit: et interroganti *Quid de hostium sede sentiret? Vrbem* TEMPLVM *sibi visum, Senatum* REGVM *esse consessum fatebatur* {Flor[o] lib[ro] I}. Profecto talis fuit, et nec sub Principum imperio nimis degeneravit. Cassiodorus de suo aevo: *Vrbs ornata tot* EXIMIIS SENATORIBVS*, beata tam nobilibus populis*: etsi tunc quidem fateor discessisse ab illa praestantia, et ut grande aedificium, paullatim mole sua desedisse, et mox ruisse.

3. Erant autem in illo Senatu, ut cum Lucretio hoc dicam,

Ductores Danaum dilecti, PRIMA VIRORVM:

eximii, inquam, civium, genere, censu, virtute. Nam haec spectabant: nec temere viles aut sordidos (etsi plebeios interdum, quos magna virtus eveheret:) inopes numquam, et improbos raro admittebant; aut si tales, non tenebant. Censores enim (o laudabile et divinum institutum!) legebant hunc Senatum: atque iidem per singula lustra examinabant, ac relegebant: et siquis loco eo indignus, aut siquid in privata etiam vita turpe aut maculosum, notabant et emovebant. Quomodo id fiebat? silentio, et sine accusatione ulla, aut caussae apud iudices dictione. Dumtaxat in recitando Senatu, quod publice et sollenniter fiebat, nomen eius praeteribant, quem motum Senatu vellent. Ita cum in albo illo non esset, nec in Senatu censebatur. Caussa quidem iis movendi semper erat, et hanc subsignabant, et volentibus edebant: sed certare de ea lite, nihil opus erat. iudicium sufficiebat: quod a tam gravibus viris (nam primores fere Senatus erant) bonum meruisse, laus et approbatio habebatur; culpa et damnatio, triste.

4. Aud.- Pulchrum, bis pulchrum: sed cum ea lege, si viri illi boni essent. quid si per affectum iudicassent?

---

15 EXIMIIS SENATORIBVS 1599, 1605] *eximiis senatoribus* 1598

9-10 Liv. 9.17.14 **12-13** Flor. 1.13.20 **15-16** Cassiod. *Var*. 11.5 **20** Lucr.1 v.86

Lib. IV cap. 2: Presentación de la triple ordenación social del pueblo. Alabanza de cada uno de estos órdenes en su parte correspondiente.

1. Considero que hubo dos tipos de *hombres*. Por un lado están los que ejercen una magistratura, mandos militares o responsabilidades políticas, esto es *las cabezas del Estado*. Por otro lado, también están los *miembros menores*, esto es, el pueblo llano y los de este grupo. Afirmo que ambos fueron egregios y, en este sentido, se puede decir que verdaderamente no hay duda de que nación alguna pueda equiparársele (ni la investigación ni el discurso tratan en modo alguno de la religión).

2. De modo, pues, que los próceres en esta doble clasificación son los *senadores y* los *caballeros*. Si investigas te darás cuenta de que los primeros eran los que deliberaban vestidos con el laticlavo. Dios, ¡qué gravedad, qué sabiduría, qué majestad poseían! Tanto era así que al parecer según Livio {en el libro IX} *hubo quien dijo que ese orden estaba formado por personas de* ORIGEN REGIO*, cuando vio su verdadera apariencia*. Fue Cineas, embajador del rey Pirro, que no carecía de buen juicio ni de buenas palabras y que, por eso, cuando recorrió la ciudad les intentó lanzar muchos discursos lisonjeros y gestos generosos, pero no recibió más que un rechazo generalizado. Al volver ante su rey fue interrogado con la pregunta: *¿Qué le parecía la sede de los enemigos? A lo que confesaba que la ciudad le pareció un* TEMPLO*, y que el Senado era una asamblea de* REYES {en Floro en el libro I}. Esa fue, en efecto, su condición y bajo el imperio de los príncipes no empeoró excesivamente. Casiodoro al tratar de su propia época dice: *Ciudad distinguida con tan* EXIMIOS SENADORES*, dichosa por tan noble pueblo*. Si bien, es cierto, por entonces se veía ya que aquella vieja prestancia, como un gran edificio, iba poco a poco estancándose por su propio peso y comenzaba a arruinarse.

3. En aquel Senado, para decirlo con palabras de Lucrecio, había:

Jefes insignes de dánaos, LO MEJOR DE LA HUMANIDAD.

Añado yo que eran eximios ciudadanos por su origen, riqueza y virtud. Y es que se cuidaban mucho de que no se admitiera a la ligera a hombres viles o mezquinos (si bien, de vez en cuando, entraban plebeyos sobresalientes por su virtud), jamás a pobres y raramente a personas sin honra y, si entraban, no se mantenían. En efecto, los censores (¡loable y divino instituto!), escogían este Senado y lo examinaban personalmente cada lustro para revisarlo, y si algún indigno ocupaba una plaza, o si detectaban algo torpe o infame en la vida privada de alguno, lo apuntaban y procedían a la expulsión. ¿Cómo se hacía? En silencio, sin acusación ni expresión de causa ante jueces. Lo hacían simplemente: en una lectura en el Senado, que se celebraba pública y solemnemente, omitían el nombre del que querían expulsar del Senado. Además, si no aparecía en aquella lista, no se podían considerar miembros del Senado. La expulsión, ciertamente, siempre estaba justificada, y esa justificación quedaba registrada oficialmente y se hacía pública de buena gana, pero no había necesidad alguna de empeñarse en juicios: bastaba su sentencia, porque al proceder de hombres tan graves (pues normalmente eran los próceres del Senado) el elogio y la aprobación se tomaban como sinónimo de nobleza, mientras que su condena y tacha se recibían con vergüenza.

4. Discípulo- Excelente hábito, doblemente excelente, pero, está bien con esta ley si los censores eran nobles, ¿qué habría ocurrido si juzgaban según sus inclinaciones?

5. Lips.- Rarenter, aut vix evenisse legimus. Nam voces statim omnium damnassent, et exagitassent: et fac tamen semel iterumque evenisse; quid magni mali, prae magno illo bono, erit? Non enim alia poena, quam Ignominia: facile aut contemnenda, aut eluenda, qui publica iudicia aut testimonia pro se haberet. Denique alii Censores mox reponebant. Nam et hoc scire debes, non in gravibus et grandibus peccatis hanc Censuram intervenisse: ea enim legibus et iudiciis servabantur: sed minoribus delictis, aut domesticis flagitiis. a quibus vacare et castos esse primos illos Ordines maxime volebant, et quorum vita erat in exemplum.

6. Aud.- Iterum exclamo, Pulchrum! Sed dic sodes, multi igitur isti tam electi in Senatu?

7. Lips.- Initio a Romulo *centum* facti, et *Patres*, iidemque *Senatores*, vel a cura, vel ab aetate dicti. Postea ad *trecentos* crevere, et in libera Republica sic mansere, usque ad Livium Drusum. Is in Tribunatu, cum opes Senatus vellet extollere, eosdem iudiciis etiam praeponere; numerum auxit, et ad *sexcentos* fecit. Mansisse ita ad Caesarem opinor, qui per bella civilia non opes solum, sed honores multis largiturus, amplificavit, et vel ad *mille* allegit. Displicuit Augusto, et magna cura, atque iterata aliquoties recensione, purgavit: et denique ad modum veterem, id est *sexcentos*, redegit. Qui sane satis amplus numerus, etsi in amplo illo imperio: atque ex his plerique, non solum consiliis publicis semper adhibebantur, sed etiam in provincias, ad imperia, aut exercitus mittebantur. Itaque curia haec velut promptuarium erat, e quo statim Princeps caperet viros, ad omnia civilia aut militaria munia aptos, et suffecturos. Et hoc aspectu tenuerunt Senatum, grande vel unicum fulcrum illius Principatus. Otho Imperator ipse, apud Tacitum {I Hist[oriarum]}: *Quid? vos pulcherrimam hanc urbem, domibus et tectis, et congestu lapidum, stare creditis? Muta istaec et inanima intercidere, ac reparari, possunt:* AETERNITAS RERVM*, et* PAX GENTIVM*, et* MEA CVM VESTRA SALVS*, incolumitate* SENATVS *firmatur*. Et elogia ista de Senatu, res et veritas multis dictavit. In Cicerone leges: *Senatum* PRINCIPEM SALVTIS, PVBLICAEQVE MENTIS. In Ammiano, ASYLVM *mundi totius*. In Cassiodoro, *Gloriosum Senatum,* MORVMQVE LVMINA. In Petronio, RECTI BONIQVE PRAECEPTOREM. Iam in Tacito etiam dicitur, CAPVT IMPERII, *et* DECORA *omnium* PROVINCIARVM. Cur nominatim de *Provinciis*? quia iam sub Principibus, ex omni regione capiebantur Senatores. Et ut ditissimi honestissimique Provincialium civitate donabantur, Equites fiebant, ita et mox Senatores. Vtile inventum, et ad populos

---

28 In Cicerone 1599, 1605] Ita in Cicerone 1598

---

12 DH 2.12.1
Tac. *Hist*. 1.84.4
Petr. *Satyr*. 3.88.9

13 DH 3.67.1; 5.13.2

17 Suet. *Aug*. 35.1

24-27

28-29 Cic. *Har. Resp*. 58

29 Amm. 16.10.5

30-31

31-32 Tac. *Hist*. 1.84.3

5. Lipsio- Pasaba muy excepcionalmente y casi no leemos que tal cosa ocurriese. Lo que pasaría es que inmediatamente las voces de todo el mundo los condenarían y censurarían. No obstante, y aunque ocurriese en alguna ocasión, ¿cómo va a ser un mal irreparable comparado con el beneficio que proporciona? En efecto, la pena impuesta no era más que la vergüenza, y quien tuviera la opinión pública o pruebas a su favor con facilidad podía afrontarla y eludirla. Si esto ocurría, inmediatamente otros censores le repondrían en su lugar. Pues debes saber también que esta censura no conocía de crímenes graves o importantes, pues para ellos estaban las leyes y el sistema judicial, sino que se interesaba en los delitos menores y en los escándalos domésticos. Querían que aquellos primeros órdenes se mantuvieran al margen y fueran intachables al respecto, pues su vida servía de modelo.

6. Discípulo- ¡De nuevo exclamo que es cosa excelente! Pero dime, por favor, ¿eran muchos estos hombres tan selectos que pertenecían al Senado?

7. Lipsio- En un principio, Rómulo los fijó en *cien*, y los llamó *'patres'* o *senadores*, ya fuera por su función ya por su edad. Más tarde llegaron a *trescientos* y durante la época de la República libre se mantuvo ese número hasta Livio Druso. Este, investido con el tribunado, como quisiera arrebatarle sus recursos al Senado y encomendarle también tareas judiciales a los propios miembros, aumentó el número de los miembros y lo llevó a *seiscientos*. Opino que así se mantuvo hasta César que con motivo de las guerras civiles tuvo que demostrarse dadivoso con muchos, no sólo en dineros sino también en honores. Amplió el Senado e incorporó nuevos miembros hasta el *millar*. No agradó a Augusto este hecho que con sumo cuidado y con recensiones periódicas lo purgó, y en definitiva, lo devolvió a su antiguo estado, esto es al de *seiscientos* miembros. Se trataba, sin duda, de una cifra bastante amplia, aunque fuera para un imperio ya amplio. La mayoría de ellos no sólo se dedicaba permanentemente a la toma de decisiones en el Estado, sino que también eran enviados a las provincias, ya fuera para su gobernación ya para la dirección del ejército. Así pues, esta curia era como la despensa de la que los príncipes sacaban según necesitaban hombres aptos para el conjunto de cargos civiles y militares, y los correspondientes sustitutos. Y bajo este aspecto mantuvieron al Senado que era el mayor y, prácticamente, el único apoyo de su principado. El propio emperador Otón, en Tácito {I de las «Historias»} dice: *¿Cómo creéis que se mantiene en pie esta bellísima ciudad?, ¿sólo con sus casas y techos, con el acopio de piedras? Estas cosas mudas y sin alma pueden caer y repararse, pero* LA ETERNIDAD DE SUS INSTITUCIONES, LA PAZ DE LAS NACIONES, MI VIDA Y LA VUESTRA *reposan sobre la conservación del* SENADO. A muchos otros, este mismo asunto y la búsqueda de la verdad les dictó elogios semejantes del Senado. En Cicerón lees que *el Senado es el* PRÍNCIPE DE LA SALUD Y DEL ESPÍRITU DEL ESTADO. En Amiano, *el* ASILO *del mundo entero*. En Casiodoro *Glorioso Senado, y* FARO DE LAS TRADICIONES. En Petronio, PRECEPTOR DE LO RECTO Y LO BUENO. Por fin, se dice en Tácito que es CABEZA DEL IMPERIO *y* LA DECENCIA DE *todas* LAS PROVINCIAS. ¿Por qué cita textualmente a las provincias? Porque en tiempo de los príncipes se incorporaban senadores de todas las regiones. Y como se concedía la ciudadanía a los más ricos y honorables de los provinciales, se convertían en caballeros y pronto también llegaban a senadores. Útil invención, idónea para vincular firmemente a los pueblos bajo un único poder. Símaco al respecto:*El Senado es la parte mejor del*

sub unum imperium firmiter colligandos. Symmachus ea caussa scripsit: *Pars melior* HVMANI GENERIS *Senatus*. Cassiodorus: *Quidquid* HVMANI GENERIS *floris est, habere Curiam*. Et Panegyricus scriptor: *Sensisti Roma te tandem arcem omnium gentium, et terrarum esse reginam, cum ex* OMNIBVS PROVINCIIS, *Optimates viros Curiae tuae pigneraveris; ut Senatus dignitas, non nomine quam re esset illustrior, cum ex* TOTIVS ORBIS *flore constaret*.

8. Alter autem ab hoc ordo est *Equitum*: qui et ipsi ab illis notis tribus probati, aut probandi. Nam de Genere, multi erant e Senatoribus et Patribus orti: et certe liberti aut libertini, nec si Censum haberent (nisi beneficio Imperatorum) in hunc ordinem veniebant. Quod inferiore etiam aevo Alexander Imp[erator] servavit, de quo Lampridius: *Numquam libertinos in equestrem locum redegit, asserens* SENATORVM SEMINARIVM *equestrem locum esse*. Erant tamen ex ingenuis multi, et fere omnes qui Censum equestrem haberent. Is fuit *Quadringentorum*: id est, *decies mille* Philippicorum. Igitur latus hic ordo et amplus, ut tunc opes plerisque amplae erant: et ideo quod ad Vitam, coërcendus aut recidendus. Apud veteres id quoque Censores fecere, sive in *Transvectione* (quae tamen eorum modo erat, qui *Equum publicum* habebant) sive per lustra singula, cum ordines digerebant et recognoscebant. Nam hic quoque Album erat, sive tabulae, et recitabant: quique primus ex iis nominatus, *Princeps iuventutis* dicebatur. plane, ut qui in Senatu primus recitatus, *Princeps* item *Senatus*, augusto titulo, dicebatur. Sed cur *Iuventutis*? an omnes iuvenes? imo viri plures et senes erant: sed caussa et origo, quod olim et prima republica, pauci Equites, nec fere nisi filii Senatorum. Crevit paullatim largiter numerus, et magnam civitatis aut civium partem comprehendit: sed nomen tamen *Iuvenum* mansit. Sed et Iuvenes antiquis dicti ad annum XLV.

9. Aud.- Iam semel iterumque de Senatorum filiis: non ergo ii Senatorii, aut Senatores?

10. Lips.- Cave erres: distinctione hoc dicam. Aliud *Senatus*, si Principum tempora adspicias, aliud *Senatorius ordo*. Ille certo numero stetit, ut diximus, et intra *sexcentos*, sub Augusto quidem: at iste, latius patuit, et iuvenes quoque ac Senatorum filii, sed et alii equites in eum cooptati. Censabantur enim Senatorii, qui ius lati clavi a Principe impetrassent: id est, insigne ipsum Senatorum. et in Senatum quidem ii veniebant, sed sententiae ius fuisse non putabis. Institutum enim Augusti fuit, quod ipsis Suetonii verbis dicam: *Liberis Senatorum, quo celerius reip*[*ublicae*] *assuescerent, protinus a virili toga latum clavum induere, et Curiae interesse permisit*. Hoc ita Augustus, sed restricte, in *Senatorum liberis*: postea Caligula etiam aliis quibusdam equitibus permisit {Dio LIX}. Permisit dico, aliique Principes; sed sic ut ab ipsis peteretur. Talis est ille Iulius

---

3 *Curiam.* 1599, 1605] *Curiam decet.* 1598 **19** plane, 1599, 1605] Plane 1598
23-24 [[Sed...XLV.]] 1599, 1605] deest 1598

1-2 Symm. *Ep*. 52 **3-6** *Pan. Lat*. 4.35.2 **11-12** HA *Alex. Sev*. 19.4
15-17 DH 4.24.8 **23-24** DH 4.16.2-3 **34-36** Suet. *Aug*. 38.2
36-37 DC 59.9.5

GÉNERO HUMANO. Casiodoro dice que *la curia recoge la flor del* GÉNERO HUMANO. Y el escritor del «Panegírico»: *Te diste cuenta Roma de que, finalmente, te convertiste en la fortaleza de todas las naciones, y en la reina de la tierra, por haber recibido en tu curia a los mejores hombres de* TODAS LAS PROVINCIAS*, y es que la dignidad del Senado no es ilustre por su sólo nombre sino por albergar la flor* DE TODO EL ORBE.

8. Un segundo lugar dentro de este 'ordo' lo ocupa el grupo de los caballeros que, de los tres conocidos, resultaban especialmente efectivos y apreciables. En cuanto a su origen, muchos descendían de senadores y 'patres', y, ciertamente no entraban en este 'ordo' ni libertos ni libertinos, nisiquiera aunque tuvieran la fortuna necesaria (a no ser que fuera por una concesión imperial). Esta situación la mantuvo también en la baja época el emperador Alejandro, sobre lo cual dice Lampridio: *Jamás incorporó a libertinos al estado ecuestre, aduciendo que el estado ecuestre era el* SEMILLERO DE SENADORES. Había, no obstante, muchos libres y prácticamente casi todos ellos tenían la fortuna ecuestre. Esta era de *cuatrocientos*, esto es, *diez mil* filípicos. Así pues, este 'ordo' era extenso y amplio, ya que entonces la mayoría tenía amplios recursos, y esto se debía a que en el vivir eran personas contenidas y austeras. Entre los antiguos, también los censores reconocían este hecho, ya fuera en el *desfile público* (en el que participan, no obstante, tan sólo los que tenían *caballo público*) o mediante los correspondientes reconocimientos lustrales, en el momento de ordenar y revisar los 'ordines'. También aquí había una lista, o tablas, y procedían a su lectura pública; el que en ellas era citado en primer lugar, recibía el nombre de *príncipe de la juventud*, exactamente igual que aquel cuyo nombre se pronunciaba primero en el Senado, que recibía también el de *príncipe del Senado*, augusto título. Pero, ¿por qué *de la juventud*? ¿Eran todos ellos jóvenes? En realidad muchos eran hombres maduros y ancianos, pero la causa y el origen del nombre estaba en que antiguamente, durante los primeros momentos de la República, había pocos caballeros, y eran casi exclusivamente los hijos de los senadores. Paulatinamente, su número se fue haciendo mayor y llegó a englobar a una gran parte de la ciudad y de los ciudadanos, pero se mantuvo, no obstante, el nombre de *jóvenes*. Además a los antiguos se les llamaba jóvenes hasta la edad de 45 años.

9. Discípulo- Algo parecido debía ocurrir con los hijos de los senadores, ¿no eran ellos también senatoriales o senadores?

10. Lipsio- Cuidado que te equivocas. Voy a explicártelo claramente. Atendiendo a los tiempos de los príncipes, una cosa es el *Senado* y otra el '*ordo' senatorial*. Aquel tenía un número fijo, como dijimos, que estaba en los *seiscientos*, o al menos así era bajo Augusto, pero el 'ordo' senatorio se nos presenta más laxo, pues también jóvenes e hijos de senadores, así como algunos caballeros eran cooptados en él. Eran considerados senatoriales los que obtenían del príncipe el derecho a llevar el laticlavo, esto es, el mismo e insigne de los senadores. Ciertamente, estos tenían acceso al Senado, pero no debes creer que tuvieran el derecho de intervenir. Institución que se debe ciertamente a Augusto y que te voy a definir con una cita textual de Suetonio: *A los hijos de los senadores, para que se avezaran más rápido en los asuntos del Estado, les permitió que directamente vistieran tras la toga viril el laticlavo, y estar presentes en la curia*. Así lo estableció Augusto, pero restringiéndolo *a los hijos de los senadores*, más tarde {Dion LIX} Calígula también se lo permitió a ciertos caballeros. Lo permitió, digo, como hicieron otros príncipes, pero se hizo de tal modo que se les solicitaba. Tal fue el caso

Montanus apud Tacitum, *Senatorii ordinis, sed qui nondum honorem capessisset*. Hosipsos *Senatores* interdum dici reperio. ut in Tacito {VI Ann[alorum]}: ubi Togonius Gallus censet, *Principem diligere Senatores viginti, sorte ductos, ad custodiam sui*: et Tiberius custodes oblatos hos amoliens, *Nam quos omitti posse, quos eligi? honoribus perfunctos, an iuvenes?* Intellegit hos nostros *Iuvenes*, qui nondum proprie Senatores, sed, ut ita dicam, Senaturiebant. Hi sunt, qui *Illustres equites* a Tacito eodem, atque aliis, ad discrimen dicuntur: et palam ipse Tacitus cum Senatoribus iungit, aut coaequat. *Augustus*, inquit, *inter alia dominationis arcana, seposuit Aegyptum, vetitis ingredi, nisi permissu, Senatoribus, aut illustribus equitibus Romanis*.

11. Sed ne abducamur a nostris Equitibus: genus igitur diffusum, et in vario discrimine: erant qui *Equo publico*, erant qui *Iudices*, erant communi nomine *Equites* dicti. Illi qui Equo publico, tempore Dionysii Halicarnassaei, id est Augusti, ad *quinque millia* erant, aut supra, ut ipse vidit ac numeravit. Qui in Iudicibus, haud pauciores: imo plures ex Plinio scribente, *Iudicum non nisi quattuor Decurias fuisse primo, vixque singula millia in Decuriis, nondum provinciis ad hoc munus admissis*. Qua adiectiuncula notat, largiter plures suo aevo fuisse: cum et Caligula *Quintam Decuriam* addidisset.

12. Quid iam dicemus in reliqua classe eorum, qui immunes, fuisse? Atque isti Equites. quos Perseus rex apud Livium ita laudat et insignit {Lib[ro] XLII}: *Equites enim illis,* PRINCIPES *iuventutis; equites* SEMINARIVM *Senatus; inde lectos in Patrum numerum, Consules, inde Imperatores creant*. Quae omnia satis clara tibi, ex iis quae dixi.

13. Superest tertius ordo *Plebis*. de quo quid singulariter dicam, nisi triplici discrimine fuisse, Ingenuos, Libertinos, Libertos? Et in militia discrimen erat ab hoc Genere; itemque a Censu, sicut et in aliis muniis, siqua publice subirent. Vita etiam Censura permissa: quam tamen neglexisse postea (malo sane publico) Imperatores video, contentos duplicem illum priorem ordinem recognosse.

14. Aud.- Satis decora et utilis tota haec Ordinum distinctio: sed vulgo et in occursu poterantne agnosci?

15. Lips.- Poterant, et statim quidem, ab habitu. Nam etsi toga communis omnium civium vestis esset: tamen discrimina alia, ab aliis notis. Vt solis Senatoribus, aut istis quasi Senatoribus, ius *Lati clavi* gestandi erat: quod non aliud, quam velut bullae e purpurae, et capita clavorum intexta aut inserta. Equitibus autem Aurei annuli, qui hunc ordinem, ut Plinius ait, a plebe distinguebant. Qui his duabus notis carebant, Plebs erant.

---

1 Tac. *Ann*. 13.25 2 **3** ≅Tac. *Ann*. 6.2.3 **4-5** Tac. *Ann*. 6.2.4 **8-9** Tac. *Ann*. 2.59.3 **12-13** DH 6.13.4 **14-15** Plin. 33.30 **16** Suet. *Calig*. 16.6 **19-21** Liv. 42.61.5 **35-36** Plin. 33.29

de aquel Julio Montano que aparece en Tácito *del 'ordo' senatorial, pero que no había ejercido todavía cargos.* Por todas partes encuentro que se habla de esta clase de *senadores*, como en Tácito, cuando Togonio propone {VI de los «Anales»} *que el príncipe elija veinte senadores, sacados a suertes, para su custodia*, y Tiberio renuncia a la concesión de esta guardia preguntándose *¿de cuáles se puede prescindir y a cuáles se puede elegir? ¿Los que habían desempeñado cargos o los jóvenes?* Entiende que estos últimos son nuestros *jóvenes*, que no eran todavía propiamente senadores, pero que, para decirlo de alguna modo, senatorizaban. Son los que reciben el nombre de *caballeros ilustres* por parte del propio Tácito, y de otros, para diferenciarlos. A todas luces el propio Tácito los mete en el mismo grupo de los senadores y los equipara a ellos. *Augusto*, dijo, *entre otros secretos de su dominación se reservó Egipto, prohibiéndole la entrada a los senadores y otros caballeros ilustres romanos, a no ser que lo hicieran con un permiso especial.*

11. Pero no nos olvidemos de nuestros caballeros. Era una clase muy extendida y con múltiples distinciones: los había que recibían el nombre de *con caballo público*, o el de *jueces*, o los llamados comúnmente *caballeros*. Los que poseían caballo público, en tiempo de Dionisio de Halicarnaso, esto es, en el de Augusto, eran unos *cinco mil* o poco más, según vio y cuantificó este personalmente. Los encargados de los juicios no eran menos. En realidad eran más según escribe Plinio, *al principio tan sólo había cuatro decurias de jueces, y cada una de ellas apenas si tenía el millar de miembros, pues los de las provincias todavía no habían sido admitidos en este cargo*. Con el pequeño aumento que apunta se incorporaron muchos más en su época, pues Calígula añadió una *quinta decuria*.

12. ¿Qué decir del grupo restante de aquellos que fueron libres de impuestos? Estos eran a todos los efectos caballeros, el rey Perseo los alaba y exalta del siguiente modo en Livio {en el libro XLII}: *Los caballeros, ciertamente, son para ellos los* PRÍNCIPES *de la juventud, son el* SEMILLERO *del Senado, más tarde, después que son elegidos para formar parte de la lista de los 'patres', los hacen cónsules, y después emperadores*. Todo lo cual debe resultarte bastante claro después de lo que te he explicado.

13. Queda aún el tercer 'ordo' de la *plebe*, sobre el cual ¿qué es lo que quieres que te cuente de específico, salvo que estuvo diferenciado en tres categorías: los libres, los libertinos y los libertos? En el ejército se realizaba una distinción de este género. Existía también otra según la fortuna, lo mismo ocurría con otros cargos si se daba el caso de que asumían alguno oficial. La vida la tenían también sujeta a censura, cosa que veo que más tarde los emperadores dejaron en desuso (sin duda, para mal público), contentándose con revisar aquel doble primer 'ordo'.

14. Discípulo- Muy decente y útil es esta diferenciación de órdenes, pero me pregunto si era posible reconocerlos llanamente por la apariencia.

15. Lipsio- Por supuesto que sí, de inmediato por su atuendo. Pues, aunque la toga era el traje común de todos los ciudadanos, existían no obstante ciertas distinciones por ciertas señas. Únicamente a los senadores o a aquellos cuasi senadores se les concedía el derecho de vestir el *laticlavo*, que no era otra cosa, sino una suerte de botones de púrpura que como tachuelas llevaban bordados y engarzados. Los caballeros, por su parte, tenía el del anillo de oro que distinguía este 'ordo', según dice Plinio, de la plebe. Los que no tenían ninguna de estas dos distinciones formaban la plebe.

Lib. IV cap. 3: Iustitia et Clementia in bellis.

1. Viros igitur communiter iam vidisti, et in classes suas distinctos: ire per Magistratus et officia Civilia aut Militaria, longum sit, nec nostri nunc sermonis. Etsi omnia ea optime et prudentissime instituta, siqua umquam in Republica: sed omittantur, et quod propositum, de *Virtutibus* addamus. Nam viros illos laudabiles, vel potius ADMIRABILES fuisse dico, idque a duplice virtute, *Militari* vel *Civili*.

2. Illam in imperio et republica iure considero, ut tutelam eius, imo augmentum: sine qua frustra aliquis status aut commune se iactet. Praemitto igitur, et duo hic in Romanis, *Iustitiam ac Fortitudinem*, miror. Quod ad illam, nescio an alia gens consideratius, et caussis in Rationis trutina libratis, bellum susceperit, quam ista. Nam plerique, aut Regum suorum arbitrio arma induerunt, aut primorum aliquot in Republica, qui decernebant. Hic aliter. et nec Senatui, nec populo toti, plenum hoc ius; nisi cognitio et iudicatio sacerdotum publicorum intervenisset, quos *Fetiales* dicebant. Eorum arbitrio sumpta arma, posita arma: et religio, non solum iustitia, ea temperabat. Laudat et probat hoc unice Dionysius: et *Graecos suos caruisse* eo dicit: et *sese ideo obiter expositurum, quid muneris et iuris habuerint: ut*, inquit, *quibus ignota hactenus fuit Romanorum* IN BELLIS RELIGIO*, mirari desinant felices eventus plerumque habuisse. Nam omnium bellorum initia et caussas, apparebit iustas fuisse: atque ideo Deos merito propitios sensisse et faventes*.

3. Aud.- Prudens et pia scriptio Dionysii, fateor: sed an vera Lipsi? Itane omnia bella iusta, et a talibus caussis? Mirum sane. cum video tot regna aut regiones bello petitas, et subiectas; atque adeo in paucis annis, cum extra Italiam pugnare coeperunt, domitum paene universum orbem. Singularis haec occasio vel opportunitas, si omnes sic ordine laeserunt aut lacessierunt: et plane ponenda inter tua ADMIRANDA. Quin, quod res est, dicimus? Bella quaedam iusta, non nego: plura a duobus malorum stirpibus nata, Ambitione et Avaritia. quod nec ipsi Romani scriptores negent. Vis Sallustium audire? *Romani arma in* OMNES *habent, in eos acerrima, quibus victis* SPOLIA *maxima sunt*. Et iterum: *Romanis cum nationibus, populis, regibus cunctis,* VNA, *et* VETVS *bellandi caussa est,* CVPIDO *profunda* IMPERII *et* DIVITIARVM. Quid Tacitus tuus, ille iudicii consideratus simul et liber? RAPTORES ORBIS*, postquam cuncta vastantibus defuere terrae, et mare scrutantur. Si locuples est hostis,* AVARI*; si pauper,* AMBITIOSI*. quos non* ORIENS*, non* OCCIDENS *satiaverit*. Audis, Lipsi, praeclara

---

16-20 DH 2.72.3-4 **29-30** Sall. *Fragm.* (*Ep. Mith.*) 20 **30-31** Sall. *Fragm.* (*Ep. Mith.*) 5 **32-34** Tac. *Agr*. 30.4

Lib. IV cap. 3: Justicia y clemencia en las guerras.

1. Ya has visto como eran a grandes rasgos aquellos hombres, y en qué grupos se podían diferenciar. Coger el camino de estudiarlos según las magistraturas y los oficios civiles o militares que ejercieron es tarea larga y no es el objetivo que se ha propuesto nuestro discurso. Aunque todo ello fue instituido de forma óptima y sumamente prudente, como jamás se ha hecho en un Estado. Dejemos esta ruta a un lado, y según el propósito inicial, añadamos lo relativo a las *virtudes*. Y es que aquellos hombres eran loables, o mejor ADMIRABLES por una doble virtud *militar* y *civil*.

2. Considero, en esencia, esta como la protección de la república y la razón del aumento del imperio, sin ella cualquier orden o comunidad se postra inane. La sitúo, pues, en primer lugar y admiro los dos rasgos que para los romanos ocupaban ese espacio: *justicia y bravura*. No sé si ha habido alguna otra nación que fuera más consideradada en lo que se refiere a la primera, o que sopesara las causas de hacer la guerra con pesas de una balanza de precisión, como hacía esta. La mayoría de las naciones bien dejaron el uso de la fuerza a la voluntad de sus reyes, o bien eran unos pocos próceres los que decidían en el Estado. Aquí ocurría de muy otro modo, pues este derecho en su totalidad no pertenecía ni al Senado, ni al conjunto del pueblo, sino que dependía de la deliberación y decisión de unos sacerdotes públicos llamados *feciales*. Según su voluntad se tomaban o deponían las armas, de modo que era la religión y no sólo la justicia la que regulaba la guerra. De este hecho tan sólo hay testimonio en la alabanza de Dionisio, que dijo que *sus griegos carecían* de tal institución, *y que por eso tenía que quedar claro qué tipo de obligaciones y deberes tenían, para que,* sigue diciendo*, a la gente que tanto desconocía lo que significa* LA RELIGIÓN *para los romanos* EN TIEMPOS DE GUERRA*, dejaran de admirar los felices éxitos que tenían casi siempre. De hecho, consideraban que todas sus guerras respondían desde el inicio a causas justas, y por ello pensaban que los dioses les eran favorables y propicios sin reservas.*

3. Discípulo- Confieso que lo que escribe Dionisio me parece prudente y pío, pero, Lipsio, ¿respondía a la verdad? ¿Todas las guerras pueden ser justas y responder a causas igualmente justas? Realmente no salgo de mi asombro cuando veo que consiguieron y sometieron tantos reinos y regiones por medio de la guerra y que, además, en pocos años, cuando comenzaron a luchar fuera de Italia, sojuzgaron prácticamente al orbe entero. Esto se explica por circunstancias excepcionales y por las oportunidades que supieron aprovechar, y que ellos prepararon y provocaron ordenadamente: cosa que debería ser colocada entre lo que tú calificas como DIGNO DE ADMIRACIÓN. Mas, ¿por qué no explicamos lo que pasó? No niego que habrá alguna guerra a la que se pueda llamar justa, pero la mayoría se debe a los males que proceden bien de la ambición, bien de la avaricia, cosa que ni los propios autores romanos se atreven a negar. ¿Quieres escuchar a Salustio? *Los romanos tienen las armas preparadas contra* TODOS*, y para aquellos contra los que la victoria proporcionará los mayores* ESPOLIOS*, las tienen más afiladas.* O también: *Los romanos tienen un* ÚNICO *y* VIEJO *motivo para hacer la guerra en masa contra gentes, pueblos y reyes: un profundo* DESEO DE PODER *y* RIQUEZAS. ¿Qué dice tu querido Tácito, aquel hombre ponderado a la vez que sincero, al respecto? DEPREDADORES DEL ORBE *cuando han agotado toda la tierra en su devastación, escrutan ávidos los mares. Si el enemigo es rico,* AVARICIAN SUS RIQUEZAS*, si es pobre* AMBICIONAN PODER*, ni* ORIENTE *ni* OCCIDENTE*, les podrán dejar saciados*. ¿Estás prestando atención, Lipsio, a lo preclaro que es este elogio? Procede,

haec elogia? et ab ipsis quidem Romanis: nec tu veste aut colore aliquo sermonis facile haec teges.

4. Lips.- Suaviter rideo.

5. Aud.- Ita video, cur autem in re seria?

6. Lips.- Nam tuam hanc malitiam (imperitiam dicere non possum) qui non rideam? qui verba te dare mihi censes, in his quasi Romanorum verbis, quae revera hostium esse non ignoro. Nonne priora illa Mithridates apud Sallustium profert, altera Galgacus apud Tacitum? Mirum autem, si ii bene honesteque de Romanis loquantur aut sentiant, qui viris et equis expugnatum eos eunt et eversum. O tuam dissimulationem! quasi nescias decore haec historiis inseri, non quia probe aut vere, sed quia probabiliter ab iis dicta. Nam talia non desunt, nec umquam deerunt, magnis imperiis obiectari. Miserabiles enim fere victi sunt, et favemus imbecillis; et passi iniuriam videntur, quia non fecerunt. Atqui terras eorum invaserunt, et ceperunt. Quid ergo? libere et impune laesisse vis? incipere bella, in aliena manu est: non ponere cum lubet, et ut lubet. Amittere sua non iniuste incipit, qui aliena aut alios iniuste laesit.

7. Sed enim ordo iste mirificus, et inter mea ADMIRANDA referendus, ut aiebas. Ego tecum hoc sentio, et arripio: et admirabilem plane hic habeo Providentiam divinam. Itane serie quadam bella ex bellis nata, provinciae ex provinciis subactae? Illa caussas dedit, aut permissit: et semper duplici hoc titulo Romani usi, ut aut pro *Salute* arma caperent, aut pro *Fide*. Pro illa, ubi res eorum ageretur; pro ista, ubi Sociorum. Et hoc de Sociis late patuit, et est illa catena, quae bella et terras coniunxit aut subiunxit. Cicero vere et libere: *Noster populus*, SOCIIS *defendendis,* TERRARVM OMNIVM *potitus est*. Vere inquam: et vis pauca exempla? Ecce Carthaginienses validi sunt, imo aemuli virium Romanarum. obstant crescentibus: quid fit? removendus ille obex, et caussam ipsi praebebunt. Siciliam invadunt, et Mamertinos: isti ad Romanos appellant, ut Socios. Veniunt, subveniunt, pellunt eos, et quaesita iam ipsis ad se trahunt. Fit pax, et Sardinia etiam Siciliae adiicitur, concessu ipsorum. Vides augmentum? Sed enim iam sistimus, et illi manent ac florent? non. in Hispaniam mala cupidine transscendant, arma etiam Saguntinis inferant, et amicum sociumque Romanis opidum evertant. Bellum ergo iterum iustum: quo fine, et fructu? Victi illi, et in Africam compulsi, Hispania aucti Romani. At enim Graecia et Macedonia iam desunt. Vis iuste dari? Philippus Macedo foedus cum Annibale coibit, Romanos et Graecos simul lacesset: atque isti eos advocabunt, et sibi primum, mox et Macedonibus, imponent. Talia in Antiocho,

---

28 praebebunt 1599, 1598] praebebuut 1605

---

14 Tac. *Hist*. 4.68.5 **25-26** Cic. *De Rep*. 3.35 (= Non. p.489, 16)

sin más, de los propios romanos. Ni tan siquiera tú, con un hábil discurso, vas a poder maquillar ni disfrazar cuanto dice.

4. Lipsio- Con gusto me sonrío.

5. Discípulo- Ya veo, ¿y por qué lo haces en un asunto tan serio?

6. Lipsio- ¿Cómo no voy a sonreirme con la malicia (no puedo decir que sea impericia)? Tú, que te crees con derecho de citarme textos, que sepas que no ignoro que aquellas citas supuestamente de romanos son, a decir verdad, propias de sus enemigos. ¿No es Mitrídates quien pronuncia la primera en Salustio, y la segunda no es de Galgaco en Tácito? Sorprendería, si, en cambio, tuvieran palabras y pensamientos buenos y nobles sobre los romanos que llegaron con infantería y caballería para vencerlos y provocar su declive. ¡Ay qué disimulo el tuyo! Pues haces como si no supieras que estas opiniones han sido incluidas en las historias justamente, no por ser legítimas o verdaderas, sino porque fueron probablemente pronunciadas por ellos. Pues no faltan ni jamás han de faltar opiniones con las que oponerse a los grandes imperios. Dignos de compasión, en efecto, son por lo general los vencidos, estamos a favor del débil. Ellos se ven víctimas de una injusticia que no pudieron cometer. A pesar de ello, invadieron sus tierras y se las arrebataron. ¿Y bien? ¿Tú lo interpretas como una agresión gratuita e impune? Comenzar una guerra está en manos ajenas y no es posible detenerla ni cuando se quiere ni como se quiere. Quien injustamente agrede a otras naciones extranjeras, justamente está empezando a perder lo suyo.

7. No obstante, en efecto, esta milagrosa circunstancia debe ser incluida, como decías, entre lo que he decidido definir como DIGNO DE ADMIRACIÓN. Yo la percibo contigo, y quiero hacer hincapié sobre ella, pues para mí que en este punto la Providencia divina fue absolutamente admirable. ¿No debe serlo la sucesión de guerra tras guerra, el amasijo de provincias tras provincias? En verdad que fue ella la que puso los cauces o permitió que se pusieran, mientras los romanos, por su parte, siempre usaron de la siguiente doble justificación, a saber, que tomaban las armas por su *salvación*, o por la *fidelidad*. En el primer caso, se trataba de asuntos propios; en el segundo, eran los de sus aliados. Y esto de los aliados fue muy frecuente y dio lugar a aquella cadena que va uniendo tierras a guerras y subordinando unas a otras. Cicerón dice con verdad y franqueza: *Nuestro pueblo se apoderó de* TODA LA TIERRA*, defendiendo* ALIADOS. Y yo digo que es verdad, ¿quieres algún ejemplo? He ahí a los cartagineses, vigorosos y que prácticamente están a la par de fuerzas con los romanos, suponen un obstáculo para los que están creciendo, ¿qué pasa? Debe retirarse el obstáculo y para ello los mismos obstaculizadores suministran un motivo. Se lanzan contra Sicilia, y contra los mamertinos, estos llaman a los romanos en calidad de aliados. Llegan, se hacen con el problema, expulsan a los cartagineses y se incorporan Sicilia como ganancia de aquellos mismos cartagineses. Se hace la paz y Cerdeña se añade a Sicilia como concesión de los mismos. ¿Te das cuenta de la expansión? En fin, ¿los dejamos tranquilos para que se queden en su tierra y crezcan apaciblemente? No. Pasan a Hispania con malas intenciones, llevan sus armas ante los saguntinos y destruyen dicha ciudad habitada por amigos y aliados de los romanos. De modo que de nuevo se inicia una guerra justa, ¿con qué fin y con qué provecho? Tras vencerlos y expulsarlos a África, los romanos se anexionan Hispania. Mas, ciertamente, faltan Grecia y Macedonia. ¿Quieres dárselas con justicia? Filipo el macedón se unirá a Aníbal en un pacto, agrede a romanos y griegos a la vez, y entonces estos últimos recurren a los romanos a los que acaban por imponer sobre sí primero y sobre los macedonios

Iugurtha, ipso Mithridate. qui sceleratissimus non regum, sed mortalium, quid de fraude vel iniustitia Romanorum queritur? ut volet; ipse ab illis et nobis audiet, *Vae Victis*. Non dicam pereant, sed tamen pareant, qui vincere aut quiescere non potuerunt.

8. Aud.- Hem! acriter tu pro Romanis: sed ex animi tui sententia?

9. Lips.- Ex sententia: saltem de antiquis illis Romanis, et ante Sullam civili bello nondum infectis et, ut sic loquar, decoloratis. Pleraque omnia tunc pura et iusta: et liceat cum Rutilio, vere de Roma dicere,

> IVSTIS BELLORVM *caussis, nec* PACE *superba,*
> *Nobilis ad* SVMMAS *gloria venit* OPES.

At postea degenerarunt, Avaritia et Ambitio quaedam dictarunt, ad hoc Rationis examen non dirigenda.

10. Aud.- Iam remissius, et laudo. quid tamen in Rutilio audio, nec *Pacem superbe* dedisse? Imo raro dedit, aut impotenter et superbe dedit.

11. Lips.- Neque id tibi dabo. Quosdam populos punivit, fateor; sed non nisi imperio suo, et stipendiario illo iugo. Quam multis autem et pacem indulsit, si uti ea potuissent, aut voluissent? Ipsis Carthaginiensibus bis: Philippo etiam, et Antiocho, et Tigrani: atque hos omnes cum pellere terris in eorum manu esset; contenti fuerunt restringere, et ut imagine hac utar, pennas incidere, ne temere et lascive sic evolarent. Sed satis super Iustitia.

11-12 Rutil. Nam. 1 vv. 89-90

después. Lo mismo ocurre con Antíoco, Jugurta o con el propio Mitrídates, ¿qué persona impía no sólo de entre los reyes sino de todos los mortales, va a lamentar esta circunstancia por ser un fraude o una injusticia cometida por romanos? Si quiere, que escuche de la boca de aquellos y de la nuestra las siguientes palabras: *¡Ay de los vencidos!* Yo no digo que deban morir, pero sí que deben quedar sometidos los que no fueron capaces de vencer o permanecer neutrales.

8. Discípulo- ¡Vaya! Pues sí que estás tú convencido a favor de los romanos, ¿de corazón te ratificas en esa opinión?

9. Lipsio- Absolutamente, por lo menos en lo que respecta a los antiguos romanos, los que antes de la guerra civil de Sila todavía no habían sido corrompidos ni, por decirlo así, perdido sus esencias. Entonces, prácticamente todo lo que ocurría era puro y justo, y estamos legitimados para decir de Roma lo que Rutilio:

> *Por las causas* JUSTAS DE LA GUERRA*, y no por una* PAZ *arrogante, la noble gloria proporciona* LOS MAYORES RECURSOS.

Pero después se envilecieron, la avaricia y la corrupción dictaminaron sus normas, pero no voy a someter a examen la causas de este cambio.

10. Discípulo- Con este matiz te muestras más moderado, y yo te lo alabo, de todos modos, ¿qué te parece lo que dice Rutilio de que no garantizaron un *paz con arrogancia*? Quiere decir que la garantizaron raramente, o que sí fue despótica y arrogante.

11. Lipsio- Ni eso te concedo. Confieso que a ciertos pueblos los castigó, pero lo hizo con el ejercicio de su imperio y con aquel yugo impositivo. ¿A cuántos, en cambio, les hubiera concedido la paz si hubieran sabido o querido servirse de ella? Con los propios cartagineses lo intentaron en dos ocasiones, lo intentaron con Antíoco, con Tigranes, y en todos esos casos, aunque estuvo en sus manos expulsarlos de sus tierras, se dieron por contentos con limitárselas y para usar de una metáfora, con desplumarlos para que no levantaran el vuelo por probar suerte orgullosamente. Pero basta ya de hablar de la justicia.

Lib. IV cap. 4: Fortitudo Romanorum militaris.

1. *Fortitudinem* in militia nunc consideremus. Quid tamen hic diffundar? nonne satis in ROMANA MILITIA mea feci? Opinor: sed argumenti et contextus etiam caussa, pauca dicantur. Aio igitur et *Milites* et *Duces* praestantissimos huic genti fuisse, et in omni aevo ADMIRANDOS. Vide mihi legiones illas, quae binae iunctae, et cum totidem Sociis, equitatu autem *mille octingentorum*, ad quaecumque bella et hostem ibant: ibant, sed et victrices fere redibant. Tota autem ea manus, quid amplius quam *octodecim millium* erat? Iam si decem legiones iungeres, quod item factum: quid nisi Hirtii verbis dicam, *vel caelum diruere* eas potuisse? Ecce gygantes novos, et veros, nec fabulis petitos. An non tales tibi videbuntur, si in *Opere*, *Agmine*, *Acie*, paullisper eos consideras? Quod ad Opus, fodiebant, vallum et fossas ducebant; aggerem, testudines, turres struebant: omnia celeriter et industrie, ut fidem superet paucos homines tanta, in tantulo tempore, struxisse. In *Poliorceticis* {Itemque in *Militia*} meis dedi exempla.

2. Iam de Agmine, quid istud est? arma omnia peditem ferre, cibos semestres aut menstruos, utensilia, et septenos aut plures interdum vallos. Iumentum ita oneres, negabis par futurum. Adde ordinem in toto incessu, a signis non discedere, pari passu omnes ambulare, decurrere etiam, cum opus esset, in plenis armis.

3. Denique in acie quis par Romano miles erit? nam non fuisse quidem, id constat. Cum omnibus gentibus, omni genere armorum aut pugnarum, concurrerunt: ecquando victi sunt ignavia sua aut culpa? nam hoc addendum est: et optimus ille miles semper potior, nisi mens et directio impediret imperiti aut temerarii Ducis. Livius gloriatur {Lib[ro] IX}: *Absit invidia verbo, et civilia bella sileant, numquam ab* EQVITE *hoste, numquam a* PEDITE*, numquam* APERTA *acie, numquam aequis utique locis laboravimus*. Vera dictio, et trophaea victarum gentium adstipulantur. Graecos aut Macedonas aliquos mihi compones? Pyrrhus ipse Macedo refutabit: et cum Romanae militiae periculum, sed cum suo periculo fecisset, vocem e pectore emisit: *O quam facile erat orbis imperium occupare; aut mihi Romanis militibus, aut Romanis me rege!* Atqui si quisquam Regum bono et veterano milite instructus fuit, is fuit. Quid autem mirandum tales fuisse, apud quos, a prima adolescentia, vita omnis in armis, honos omnis ab armis erat? Nemo honestiorum ad remp[ublicam] accedere, aut magistratus capere poterat, nisi decem annos militasset. Et pedestris ipsa militia, viginti annorum decursu denique terminabatur. In ipsa pace, an quietem egisse censes? exercitia assidua erant, vel in Campo illo Martio, vel in ipsis alibi castris. Aristidem operae pretium est in

---

4 Lips. *De Mil*. **10** Caes. *B. Hisp*. 42.7 **14** Lips. *Poliorc*.; Lips. *De Mil*. IV.4-7 **23-25** Liv. 9.19.15 **27-28** Flor. 1.13.18

Lib. IV cap. 4: La bravura militar de los romanos.

1. Vamos a tomar ahora en consideración la *bravura* en la milicia. ¿Por qué extenderme al respecto? ¿No bastó lo que dije en mi «MILITIA ROMANA»? Yo creo que sí, pero por causa del argumento y del contexto en que estamos díganse una pocas palabras. Afirmo, pues, que esta nación tuvo muy eminentes *soldados* y *caudillos*, DIGNOS DE ADMIRACIÓN en cualquier época. Observa, hazme el favor, a aquellas legiones unidas normalmente de dos en dos, dotadas de un número de aliados igual y de *mil ochocientos* hombres de caballería, salir al encuentro de cualquier guerra y enemigo y volver victoriosas al punto. Todo ese efectivo, ¿qué cantidad de hombres lo formaban sino únicamente *ocho mil*? Por lo tanto, si juntas diez legiones, como por lo demás se hizo en alguna ocasión, ¿por qué no citar las palabras de Hircio según las cuales eran capaces de *echar abajo el mismísimo cielo*? He ahí a nuevos gigantes, gigantes de verdad y no como los que salen en las fábulas. ¿No te han de parecer tales si los consideras por un momento *trabajando*, *en marcha* o *en formación*? En lo que se refiere al trabajo, hacían túneles, trazaban empalizadas y fosas, construían terraplenes, arietes y torreones. Todo ello lo construían con tanta rapidez y aplicación que pocos hombres hay que den crédito a que lo hicieron en tan poco tiempo. En mis «*Poliorceticas*» {también en la «*Militia*»} presenté ejemplos.

2. Hablaré ahora sobre el ejército en marcha, ¿a qué me refiero? El infante transportaba todo su armamento, las raciones de comida para dos semanas o un mes, el instrumental y, en ocasiones, sus correspondientes siete estacas si no más. Cargarás con el mismo peso a un jumento, y negarás que pueda igualarlo. Añade orden en el conjunto de la marcha, el hecho de que no se alejaran de las insignias, el que todos mantuvieran el mismo paso, y que corriesen si se hiciera necesario con todo el equipo.

3. Por último, ¿habrá soldado parecido al romano en el momento de la batalla? Consta, en efecto, que no lo hubo. Compitieron contra todas las naciones y frente a todo tipo de armas y estrategias, ¿cuándo fueron derrotados por caer en la cobardía o por una falta propia? Pues debe añadirse a lo dicho lo siguiente, que aquel óptimo soldado siempre fue el mejor, salvo cuando se lo impedían el criterio o las órdenes de un general inexperto o temerario. Livio se vanagloria de ello {en el libro IX} diciendo: *Que no se le dé la palabra a la envidia, que callen las guerras civiles: jamás nos vimos agobiados ni por* CABALLERÍA*, ni por* INFANTERÍA *enemiga, ni en* PLENA *refriega, ni en batalla a campo abierto*. Afirmación cierta, pues los trofeos arrebatados a las naciones vencidas lo confirman. ¿Formas ante mi a griegos o macedonios? Pirro, macedonio él mismo, lo desmiente, pues una vez que puso a prueba al ejército romano y quedó él mismo comprometido, dijo a voz en grito: *¡Qué fácil sería tomar el imperio universal si yo tuviera a los romanos por soldados o si ellos me tuvieran a mí por su rey!* Y si hubo algún rey con buenos veteranos fue él. Porque, en efecto, ¿cómo ha de sorprender que fueran tan buenos si desde su tierna adolescencia, la vida de todos estaba dedicada a las armas, si su dignidad procedía del ejercicio de las armas? Ningún noble accedía a un cargo público o podía asumir magistraturas sin haber prestado diez años de servicio militar. La propia milicia de infantería duraba veinte años. ¿Piensas que en época de paz se encontraban inactivos? Había maniobras de contínuo, ya en aquel Campo de Marte, ya en los propios campamentos de otros emplazamientos. Vale la pena oír al respecto

hac re audire: *Quinetiam in militari disciplina vos, o Romani, omnium aliorum inscitiam coarguistis. Nec enim contra hostes dumtaxat milites vestros ac Duces, sed inter se primum committitis et exercetis. Ita fit ut* COTTIDIE STENT IN ACIE*, nec umquam quisquam* LOCO CEDAT*, sed ut in aeterno et caelesti choro, quisque stationem suam cognoscat et servet*. Revera ita est: ut de *statione* quod ait, quis nescit locum in acie, vel in praesidio, militi servandum, vel moriendum fuisse? Leviter ab eo discedere, a vita erat abire: ut severitas quidem volebat saluberrimae illius Disciplinae. Inde contemptus periculorum et hostium: et in medios illos vel exiguam manum si Dux misisset, quis non sine cunctatione parebat? Exemplum illustre et notum, sed ADMIRABILE est, in bello Punico primo. Consul parum provide suos ductans, in locum humiliorem, et collibus undique cinctum, insinuarat. Hostes aditus insederant, et sine ferro confectum bellum videbatur. Ibi Tribunus consilium suppeditat: *Consul*, inquit, *vides tu collem illum, ab hostibus nondum occupatum? illuc censeo mittendam cohortem aliquam militum, si te et alios vis salvos. Hostes enim in illos irruent; interea tu, si vir es, te explicabis, et pervades*. Placuit Consuli sententia, et vera erat: nec de militis obedientia dubitabat, sed *Ducem*, inquit, *illum qui in certam mortem eat, quem habemus? Meipsum*, ait ille. Dictum, factum, quadringenti ad moriendum proficiscuntur, et cadunt: solus Tribunus inter mortuos, semimortuus ipse, repertus convaluit, et saepe utilem operam reipublicae postea navavit. Viros istos tali robore, tali obedientia, alibi mihi dabis? Spartanos tamen excipio, solos dignos qui cum Romanis comparentur, si vires et copiae maiores fuissent. nam alia non degenerant. Sed haec infelix audacia: illa laetior. cum Punico item bello, fugientem eorum classem, pedites in mare se coniicientes et natantes, quasi in camporum firmitate aggressi, manibus suis in litus retraxerunt. Paullo vetustiora ista sunt: ecce magis nova exempla. Bello Africano civili, Centurio Caesaris cum aliquot veteranis in mari captus, ad Scipionem adversarium Ducem perductus fuit. Ibi Scipio clementer vitam statim offerre et honorem, si deficere a Caesare, et pro se stare vellet. Ille autem contra, hortari ut ipse desisteret, neu contra tam invictum virum et copias pugnaret: *Quae*, inquit, *cuiusmodi sint, si minus antea expertus es, licet nunc cognoscas. Elige ex tuis cohortibus unam, quam putas esse* FIRMISSIMAM*, et constitue contra me. ego autem ex meis commilitonibus, quos nunc in tua tenes potestate,* NON AMPLIVS DECEM *sumam: tum ex virtute nostra intelleges, quid ex tuis copiis sperare debeas*. Ita Hirtius, sive Oppius, sive Balbus, caste et puriter haec narravit.

4. Aud.- Legi equidem, et memini: sed quid nisi militaria et vana haec verba sunt? Nam ut *decem* contra *quadringentos* consistat, nulla ratio aut exempla dicent.

1-5 Aristid. *Or.* 26.87 **28-32** Caes. *B. Afric*. 45.4-5

a Aristides: *¡Hasta qué punto, romanos, habéis hecho evidente la torpeza de todos los demás en el asunto de la disciplina militar! No sólo coordináis y ejercitáis a vuestros soldados y caudillos ante el enemigo, sino que antes lo hacéis entre vosotros mismos. Y lo hacéis de modo que* DIARIAMENTE SE DISPONGAN EN FORMACIÓN*, para que nunca* CEDA LA POSICIÓN *soldado alguno, sino que como en un coro eterno y celestial, todos conozcan su puesto y lo guarden*. Cosa cierta, pues en cuanto a lo dicho sobre el *puesto*, no se puede negar que el soldado o mantenía la posición en la formación o en un presidio, o se arriesgaba a morir. Abandonarla, aunque fuera un segundo, significaba perder la vida, porque la severidad exige salubérrima disciplina. De ahí el desprecio por peligros y enemigos, en medio de los cuales, ¿quién era el que titubeaba en presentarse en cuanto el caudillo hacía sólo un gesto? De la Primera Guerra Púnica, queda un ejemplo ilustre y conocido, que no por ello es menos ADMIRABLE. Un cónsul, que guiaba a los suyos con escasa habilidad, los había metido en un lugar bajo, rodeado por todas partes de colinas. Los enemigos cerraban las salidas, y parecía que la guerra iba a concluir sin nisiquiera llegar a tomar las armas. A esto que un tribuno le ofrece el siguiente consejo: *Cónsul*, dijo, *¿ves aquella colina que todavía no ha sido ocupada por los enemigos? Si quieres salvarte tú y a alguno contigo, pienso que debes enviar allí una cohorte de soldados. Los enemigos se lanzarán contra ellos y entre tanto, tú, si eres valeroso, saldrás de apuros y podrás huir*. Parecióle bien al cónsul tal propuesta pues cuanto contenía era cierto y tampoco albergaba duda alguna a propósito de la obediencia de sus hombres, y entonces dijo: *Quien dirija tal operación irá a una muerta segura, ¿a quién tenemos para ello?* El tribuno dijo: *A mí mismo*. Dicho y hecho, cuarenta avanzan para morir y caen, tan sólo de entre los muertos, el tribuno queda medio muerto. Después de ser encontrado, se recuperó y siguió prestando en adelante otros útiles servicios al Estado. ¿Me vas a decir que hombres como estos, con igual coraje y obediencia los hay en otros lugares? Excluyo, no obstante, a los espartanos, los únicos que saldrían airosos en una comparación con los romanos si su número y sus fuerzas hubiesen sido mayores, pues en el resto de detalles no se muestran indignos. Mas te he contado un acto de osadía que no tuvo un final feliz, el que viene ahora es más simpático. Ocurrió también durante la Guerra Púnica, cuando puesta en fuga la flota púnica, los romanos la llevaron hasta la costa persiguiéndola a nado como si lo hicieran por tierra firme. Son estos ejemplos un tanto antiguos, he aquí algunos otros más recientes. Durante los episodios africanos de la guerra civil, un centurión de César apresado con algunos veteranos en la mar, fue llevado ante Escipión, general del otro bando. Entonces, casi de inmediato, quiere Escipión magnánimamente garantizarle vida y rango si abandona a César y se pasa a su bando. Aquel, no obstante, se niega y lo hace invitando al propio Escipión a que renunciara a luchar contra un hombre tan manifiestamente invicto y que iba acompañado por una tropa tan excelente, diciéndole: *Si antes tenías poca idea, conviene que ahora sepas bien de qué clase son sus tropas. Elige una cohorte de las tuyas, la que creas* MÁS AGUERRIDA*, fórmala ante mí. Yo y aquellos de mis camaradas que tienes en tu poder* NO SOMOS MÁS DE DIEZ*; viendo nuestro valor militar has de saber cuál es el que debes esperar de tus propias tropas*. Así de honesta y claramente narró el episodio Hircio, Opio o Balbo.

4. Discípulo- Ciertamente, leí estos episodios de osadía y los recuerdo, pero no son más que bravuconadas militares, pues ni por lógica ni por precedente alguno es posible sacar que *diez* aguanten a *cuatrocientos*.

5. Lips.- Rationem nunc omitto, etsi ea quoque in veterano isto robore est: sed exemplis hoc firmari potest. Non tu in eodem Hirtio legisti, *Numidarum copias, in coronae modum, Caesaris copias cinxisse? Caesariani iterim*, inquit, NON AMPLIVS TRES *aut* QVATTVOR *milites veterani si se convertissent, et* PILA VIRIBVS CONTORTA *in Numidas infestos coniecissent,* AMPLIVS DVORVM MILLIVM*,* AD VNVM *terga vertebant*. Hoc etsi mirum, tamen verum est: et nisi fallor, ipso illo scriptore arbitro et inspectore gestum. Sicut quod idem eodem bello, de Gallis nostris tradidit: *Accidit res incredibilis, ut equites* MINVS TRIGINTA *Galli, Maurorum equitum duo millia loco pellerent, urgerentque in opidum*. Vis nominatim et L[ucium] Sicinium aliquem citem, qui *centies et vicies* in aciem descendit? *sex et triginta* spolia ex hostibus rettulit? *octo* ex provocatione occidit? *quinque et quadraginta* vulnera pectore excepit, tergo nullum? Vis Cassium Scaevam? qui in Britannico litore, cum quattuor commilitonibus in scopulo relictus, cum mari abeunte hostibus adire fas esset, atque ii confertim irruerent; desertus ab aliis, solus impetum sustinuit, multos deiecit aut occidit, denique armis suis onustus, solo scuto abiecto, in mare se dedit, et ad Caesarem natavit. Qui stupens ad viri virtutem, laudare parabat: at ille disciplinae memor, *Da veniam Imperator*, inquit, *quod scutum reliqui*. O dictum, factis illisipsis laudabilius! et quid a tali animo, non enim iam manibus solum, non speres? Idem Pompeiano bello, ad Dyrrachium castello praepositus, solus in porta consistens, contra Romanas, Romanas dico legiones et copias, id servavit. Quo tempore oculus ei effossus, humeri traiecti et femur, scutum *centum triginta* ictibus perforatum. Fabellas recitare hodiernis militibus videamur: sed nos res dicimus, tam hercules quam cum *Onera et Opera* narramus, adeo non imitanda, ut nec credenda. Sed in victoria quid milites istos miror? magis paene in clade et morte. Miles in Cannensi proelio, cum vulneribus confectus, manus etiam mutilatus esset, spoliare se conantis Numidae cervicem brachiis invadens, ad se traxit, et naribus atque auribus corrosis (cum alia tela non essent, aut tractare non posset) deforme cadaver aspicientibus reliquit. De uno loquor: sed *quinam illi viri fuerunt* (Flori verba dabo) *quos ab elephantis obrutos Pyrrhi proelio accepimus? omnium vulnera in pectore, quidam hostibus suis immortui, omnium in manibus enses, et relictae in vultibus minae, et in ipsa morte ira vivebat?* Vide mihi istos, non homines, sed Martes, si fas dicere: et nec victos quidem, vincendos.

6. Satis de Militibus, transeo ad Duces: etsi quomodo non isti omnes Duces? Imo quod Thucydides de Lacedaemoniis scite dixit, ὅτι ἄρα, πλὴν ὀλίγων, τὸ στρατόπεδον αὐτοῖς ἄρχοντες ἀρχόντων εἶσι: *quod, paucis exceptis, exercitus eorum* DVCES DVCVM *essent*: id profecto in Romanos conveniebat. Sed tamen Duces etiam aliqui eximii: ut parens ille *Romulus*, ut *M*[*arcus*] *Furius Camillus*; ut *L*[*ucius*] *Papirius Cursor*, quem vel Alexandro parem (si venisset) Livius opponit; ut *M*[*arcus*] *Claudius Marcellus* igneo impetu; ut *Q*[*uintus*] *Fabius Maximus*, salubri tarditate; ut *P*[*ublius*]

2-6 Caes. *B. Afric*. 70.3-4 **7-9** Caes. *B. Afric*. 6.3 [ed. Klotz: *fugarentque* pro *urgerentque* (codd. ϱ)] **9-11** Val. Max. 3.2.24 ≅ Smet. fol. 164 nº 4 **12-17**≅ Val. Max. 3.2.23; Suet. *Caes*. 58.7-8 **18-21** Suet. *Caes*. 68.4 **24-27**≅ Val. Max. 3.2.11 **27-30** Flor. 1.13.17 [ed. Jal, ed. Rossbach: *obtritos* pro *obrutos*; *morte sua commortui* pro *immortui*] **33-34** Th. 5.66 (=Aristid. *Or.* 26.88)

5. Lipsio- Por ahora voy a prescindir de la lógica, aunque bien es cierto que este arrojo de los veteranos también responde a ella, puedes confirmar, en cambio, lo dicho en otros testimonios. ¿No leíste en el mismo Hircio aquello de cuando *tropas númidas rodearon con un cordón a las de César*? *Entonces, los cesarianos*, sigue diciendo, *sin necesidad de que se volvieran* MÁS QUE TRES O CUATRO *soldados veteranos, lanzaron* CON FUERZA DISPAROS DE JABALINA *al ataque númida, y obligaron a la retirada a* MÁS DE DOS MIL *enemigos* A LA VEZ. Y esto, aunque parece increíble, es cierto y, si no me equivoco, el mismo autor fue testigo ocular de la proeza. También puedo citar otro hecho que el mismo autor trasmite durante la misma guerra y a propósito de nuestros galos: *A lo que se sumó un hecho increíble, pues* MENOS DE TREINTA *jinetes galos, expulsaron del lugar a los dos mil hombres de caballería mora y los obligaron a encerrarse en la ciudad*. ¿Quieres que te cite detalladamente lo que hizo cierto Lucio Sicinio que participó en *ciento veinte batallas*, consiguió espolios de los enemigos en *treinta y seis*, mató a *ocho* en combate singular, recibió *cuarenta y cinco* heridas de frente y ninguna por la espalda? ¿O prefieres a Casio Esceva? Fue dejado en la costa británica en un islote con cuatro camaradas y cuando al bajar la marea el enemigo pudo atacar, lo hizo con abundantes efectivos, abandonado por los otros, mantuvo la acometida en solitario, hirió o mató a muchos y, finalmente, se echó al mar en busca de César, a nado y cargado con sus armas, dejando atrás sólo su escudo. César, estupefacto ante el valor de aquel hombre, se disponía a alabárselo, pero él que recordaba las ordenanzas dijo: *¡Perdóname general por haber abandonando el escudo!* Frase más digna de alabanza que los propios hechos que la motivaron. ¿Qué no puedes esperar no ya de unas manos como las suyas sino de un ánimo semejante? El mismo hombre, en la guerra pompeyana, fue puesto al frente de la fortaleza de Dirraquio: él solo aguantó en la puerta contra, y digo bien, legiones y tropas romanas enteras, y la conservó para César. En esa ocasión perdió un ojo, se le partieron las clavículas y el fémur y el escudo lo tuvo perforado con ciento treinta estocadas. Parece que estamos contando cuentos como lo hacen los soldados de hoy en día, pero aquí se explican las cosas igual que cuando se cuentan *las pruebas y los trabajos* de un Hércules, que como parece que no se pueden imitar, dejan de ser creídas. Pero, ¿por qué admiro a estos soldados en la victoria? Casi es mejor hacerlo en la derrota y ante la muerte. Un soldado, en la batalla de Cannas, fue abatido por las heridas, perdió entonces las manos, pero logró agarrar con los brazos el cuello del númida que intentaba espoliarlo, se lo acercó a la cara y dejó para los que fueran a verlo un cadáver deformado tras arrancarle a bocados narices y orejas (por no tener otras armas a mano o no poder manejarlas). Hablo de uno sólo, pero *¿de cuántos tuvimos noticia* (voy a citar a Floro) *por haber huído espantados por los elefantes en la batalla de Pirro? ¿No tenían todos heridas en el pecho, no hubo alguno que se mantuvo firme ante sus enemigos, no murieron todos espada en mano y con la expresión de odio en las caras de modo que en el momento mismo de la muerte quedó constancia de su ira?* Fíjate bien en ellos que no son seres humanos sino nuevos Martes, si se me permite decirlo, que ciertamente no se daban por vencidos sino que había que vencerlos.

6. Basta ya de soldados, paso a los caudillos, si bien ¿no lo eran todos ellos? En realidad, lo que Tucídides dijo con razón de los lacedemonios ὅτι ἄρα, πλὴν ὀλίγων, τὸ στρατόπεδον ἀυτοῖς ἄρχοντες ἀρχόντων εἶσι: *que, con pocas excepciones, eran un ejército de* CAUDILLOS DE CAUDILLOS conviene perfectamente a los romanos. Pero, no obstante, también hubo alguno eximio como *Rómulo* el fundador, como *Marco Furio Camilo*, como *Lucio Papirio Cursor* que Livio opone a un Alejandro (si este viniese), como *Marco Claudio Marcelo* por su ardiente ímpetu, como *Quinto Fabio Máximo* por su sana paciencia, como el *primer Publio Escipión Africano*, por su divina

Scipio Africanus prior, divina felicitate; et *posterior*, divina virtute; ut denique (nam omnes quis numeret?) caput et culmen *C*[*aius*] *Iulius Caesar*: fortuna, peritia, magnitudine et celeritate animi, super omnes qui arma tractarunt, aut tractabunt. Sed concludimus: si post Caesarem tamen unum addidero, alterius Caesaris o fidum utilemque ministrum! Is *M*[*arcus*] *Vipsanius Agrippa* fuit, vir bello providus et fortis, et vel caussa victoriarum Augusti, vel instrumentum. Nec post eum, flaccescente iam Romana indole, quos mirer habeo, nisi forte *Germanicum Caesarem*, sed properata mors eripuit; aut magis certe *Traianum*, suo et proprio elogio OPTIMVM MAXIMVMQVE.

buena suerte, o como el *segundo* por su divino valor o, por último, (¿quién puede enumerarlos a todos?) el primero y el culmen de todos ellos, *Cayo Julio César* por su fortuna, su pericia, su grandeza y prontitud en la reacción, fue superior a todos los que estuvieron o estarán en el negocio de las armas. Pero vamos concluyendo, aunque después de César, permítaseme añadir a uno más, ¡ministro fiel y eficaz del segundo César! Me refiero a *Marco Vipsanio Agripa*, hombre honorable y animoso en la guerra, que fue la causa y el instrumento de las victorias de Augusto. Después de él, pocos quedan que uno pueda considerar admirables, en un momento en el que la manera de ser del romano ya estaba languideciendo, salvo quizá al *César Germánico*, si no fuera por la prematura muerte que se lo llevó, o, ciertamente, a *Trajano* que fue por sí y según su divisa ÓPTIMO Y MÁXIMO.

Lib. IV cap. 5: Pietas, Probitas, Constantia Romanorum.

1. Sed ad *Civilem* iam Virtutem venio, domi et in toga spectandam. Eam per omnes ordines diffusam triplicem maxime reperio, *Pietatem*, *Probitatem*, *Constantiam*. *Pietas* eminet, vana illa quidem dixerit aliquis, sed tamen in assiduo Numinis cultu (pro ipsorum captu) reverenter occupata. Incredibile est, quam omnia publice et privatim religiose coepta, administrata, patrata: ut totam civitatem sacris operatam et addictam possis arbitrari. Atque id secundum vetera instituta, nec novitati aut mutationi dabant hic locum. Miratur hoc Dionysius: *quod quamquam sexcentae nationes paene in urbem fluxerant* {Nota ad copiam exterorum}*, quibus singulis sacra sua ritusque patrii essent; tamen ad suum aevum* (inquit) *nulla peregrina religio publice suscepta; aut siqua oraculorum monitu introducta, eaipsa Romano more culta, abdicatis foedis vanitatibus, aut fabularum portentis*. Quo valde faciebat, quod Sacris praeessent, et ipsi non interpretarentur solum, sed administrarent, viri in Republica primi, honoribus honesti: qui et exemplo plebem eo trahebant; et prudentia ac maturitate, nova aut nocitura spernebant. Ab hoc deinde capite alia Virtutum membra: et in primis illa *Probitas*, quam nominavi, id est animi morumque integritas quaedam et candor. Sine fuco, sine fallacia diu mores illi fuerunt: et in proverbium abierat, *Homo Romani ingenii, Romana simplicitas*, et *Romana fides*. [[Incerti, sed Romani scriptoris, versus sunt:

CIVE ROMANO PER ORBEM *nemo vivit* IVSTIVS.
Quippe malo unum Catonem, quam trecentos Socratas.

2. Et sane disserere alibi de virtute crebrum, hic usurpare.]] Qua in re alienum testimonium audiamus, et Polybii, id est hominis Graeci. Deus bone, quam ille dilaudat, et suae genti praefert! *Apud nos*, inquit, *si cui talentum concreditum sit, et exstent decem syngraphae, decem signa, bis totidem testes; tamen fidem vix est servare. apud Romanos autem, cum Imperiis aut Legationibus plurimum pecuniae in manibus habeant et dispensent, tamen officium et fides constant, sola iurisiurandi religione inductis*. Vides Probitatem in hac parte? sed et in bello candor is fuit, et raro astu aut fraudibus victoria quaesita aut parta. Tangit graviter M[annium] Aquillium Imperatorem noster Annaeus Florus, quod is bello Asiatico veneno fontes miscuisset, ad deditionem quarumdam urbium. *Quae res*, inquit, *ut maturam, ita infamem fecit victoriam. quippe cum contra fas Deum,* MORESQVE MAIORVM*, medicaminibus impuris, in id tempus* SACROSANCTA *Romana arma violasset*.

19-24 [[Incerti...usurpare]]1599, 1605] deest 1598

9-13 DH 2.19.3 **18-19** Mart. *Epigram*. 11.20 v.8, Fronto *Ep*. 1.6.7 (simplicitas); Fronto *Ep*. 1.6.7, Liv. 5.27.11, Val. Max. 6.6.2 (fides) **21-22** *Anthol. Lat*. (=Florus) 243 [ed. Shackleton Bailey: *rectius* pro *iustius*; *malim* pro *malo*] **26-29** Plb. 6.56.13-14 **31-35** Flor. 1.35.7

Lib. IV cap. 5: La piedad, la honradez y la constancia de los romanos.

1. Pero paso, por fin, a la virtud civil, que es la que debe esperarse en época de paz y en la vida pública. Encuentro que está bien representada en todos los órdenes de tres modos: como *piedad*, como *honradez* y como *constancia*. La *piedad* sobresale por encima de todas y aunque habrá quien diga que era vano su objeto, se aplicaba asiduamente al culto reverente de los númenes (para hacerlos favorables). Es cosa increíble hasta qué punto todo asunto, ya fuera público ya privado, se acometía, regía y ejecutaba según la religión, de modo que uno podría llegar a la conclusión que la ciudad entera estaba transida y consagrada por lo sagrado. Y según antiguas instituciones, pues en este punto no daban cabida a la novedad o al cambio. Dionisio mostraba su sorpresa porque *aunque habían afluido prácticamente seiscientas naciones a la ciudad* {date cuenta del número de extranjeros que eso implica}*, cada cual con su religión y ritos patrios, en cambio, hasta su época* (dijo) *ninguna religión exterior ha sido adoptada públicamente, y si alguna se ha introducido por consejo de los oráculos, se ha practicado según costumbre romana, dejando a un lado bobadas impropias o los portentos de sus fábulas*. A ello contribuía notablemente que los hombres principales del Estado, aquellos que tenían cargos de más responsabilidad, fueran los que se encargaran de los temas de religión y que fueran ellos en persona, no sólo los que los interpretaban sino los que los gestionaban. También eran ellos los que con su ejemplo arrastraban a la religión a la plebe y con su previsión y madurez de juicio evitaban revoluciones funestas. Por lo tanto de esta cabeza dependían el resto de miembros en lo que a las virtudes se refiere. Entre las más importantes estaba la *honradez* que cité antes, esto es una integridad de espíritu y de costumbres que incluso rozaba el candor. Sin disfraz ni mentiras, tales fueron sus hábitos desde antiguo y se había convertido en proverbio lo de *hombre de inteligencia romana, sencillez romana* y *lealtad romana*. Unos versos de un incierto, pero romano escritor dicen:

> *Nadie* EN EL MUNDO *vive* CON MÁS RECTITUD QUE EL CIUDADANO ROMANO.
> *Por eso prefiero un Catón a trescientos Sócrates.*

2. No me cabe duda de que hay otros lugares en los que discutir largo y tendido a propósito de la virtud, aquí sólo la vamos a mencionar. Al respecto vamos a oír un testimonio desinteresado, de Polibio ni más ni menos, esto es, de un hombre griego. ¡Buen Dios!, ¿cómo los ensalza y los prefiere a su propia nación? *Entre nosotros*, dice, *si se ha de hacer un préstamo de un talento a alguien, tiene que llevar diez abaladores, diez firmas y el doble de testigos. A pesar de ello, apenas si se respeta el acuerdo. Los romanos, en cambio, que dan en mano y gastan mucho más dinero con motivo de mandos militares o de embajadas, dan fe y tramitan el asunto obligando a jurar en nombre de la religión exclusivamente*. ¿Ves en ello honradez? Pues, también en la guerra hicieron gala de ese candor y raramente ponían medios para procurarse la victoria con ardides o engaños. Nuestro Anneo Floro amonesta gravemente al general Manio Aquilio por haber envenenado las fuentes durante la Guerra Asiática para obligar a rendirse a ciertas ciudades. *De este modo*, dijo, *aceleró la victoria, pero a la vez la hizo deshonrosa porque en contra del derecho divino y de las* COSTUMBRES ANCESTRALES *mancilló las hasta entonces* SACROSANTAS *armas romanas con brevajes impuros*.

3. Iam et huic Probitati *Abstinentia*, sive etiam *Continentia*, adhaerent: non foede aut iniuste appetere alienum, parce et modice suo uti. Et illius quidem (Abstinentiae, dico) quam pulchrum, nec iactatum nimis, exemplum fuit ab universo populo editum, Mariana et Cinnana proscriptione? Quippe cum ii hostium suorum penates, omnibus opibus aut elegantis plenos, vulgi manibus diripiendos ultro obiecissent: nemo inventus est, nemo, qui iniustam hanc praedam e civibus peteret, caperetve: sed, tamquam a sacris aedibus, omnes manus et cupidinem abstinuerunt. Et quid in toga miramur haec exempla; cum in ipso bello, et inter hostes, praedae abstinentia fuerit? quae non nisi permissu capta, et sic quoque tota ad Duces relata.

4. Iam in Continentia quam laudabiles, si cibum, vestem, aut externa alia spectes? Plinium et Plautum testes habemus, populum Romanum per aliquot saecula, non nisi farre et pulte vulgo usum. Quod si nuptiae, festivitas, aut laetius convivium esset; pro magno pauci pisciculi, et porcinae aliquot pondo, in obsonium adiecta. Similis in vestibus frugalitas: et omnium, ditium pauperumque, e lana: atque ea nativi et albidi coloris. nisi quod ditiorum splendentes paullo magis et nitidae a fullonia arte essent. Nam Sericum, Holosericum, ipsa Lintea, sero innotuerunt, et timide etiam in usum paucorum venerunt.

5. Adderem Modestiae laudem, et reverentem Senatus et procerum suorum populum: nisi Tribuniciae interdum procellae turbassent, quam ego pestem unicam et labem reperio in re Romana.

6. Denique et tertiam virtutem *Constantiam* feci: o vere ADMIRANDAM in hac gente! Nam in aliis pares alios habeant: in hac nec comparandos. Mucius ille olim oraculum protulit: *Et facere, et* PATI FORTIA, *Romanum est*: quasi haec in malis magnis Patientia (quae ipsa est Constantia) peculiaris eorum virtus esset. Et tu dispice. Vmquamne unum aliquem hominem, plus invicti, et obnixi in omnes casus, roboris ostendisse, quam populum hunc universum? Exemplis doceatur. Pyrrhus ille in Italiam venerat, cum novi generis gentisque copiis, et inprimis inaudito terrore elephantum. Victor grandibus proeliis erat, Italiam percurrerat, et a trigesimo paene lapide Romam prospexerat. Quid Romani? trepidant scilicet, et pacem petunt? Imo oblatam ultro respuunt, et legatos eius cum animoso hoc responso dimittunt: *Pyrrhus Italia cum copiis excedito. ubi excesserit, de pace si volet, agito. Ni excesserit, arma et viros, et aciem exspectato. Neque destituros ab incoepto se, etiamsi* SEXCENTOS LAEVINOS (ea verba Plutarchus posuit) *pugna vicisset*. Qui animi isti, aut verba sunt? non contra Pyrrhum, sed contra fortunam, et paene dixerim caelum, dimicantium. Etsi mos ille eorum semper in bellis (notandus et ADMIRANDVS) nihil largiri armato hosti {Dionys[ius] lib[ro] VIII}: sed ubi ea posita, et obsequiosi aut flexibiles illi visi, tunc denique conditiones ferre et aequas, et saepe nec exspectatas. Generosorum hoc est: ire

---

6 tamquam 1605] tanquam 1598, 1599

11-12 Plin. 18.83 **23** Liv. 2.12.9 **30-33** Plu. *Pyrrh*. 19.5 **35-37** DH 8.36.4

3. Se unen de inmediato a esa honradez, la *abstinencia* o más bien la *continencia*: no desear lo ajeno de manera torpe o injusta, y hacer uso de lo propio con moderación contenida. Y de ella, en efecto, (me estoy refiriendo a la abstinencia), ¿qué bello y en absoluto jactancioso ejemplo ofreció públicamente todo el pueblo romano con motivo de la proscripción de Mario y Cinna? Como quiera que estos pusieron en manos del vulgo los mismísimos hogares de sus enemigos, repletos de gran cantidad de riquezas y lujos para que los saquearan a su gusto, nadie solicitó ni tomó parte de ese injusto botín de conciudadanos, y todos mantuvieron de la misma manera lejos su mano y apetitos como si se tratara de templos sagrados. Pero, ¿por qué vamos a admirar ejemplos propios de la vida civil cuando en la propia guerra se manifestó la misma abstinencia frente al botín de los enemigos? Tan sólo se tomaba si se les daba permiso, y se hacía de modo que todo se entregaba a los caudillos.

4. En cuanto a la continencia, ¿cuántas cosas loables nos surgen si tomamos en consideración comida, ropa y las cosas externas? A Plinio y Plauto tenemos por testigos de que el pueblo romano, durante varios siglos, se alimentó por lo general y en exclusiva de gachas de harina. En bodas, fiestas o convites más especiales se añadía como viandas un poco de pescado y algunas libras de carne de cerdo excepcionalmente. La frugalidad era similar en el vestir: todos, ricos y pobres, se vestían con ropas de lana sin tinte y de color crudo, salvo las de los ricos que eran un poco más brillantes y nítidas por el arte de los bataneros. Pues los tejidos de seda, algodón e incluso de lino se dieron a conocer tarde y sólo comenzaron a ser usados tímidamente por unos pocos.

5. Añadiría gustoso una loa a la modestia para tratar al respetable Senado, y a sus muchos próceres, si no fuera porque las sediciones tribunicias la perturbaron de vez en cuando, hecho que tengo por la única enfermedad que acabó por arruinar la constitución romana.

6. Finalmente hice de la *constancia* una tercera virtud, ¡en verdad que fue DIGNA DE ADMIRACIÓN en esta nación! Pues es posible que en lo relativo a las otras virtudes otros les igualen, pero en esta nisiquiera hay comparación. Mucio, aquel oráculo de la antigüedad, dejó dicho: *Hacer y sufrir hechos* TERRIBLES *es lo propiamente romano*, como si considerara que en las grandes calamidades la paciencia (que es propiamente lo que significa la constancia) se convirtiera en una de sus virtudes peculiares. Tú, por lo que a ti te toca, piensa a ver si conoces a un solo hombre que jamás haya mostrado más invencible y firme coraje ante cualquier circunstancia que este pueblo en su conjunto. Infórmate por los ejemplos que te voy a dar. Pirro llegó a Italia acompañado por tropas de nacionalidad y comportamiento nuevo y, sobre todo, por el desconocido terror que provocaban los elefantes. Había vencido en importantes batallas, recorría a sus anchas Italia y ya se encontraba encima de Roma, prácticamente a menos de treinta millas. ¿Qué hacen los romanos?, ¿tiemblan para pedir la paz como sería lo natural? No, desechan sin más tal oferta, y despachan a los embajadores de Pirro con esta enérgica respuesta: *Pirro, se retirará de Italia con sus tropas. Cuando lo haya hecho, pedirá la paz si lo desea en ese momento. De lo contrario, le esperan nuestras armas, hombres y batalla. Y no se los podrá quitar de encima hasta el final, así venciese en combate a* (estas son las palabras que empleó Plutarco) SEISCIENTOS LEVINOS. ¿Qué tipo de ánimo es este, qué significan estas palabras? Son propias de personas que luchan no contra Pirro, sino contra la fortuna y diría yo que casi contra la voluntad del cielo. A pesar de su costumbre siempre respetada en las guerras (y que es digna de nota y ADMIRACIÓN) de no concederle nada a los enemigos en armas {Dionisio, en el libro VIII}, es bien cierto que en cuanto aquellos las deponían y se mostraban complacientes y receptivos, los romanos les ofrecían entonces condiciones

in adversos, parcere aut absistere iam abiectis. Fructus autem Constantiae in Pyrrhum fuit, sponte Italia illum fugere, ipsos eius dominos et potentes fieri. Vide et bellum Punicum primum. quot ibi clades, rarae aut novae? Rara in Africa ipsa, cum Atilius Regulus Consul, cum toto exercitu oppressus, et vivus venisset in hostium potestatem. Novae aliquot in mari: cuius antea expertes et imperiti, classes plures vel naufragio vel pugna amiserant. Polybius scribit, et ipse miratur, *septingentas quinqueremes eo bello amissas fuisse*. Satis autem iacturam eam aestimas aut intellegis? in quaque earum (Polybio sic ordinante) *trecenti* remiges ferme erant, milites *centum viginti* {*Manipulus unus*}. Hos tu si una computas et colligis, videbis paullo minus *trecentis hominum millibus* periisse. Et qui Romani tunc erant? nec tota etiam Italia plene adhuc potiti. O constantiam, o robur, et o fortunam! nam haec se vertit, et puduit tam merentibus non se dare.

7. Iam ad mortem plaga, Punicum bellum<,> tertium. Annibal summus ducum in Italiam ipsam venit, silvam exscindere parat, in qua stabulabantur Martiales isti lupi: et paene fecit. Tribus proeliis magnis victor; et ultimo illo Cannensi, quid nisi totum virilem sanguinem Romanum exhausit? Heu cladem! *quinquaginta millia* selectorum militum, una cum altero Consulum, cum tot Tribunis et Centurionibus, tot Senatoribus et Equitibus Romanis iacent: et tu Roma adhuc spiras? quibus freta? senibus, puerisque, et feminis, quos solos paene reliquos habes? Spiro, inquit, imo alta et vetera spiro. De pace nulla mentio: veniat vel Romam Annibal, arx et Capitolium nos defendet, et e cinere isto suscitabuntur *rerum domini Romani*. O insanas, dixerit aliquis, cogitationes! sed res et exitus docuit, constantes et felices. *Magna populi Romani fortuna* (ait Florus) *sed* SEMPER IN MALIS MAIOR*, resurrexit*: et pueros, senes, vinctos, servos armavit: et imbecillo aut foedo exercitu victrices illas copias profligavit. Plura possem. nam in omni Romana historia propriae huius virtutis exempla sunt: sed quid maius istis possum? Claudianus concludat:

> NVMQVAM SVCCVBVIT DAMNIS*, et territa nullo*
> *Vulnere, post* CANNAS MAIOR *Trebiamque fremebat.*

Et Livius: MAGNITVDINEM *populi Romani, adversis prope rebus* ADMIRABILIOREM*, quam secundis esse.*

8. Aud.- Atqui unum miror, et paene doleo, a te omitti.

9. Lips.- Quod illud est?

8-9 {*Manipulus unus*} 1599, 1605] deest 1599

6-7 Plb.1.63.6; *ibid.* 1.26.7 *consurrexit* pro *resurrexit*) Liv. 22.37.3 **22-23** Flor. 2.6.13 (ed. Jal, ed. Rossbach: **28-29** Claud. *Cons. Stil*. 3 vv.144-145 **31-32**

ecuánimes y, a menudo, inesperadamente favorables. Es propio de personas generosas afrontar a los adversarios, respetarlos y no ensañarse con ellos una vez postrados. Con Pirro dio su fruto la constancia, pues abandonó Italia sin más y, entonces, fueron ellos mismos los que se enseñorearon y apoderaron de ella. Fíjate también en aquella Primera Guerra Púnica, ¿cuántas nuevas y excepcionales calamidades tuvieron que vivir entonces? Excepcional circunstancia la que en África sucedió cuando el cónsul Atilio Régulo fue aplastado con todo su ejército y cayó con vida en poder de los enemigos. Otras ocurrieron en el mar donde los romanos, carentes antes de su control e inexpertos en su trato, habían perdido muchas flotas por naufragios o combates. Polibio escribió y se sorprendía también al hacerlo que *perdieron en la guerra setecientas quinquerremes.* ¿Lo sopesas y entiendes como un sacrificio notable? En cada una (según los cálculos de Polibio) iban unos *trescientos* remeros y *ciento veinte* soldados {*un manípulo*}. Si haces el cálculo global, verás que pocos faltaron para los *trescientos mil hombres*. ¿Y cuántos romanos había entonces? Te recuerdo que todavían no dominaban toda Italia. ¡Constancia, coraje, fortuna! Y el caso es que esta se giró a su favor, pues tuvo vergüenza por no estar del lado de unos que tanto lo merecían.

7. Por fin la enfermedad llega al borde de la muerte, la Guerra Púnica, y por tercera vez. Aníbal, caudillo sin igual, entra en la propia Italia y se dispone a arrasar el bosque en el que se crían estos lobos de la guerra, y casi lo consigue. Sale vencedor de tres batallas imponentes, e incluso en la última, la de Cannas, ¿no es más cierto que derramó casi toda la varonil sangre romana? ¡Ay calamidad! *cincuenta mil* soldados selectos junto con el segundo cónsul, con los tribunos, centuriones, senadores, caballeros romanos yacen en el campo de batalla, ¿no expiras aún, Roma?, ¿en quién has puesto tu última esperanza?, ¿en ancianos, mujeres y niños, que es lo único que te queda? Expiro, contestó ella, y por cierto que lo he de hacer orgullosa y venerable. Ni palabra de pedir la paz. ¡Que incluso Aníbal entre en Roma, ya nos defenderán la ciudadela y el Capitolio, y de las cenizas que resulten renacerán *los romanos, señores del universo*! Habrá quien diga que son ideas locas, pero la historia que sigue demostró que también fueron ideas llenas de constancia y dicha. *Grande es la fortuna del pueblo romano* (dice Floro), *pero resurgió* MAYOR SIEMPRE EN LA ADVERSIDAD, pues armando a niños, a ancianos, a soldados derrotados, y a esclavos desbarató con un ejército de circunstancias y mísero a aquellas tropas victoriosas. Muchos otros ejemplos podría yo aducir a este respecto, pues a lo largo de toda la historia de Roma hay muchos de esta especial virtud, pero ¿cuál sería mayor que estos que acabo de exponer? Que concluya Claudiano:

> JAMÁS SUCUMBE ANTE LOS FRACASOS*, ninguna herida la amedrenta, ella resuena* MÁS FUERTE *tras Cannas y Trebia*.

Y Livio dice *que la* GRANDEZA *del pueblo romano es* MÁS ADMIRABLE *cerca de la adversidad que en los momentos favorables.*

8. Discípulo- Con todo, me sorprende y casi me duele que te olvides de un hecho.

9. Lipsio- ¿De cuál?

10. Aud.- De Varrone. nam quid admirabilius, quam cum ille auctor et caussa tantae cladis (nec falso) diceretur: Romam redeunti obviam itum ab omni ordine et populo, et *Gratias actas, quod de Republica non desperasset*? Siqua alia haec plebs fuisset, itane gratias funesto et furiali capiti? sputa, saxa, tela, nec unam mortem. Illi fecerunt. quia hoc quoque Constantiae proprium, mederi malis potius, quam irasci.

11. Lips.- Est et minutum aliud. Nam cum urbem ipsam Annibal obsideret, et terreret: fundus, in quo castra eius posita, publice sub hasta Romae vaeniit: nec minoris, quam si liber, nec insessus ipse aut Italia ab hoste essent. Item alterum, eodem illo tempore, cum ad unam portam Annibal pugnaret et invaderet, altera militem et auxilia in Hispaniam emiserunt. Fiducia haec, ut verum dicam, humana non fuit: a Deo inspirante venit.

---

1 Varrone 1598, 1599] Varrore 1605 **8** alterum, 1605] alterum. 1598, 1599

1-4 Frontin. *Strat*. 4.5.6

10. Discípulo- Me refiero a Varrón, porque ¿qué más admirable que el hecho de que aunque se decía que él era el responsable y la causa de tan gran derrota (como sin duda lo era), el pueblo entero con todos sus estamentos saliese a su encuentro a su regreso a Roma diciéndole: *Gracias te sean dadas por no dar por perdido el Estado*? Si esta plebe fuera otra diferente, ¿también le hubiera dado las gracias a un jefe funesto que se había ganado la ira de todos? Le escupirían, le arrojarían piedras y flechas y le desearían mil muertes. Lo que hicieron se explica porque también es más propio de la constancia el preferir buscar remedios a los problemas, a irritarse con el responsable de los mismos.

11. Lipsio- Hay también otras anécdotas al respecto, pues cuando Aníbal cercaba y aterraba a la propia ciudad, se subastó en Roma la finca en que tenía este su campamento y no se hizo por menos que si el terreno o Italia entera estuvieran libres del enemigo. Otra más del mismo tiempo es el hecho de que, cuando por una puerta Aníbal atacaba e invadía, por otra se mandaron ejército y auxilios a Hispania. Esta fe en uno mismo, a decir verdad, no fue humana, sino que estaba inspirada por Dios.

Lib. IV cap. 6: Contra Probitatem et Abstinentiam dicta et obducta quaedam.

1. Et haec sufficiunt, mi Auditor, de Virtute Civili: cuius custodes et sacerdotes si viritim recenseam, quando finiam? te, et certe me, fatigem.

2. Aud.- Numquam me, nec si Iliadem sermonis tui texas. Sed tamen si arbitrari me dicta tua vis, non solum audire: habeo quae speciose aut firmiter obducam iis et opponam. Itane Virtutem hanc attollis? Pietatem omitto: etsi ea externa tota, et miseratione magis, quam refutatione digna. Sed de candore et fide adiunxisti: an non ipso animo tuo alibi retinente, aut refragante? Proh sancta Fides, quae igitur lego alibi aut video, contra tuum numen aut nomen admissa? *Caucaei* populus Hispaniae satis potens et notus fuit. qui cum pares Romanorum armis et violentiae non essent, legatos supplices in castra ad Lucullum Imperatorem miserunt, pacem et foedus quacumque lege facturos. Ille obsides imperat, et argenti statim talenta centum {60.000 Phil[ippicorum]}, equites auxiliares certo numero. Omnia fiunt sedulo et obnoxie. Imperat tum amplius, ut *duo millia* militum in urbem suam accipiant, praesidii caussa. Id quoque factum. Sed illis occulto mandatum, ut muros portasque occuparent: atque ita Lucullus reliquum exercitum induxit, et tuba signum datum, ut sine discrimine, senes, pueri, viri, feminae interficerentur. Ita opidum direptum, deletum: ipsa *viginti millia* hominum, per summum scelus, interempta. O candorem, o simplicitatem! et ecce aliam, in eadem Hispania, similem. Sulpicius Galba Lusitaniam hostiliter ingressus vastabat, mirantibus illis nec caussae aut culpae fatis consciis, Legatos mittunt, foedera priora renovant: illo recipiente, et ultro miserante, quod sic afflictarentur. *Sed*, inquit, *egestas fortasse vos impulit praedas agere, et belli speciem praebere: medebor. Tripartito vos dividam, et in agro ac solo pingui collocabo, ubi reliquum beati ac tuti agatis. Venite cum uxoribus, cum liberis: in talem vallem, talis illa pars adsignabo*. Veniunt miseri, laeti ac securi, et in triplici regione distincti. ad quorum primos cum accessisset, arma ponere quasi amicos sociosque iussit: et iis positis, milites immisit, et fidem ac deos implorantes, ad unum omnes occidit. Idem alteris, tertiisque celeriter factum, et priusquam fama prioris facinoris ad eos venisset. Aspicio te Lipsi, et oculis vultum ac pectus verbero, si tale aliquid infidum et barbarum, in ulla barbarie factum? Atqui novitia haec sunt, dices, et reipublicae inclinantis. Non nimis, nec longe a Bello Punico secundo, cum Republica moribus legibusque vel maxime floruisse censetur. Sed vis igitur antiquiora? accipe. Ausonum gens in Italia fuit, uno tempore, nullo satis certo

---

22 similem. Sulpicius 1598, 1599] similem Sulpicius 1605

12-21 App. *Hisp*. 51-52 **21-31** App. *Hisp*. 58-60

Lib. IV cap. 6: Algunos argumentos contra la honradez y la abstinencia.

1. Baste con esto, discípulo mío, en lo que se refiere a la virtud civil, si tuviera que citar de uno en uno a sus custodios y sacerdotes, no sé cuándo iba a acabar. Exhaustos quedaríamos tú y, desde luego, yo.

2. Discípulo-Yo jamás, así te pusieras a contarme la «Ilíada» desde tu punto de vista. No obstante, si me permites juzgar tus palabras y no limitarme a oírlas, tengo algo con lo que, con elegancia y firmeza a partes iguales, me opondré a cuanto dijiste. Me pregunto por qué ensalzas con tanto ímpetu esta virtud. Prescindo de la piedad, si bien tal y como la has expuesto es meramente externa y más digna de conmiseración que de refutación. Después de ella, te has referido al candor y a la rectitud, dime sinceramente si en tu interior no encuentras razones para mostrarte escéptico e incluso contrario a cuanto dijiste. ¡Por la Santa Fe! ¡Cuántas cosas leo y observo por todas partes que dan argumentos contrarios a tu voluntad y la autoridad que tú mismo le aportas! *El de los caucos* fue un pueblo bastante poderoso y conocido en Hispania. Como no estaban a la altura de los romanos en cuestión de armas o de violencia con la que utilizarlas, mandaron embajadores a los campamentos del general Lúculo para suplicar que se les considerara dignos de recibir legalmente la paz y un pacto de alianza cualquiera que fuera su modalidad. Él ordena que se les prenda y pide al momento cien talentos de plata {60.000 filípicos.} y tropas auxiliares de caballería en una cantidad notable. En todo obedecieron celosa y sumisamente. Manda entonces más, que acojan *dos mil* soldados en su ciudad como guarnición. Así se hizo. Pero es que aquellos soldados llevaban la orden secreta de ocupar murallas y accesos, de modo que Lúculo introdujo el resto del ejército en la ciudad y tras hacer una señal con la tuba, se asesina indistintamente a ancianos y niños, a hombres y mujeres. La ciudad fue destruida y borrada de la faz de la tierra, y se quitó de en medio a *veinte mil* hombres en lo que fue un crimen infame. ¡Menudo candor, vaya honradez! Tomo ahora este otro ejemplo que es similar al anterior y tuvo lugar también en Hispania, donde Sulpicio Galba devastaba la Lusitania desde su llegada como si de un territorio enemigo se tratase. Extrañados y sin ser conscientes de haber incurrido en alguna causa que les hiciera responsables de los ataques, envían embajadores y renuevan los primeros pactos. Aquel se retira y, compadeciéndose también de que hubieran sido agredidos de aquella manera, les dijo entonces: *Como es posible que sea la pobreza la que os empuje al saqueo y de que por ella dé la impresión de que buscáis guerra, yo le pondré remedio. Os repartiré en tres grupos y os instalaré en un riquísimo emplazamiento agrícola donde, en adelante, viviréis felices y protegidos. Acudid con mujeres e hijos al valle en cuestión, que de él os asignaré los terrenos que os correspondan*. Los miserables acuden, contentos y seguros, y se agrupan en tres zonas diferentes del lugar. Conforme él se va acercando al primer grupo, les ordena deponer las armas a amigos y aliados y, en cuanto sueltan sus armas, envía a soldados y, mientras imploran por la buena fe y los dioses, no deja ni a uno vivo. Lo mismo se hizo con el segundo grupo y, sin dilación, con el tercero, antes de que llegara a ellos la noticia del primer crimen. Te miro a la cara, Lipsio, y te pido mirándote fijamente el rostro y el corazón que me digas si algo así de indigno y bárbaro ha sido hecho jamás entre los bárbaros. Pero los que aduces, me dirás, son hechos recientes propios de la República en decadencia. No estaban aquellos acontecimientos, no obstante, muy alejados de la Segunda Guerra Púnica, cuando el Estado se preciaba de estar en su máximo esplendor moral y político. Pero, no obstante, ¿quieres ejemplos más antiguos? Ahí van. Hubo un tiempo en que la nación de los ausones fue arrancada

crimine, excisa. Livius ipse narrat, suspectos et delatos a paucis, quasi deficere ad Samnites vellent: praeventos autem a Romanis, qui occulte submissis militibus, quibusdam et togatis, portas trium opidorum occuparunt: et eadem hora, caedibus promiscue factis, urbes et gentem deleverunt. Audis tu mi doctor? quid istis hominibus probius aut candidius? cedunt Gallicanae nostrae nives.

3. Iam et *Abstinentiam* ac *Continentiam* laudasti: et ut levissime dicam, subrisi, aut et irrisi. Nam quae, aut ubi, haec Abstinentia? Romae et inter cives fortasse? credo, et ex veteri dicto, *Corvus corvo oculum non eruit*. Sed an eadem in provinciis, et ubi occasio aut facultas peccandi? O dii deaeque (si fas sic exclamare) quae illic occulta aut aperta furta, libidines, nundinationes, raptus? Poëtae Harpyas aliquas finxerunt, quae contactu et unguibus omnia diriperent, aut foedarent: in re, isti Romanorum Praesides fuerunt. Optimus et bellisimus quisque ita se gerebat, ut bella omnia domum auferret. Demades olim dictitare solitus, cum ad Tribunal aut Magistratum iret, *ad Auream messem se ire*: mihi crede, isti ibant, et Colchos quisque Iason sibi spondebat. Legisti tu Ciceronis illa de uno Verre? Pleraque talia in aliis, et miseri provinciales non nisi praeda et spolium Praesidibus suis erant. Quod si in pace talia: per bellum et arma quid suspicamur fuisse? et tu tamen illic quoque Abstinentiam eorum laudas. O iuste, o merito! et tua venia, dabo exempla. Ecce L[ucius] Sulla in Asia, cum communiter *viginti millia talentum* exegisset, privatim edixit, ut hospes militi apud se divertenti *sedecim drachmas* in diem daret; caenam insuper ipsi, et sodalibus quod vocasset; Centurio autem acciperet in diem *quingenas drachmas* {50 Phil[ippicorum]}, vestem praeterea duplicem Domesticam et Forensem.

4. Haec Sulla, inquies, homo nequam, et natus ad Disciplinam militarem dissolvendam. Bene est, accipio excusationem: quid ergo L[ucius] Paulus qui Macedoniam vicit, inter optimos civium? Destinatum ei Epirum totam diripere, et in praedam militibus dare, quia cum Perseo rege sensissent. Quid facit? ipsis Livii verbis {Lib[ro] XLV}, *Centuriones in singulas urbes submittit, qui se dicerent ad praesidia deducenda venisse, ut liberi Epirotae, sicut Macedones essent. Denos principes e singulis evocavit civitatibus. Quibus cum denuntiasset, ut aurum et argentum in publicum proferretur; per omnes civitates cohortes dimisit, sic ut uno die in omnes pervenirent. Edicta Tribunis Centurionibusque erant, quae agerentur. mane omne aurum argentumque collatum: hora quarta signum ad diripiendas urbes datum est militibus: tantaque praeda fuit, ut in equitem quadringenti Denarii* {40 Phil[ippicorum]}*, peditibus duceni dividerentur. Centum quinquaginta millia capitum humanorum abducta. Muri deinde direptarum urbium diruti sunt: ea fuere opida circa* LXX. Quibus auribus tu candoris, tu abstinentiae mirator, haec audis? Centuriones submittit, per speciem liberandi; decem primos evocat, ut consilio et ducibus spoliet: o candidum factum! Milites deinde immittit, diripit, caedit: o clemens abstinensque

---

16 Pleraque 1605] pleraque 1598, 1599 **22** {50 Phil} 1599, 1605] deest 1598
34-35 {40 Phil} 1599, 1605] {*Quadraginta Philippici*} 1598

1-5 Liv. 9.25.1-9 **11-12** Verg. *Aen*. 3 vv. 225-228 **19-23** Plu. *Sull*. 25.5 **28-37** Liv. 45.34.2-6

de raíz de Italia sin saberse a ciencia cierta qué delito concreto habían cometido. El propio Livio narra que se habían hecho sospechosos de querer pasarse a los samnitas por la delación de algunos y que los romanos se les adelantaron y tras enviar secretamente al ejército y algunos políticos, ocuparon las puertas de sus tres ciudades y a la misma hora borraron del mapa ciudades y nación mediante una matanza indiscriminada. ¿Me estás escuchando, querido maestro?¿Qué clase de excelsa honradez y candor es la que poseen estos hombres? No la de las nieves de nuestra Galia.

3. Has alabado también su *abstinencia* y su *continencia*. Hablando lísamente, risa me da, es más, a broma me lo tomo. ¿A qué clase de abstinencia te refieres?, ¿dónde la has encontrado?... ¿en Roma quizás, y entre sus ciudadanos? Yo creo que como dice el viejo refrán, será porque *un cuervo no le salta el ojo a otro*. Pero, ¿busca la misma virtud en las provincias, donde no faltaba la ocasión ni el permiso de cometer todo tipo de crímenes? ¡Dioses y diosas (si se me permite exclamar en su nombre)!, ¡cuántos robos, ocultos o manifiestos, cuántos desenfrenos, cuántos tráficos ilícitos, cuántas rapiñas! Los poetas inventaron ciertos seres llamados harpías que arrasaban con todo y todo lo desfiguraban con sólo arañarlo, y en verdad que ellas debieron ser quienes gobernaban a los romanos. Cada cual se las averiguaba lo mejor posible para llevarse a su casa cuanto de exquisito encontraba. En la Antigüedad, Demades solía repetir cada vez que asumía una magistratura política o presidía un tribunal *que iba a la siega dorada*. Créeme, también lo hacían ellos, y cada cual, como Jasón, se prometía su propia Cólquide. ¿Leíste el discurso de Cicerón sobre el tal Verres? Más o menos lo mismo ocurría con otros, y los pobres provinciales no eran más que el botín y el espolio de quienes los gobernaban. Si esto pasaba en época de paz, ¿qué podemos sospechar que pasaría durante la guerra? Y a pesar de ello, tú también le alabas su abstinencia en esa circunstancia. ¡El grito pongo en el cielo yo a propósito de las maneras justas y razonables! Con tu permiso te daré ejemplos. Hete ahí a Lucio Sila en Asia. Tras exigir que se le entregara de manera colectiva *veinte mil talentos,* estableció medidas para los particulares: por ejemplo, el anfitrión pagaría al soldado que acogiera en su casa *diez y seis dracmas* diarias, además de comida para él y para los camaradas que le acompañasen, y el centurión recibiría *quinientas dracmas* {50 filípicos} diarias, además de un atuendo doméstico y otro oficial.

4. Me dirás que este Sila era un hombre sin principios, nacido para acabar con la disciplina militar. De acuerdo, acepto la justificación, pero ¿qué ocurre con Lucio Paulo, vencedor de Macedonia, y uno de los ciudadanos ejemplares de Roma? Fue designado para arrasar todo el Épiro y entregarlo como botín a los soldados, porque los de allí eran sensibles a la causa del rey Perseo. ¿Cómo lo hizo? Según la cita de Livio {en el libro XLV} *a cada ciudad envió centuriones que decían venir a establecer una guarnición, para que los epirotas siguieran siendo independientes de los macedonios. Convocó a diez ciudadanos principales de cada ciudad. A estos fue a quienes les anunció su plan de que debía entregarse oro y plata al Estado. Entonces despachó a todas las ciudades cohortes de modo que llegaran a sus destinos el mismo día. Tribunos y centuriones llevaban unas órdenes que cumplieron sin vacilar: recoger por la mañana todo el oro y la plata, después, a la hora cuarta, se dio la señal a los soldados de arrasar las ciudades. Se consiguió un botín tan grande que los soldados de caballería tocaron a cuatrocientos denarios* {40 filípicos} *y los de infantería a doscientos. Se expusieron ciento cincuenta mil cabezas humanas. Después se derruyeron los muros de las ciudades que ya estaban de por sí arrasadas. Esto ocurrió en unas 70 ciudades*. ¿Con qué cara te quedas al oírlo tú, que admiras su candor y abstinencia? Envió a centuriones con el pretexto de mantenerlos independientes, pero llama a diez principales para, con un plan y con capitanes, robarles. ¡Bendito hecho candoroso! Después manda tropas,

factum! Sed pulcherrima clausula, tot millia capitum abducta: nec finis, in miseros muros et tecta saevitum, et dirui ea iussa.

5. In vicina Graecia, quid Hortensius Praetor patravit? Legati Abderitae in ipsa Roma audiantur, (Livii item verbis {Lib[ro] XLIII}) *Flentes ante Curiam, querentesque, opidum suum ab Hortensio expugnatum direptumque esse. Caussam excidii fuisse, quod cum centum millia denarium* {10.000 Phil[ippicorum]}*, et tritici quinquaginta millia modium imperaret, spatium petierant, quo de ea re ad Hostilium consulem, et Romam, legatos mitterent. Vixdum ad Consulem se pervenisse, et audisse opidum expugnatum, principes securi percussos, sub corona ceteros vaeniisse*.

6. In ipsa Italia, Locrorum opido Q[inctius] Pleminius, Legatus Scipionis Africani, cum milite praefuit. Sed quomodo? Livius iterum dicet: *in* CORPORA*, in* LIBEROS*, in* CONIVGES*,* INFANDAE *contumeliae editae*. Libidines, et non dicenda habes: *iam avaritia* (inquit) *ne sacrorum quidem spoliatione abstinuit. nec alia modo templa violata, sed Proserpinae etiam intacti omni aetate thesauri*. En religionem et pietatem, quam laudabas. Et quid ego Consules, Praetores, Legatos, nomino aut conquiro? ecce pusillus unus Praefectus equitum, titulo tenus, Scaptius, cum pecuniam deberi sibi a Salaminiis diceret, illi ad Senatum appellarent, eiusque consultum: homo probus et iustus, *quinquaginta equites* ab Appio Proconsule impetrat, *inclusum in Curia Senatum habet in multos dies, adeo ut interierint nonnulli fame*. Haec Cicero ita narrat {Lib[ro] VI ad Attic[um]}, et simul aequabile illud ius inter provinciales et Romanos ostendit. Quid plura addo? claudat mihi Polybius testium agmen. qui scribit Scipionem, capta Carthagine Nova, *omnes obvios occidi iussisse, nec ut ulli parcerent*. Tum addit, sollemnem hunc morem Romanis fuisse: *Videntur enim*, inquit, *terroris gratia hoc illi facere. Itaque frequenter videre est, quando Romani civitates capiunt, non homines modo occidi, sed etiam canes dissecari, et aliarum animantium membra truncari*. Heu, heu clementiam, candorem, probitatem, et omnia, quae dixi, inter ADMIRANDA!

---

11 *in* CORPORA 1605] *In* CORPORA 1598, 1599 **23** sollemnem 1598, 1599] sollennem 1605

4-9 Liv. 43.4.8-10 **11-14** Liv. 29.8.8-9 **18-20** Cic. *Ad Att*. 6.1.6 [ed. Shackleton Bailey: *inclusum in curia senatum Salamine obsederat, ut fame senatores quinque morerentur*] **22-25** Plb. 10.15.4-5

arrasa y asesina. ¡Bendito hecho de clemencia y moderación! Y como bellísimo remate, que se expongan todas esas cabezas, pero no acaba ahí la cosa, hay que mostrarse impasible ante los míseros muros y las casas miserables, y por eso da las órdenes de derruirlos.

5. En la vecina Grecia, ¿qué hechos tramó el pretor Hortensio? Démosle a los legados de Abdera la oportunidad de ser oídos en la propia Roma (de nuevo una cita de Livio {en el libro XLIII}): *Lloran y se quejan ante la Curia por su ciudad que, tras ser tomada al asalto por Hortensio, fue derruida, y se justificó la destrucción porque cuando les impuso cien mil denarios* {10.000 filípicos} *y cincuenta mil modios de trigo, solicitaron una prórroga en la que mandaron legados para informar al cónsul Hostilio y a Roma. En el mismo momento en que estaban ante el cónsul este tuvo conocimiento de que la ciudad había sido tomada al asalto, los primeros de la ciudad decapitados y el resto vendido como esclavos*.

6. En la propia Italia, Quintio Pleminio, legado de Escipión Africano, se presentó con el ejército en la ciudad de los locrios. ¿Con qué fin? Livio vuelve a ser quien nos lo explique: *Para ordenar un ultraje* INFAME *sobre* LOS CUERPOS DE HIJOS Y ESPOSAS. Desenfrenos que deben ser callados, pues (sigue diciendo) *la avaricia no se privó ni de espoliar bienes sagrados, pues no sólo se violaron los otros templos, sino también los tesoros de Proserpina que habían permanecido intactos durante siglos*. Ea, ahí tienes la religión y la piedad que tanto alababas. Mas, ¿por qué voy buscando y citando a cónsules, pretores o legados? He ahí a Escapcio, un simple prefecto de caballería. Con ese título simplemente y diciendo que se le debía cierta suma por parte de los de Salamina, a pesar de que estos habían apelado al Senado y a su decisión, obtiene el buen hombre, justo y benigno como era, cincuenta jinetes del procónsul Apio, y *mantiene encerrado al Senado en la Curia durante muchos días, hasta el punto de que algunos perecieron de hambre*. Así lo cuenta Cicerón y lo hace para mostrar que el derecho era el mismo para provinciales y romanos. ¿Qué más se puede decir? Polibio me servirá de cierre para esta tropa de testimonios, cuando escribió que Escipión, después de tomar Cartagena *mandó matar a todos los que salieran al paso, y que no se respetara a nadie*. Entonces añade que esta era una costumbre habitual entre los romanos: *En efecto,* dijo*, son conscientes de que lo hacen para aterrorizar. De hecho es frecuente que cuando toman ciudades, no sólo matan a las personas, sino que también despedazan a los perros y descuartizan al resto de animales*. ¡Vamos, vamos, clemencia, candor, buena fe y todo lo demás!...¡Que me digas que son COSAS DIGNAS DE ADMIRACIÓN!

Lib. IV cap. 7: Pariter contra Continentiam, et de luxu Romano.

1. Iam tu *Continentiam* etiam laudabas, in Victu et Veste: voluntate tua, aliquid opponam?

2. Lips.- Valde interest scilicet quid velim: tu mihi videris, ut Mithridates aliquis, non libero, sed hostili ore et animo, invehi in Romanos.

3. Aud.- Non ita est: sed falsa si dicam, uterque parati erimus, tu refellere, ego refelli. Hoc iam agis, video: sed prius et istaec audi. Continentiam igitur et frugalitatem veterum illorum, sed plane veterum, si laudas: ego succino, et Fabricios, Curios, Quinctios tecum miror. Sin longius trahis; ut non ego, lectio tua et observatio tacite refellent. Quid? leges illae Sumptuariae ab antiquo latae, et sub bellum Punicum secundum, non ostendunt morbos in ea parte fuisse, cum ad publica haec remedia decurrendum? ipsae caenae, et lautitiae quae narrantur, non id clamant? Reminiscere Pontificae illius caenae apud Macrobium, ubi incognita et nobis quaerenda ciborum genera: reminiscere et Sallustii verborum de Metello Proconsule, in Hispania: *Caenae, ultra Romanorum, ac mortalium etiam, morem curabantur, exornatis aedibus per aulaea et insignia, caenisque ad ostentationem histrioniam fabricatis. Simul croco sparsa humus, et alia in modum celeberrimi templi. Praeterea, sedenti in transenna demissum Victoriae simulacrum, cum machinato strepitu tonitruum, coronam ei imponebat: tum venienti thure, quasi Deo, supplicabatur. Toga picta plerumque amiculo erat accumbenti. epulae vero exquisitissimae, neque per omnem modo provinciam, sed trans maria, ex Mauretania volucrum et ferarum, incognita antea, plura genera*. Considera caenaculi apparatum, caenantis habitum aut honores, caenae ipsius exotica fercula: quis ganeonum et lurconum, possit vel ausit imitari? Quis nostrum hodie aves aut feras trans mare, caenae caussa, conquirit? Atqui olim non Metellus solum aliquis, sed iam vulgus lautiorum. Petronius Arbiter:

> *Ingeniosa gula est, Siculo scarus aequore mersus*
> *Ad mensam vivus deducitur. Inde Lucrinis*
> *Eruta litoribus vendunt conchylia caenis,*
> *Vt renovent per damna famem. iam Phasidos unda*
> *Orbata est avibus, mutoque in litore tantum*
> *Solae desertis adspirant frondibus aurae*.

---

15 ipsae 1605] Ipsae 1598, 1599

16-17 Macr. *Sat*. 3.13.12 **17-25** Macr. *Sat*. 3.13.7-9 [ed. Cortius; ed. Marinone: *scenisque* pro *caenisque*; *quaesitissimae* pro *exquisitissimae*] **30-35** Petr. *Satyr*. 3.119 vv. 32-37 [ed. Müller: *perducitur* pro *deducitur*]

Lib. IV cap. 7: De modo similar, argumentos contra la continencia. Sobre el lujo romano.

1. Pero es que después, sin más, te pones a alabar su *continencia* en el comer y en el vestir. ¿Te importa que diga yo algo en contra de aquello?

2. Lipsio- Pues claro que sí que me importa, ante mis ojos te muestras como un segundo Mitrídates al atacar a los romanos con palabras y sentimientos que no son francos, sino hostiles.

3. Discípulo- No es eso cierto. No obstante, si lo que digo es mentira, vete preparando para refutármelo que yo lo estaré para ser refutado. Veo que ya estás listo para hacerlo, oye no obstante antes lo que sigue. Yo te secundo si alabas la continencia y la frugalidad de aquellos antiguos, pero desde luego que sean los muy antiguos. Contigo admiro a los Fabricios, a los Curios y a los Quintios. Si vas más lejos, no seré yo, sino tus enseñanzas y puntos de vista los que te refuten sin más. ¿Y bien? ¿las leyes suntuarias aprobadas desde antiguo, las que se remontan precisamente a la Segunda Guerra Púnica, no demuestran que en este asunto hubo vicios al tenerse que recurrir a semejantes soluciones públicas?, ¿los propios banquetes y los fastos que se narran, no lo proclaman también? Acuérdate de aquel banquete pontificio que se cuenta en Macrobio, donde aparecen viandas desconocidas y cuyo significado investigamos aún, acuérdate también de las palabras de Salustio a propósito del procónsul Metelo, cuando estaba en Hispania: *Los banquetes que organizaban se salían fuera de la costumbre de los romanos, e incluso de los hábitos de los hombres mortales, pues se decoraban edificios con tapices y estatuas, los comedores se preparaban para hacer espectáculos de bufones. También se esparcía azafrán y otras especias como si fuera un celebérrimo templo. Cuando se sentaba bajaba en volandas una estatua de la Victoria que, mientras se producía artificialmente un jaleo atronador, le imponía una corona. Cuando llegaba, y casi como si fuera un Dios, era objeto de adoración con incienso. Casi siempre con toga bordada, yacía a su lado un amiguillo. Por lo demás, los majares eran sumamente exquisitos, pues traían no sólo de toda la provincia, sino del otro lado del mar, de Mauritania, diferentes tipos de aves y caza salvaje que antes eran desconocidos.* Párate a pesar en la parafernalia de la sala, en el aspecto del comensal y los honores que se le concedireron, en los exóticos platos servidos en la propia comida, ¿qué libertino, qué glotón puede u osa imitarlo?, ¿quién de nosotros caza al otro lado del mar aves o fieras para la cena? Con todo, antiguamente, Metelo no era el único en hacerlo, había multitud de prendas como él. Dice Petronio Árbiter:

> *La gula es ingeniosa. Un escaro en su agua marina siciliana*
> *es traído vivo a la mesa. También, del lago Lucrino,*
> *las ostras que salen de sus orillas se venden para las comidas,*
> *para que vuelvan a despertar el apetito por ser un dispendio ruinoso. Por fin el cauce del río Fasis queda privado de sus aves, y en la muda orilla*
> *tan sólo soplan brisas solitarias entre bosques abandonados.*

Pulchre et floride, sed an poëtice et elate? non opinor, imo Seneca, acer ille talium quaesitor et censor, auget et attollit {Consol[atione] ad Helv[iam]}. *Non est necesse* (inquit, ad saeculi sui mores) OMNE *perscrutari profundum, ac strage animantium ventrem onerare, nec conchylia* VLTIMI MARIS *ex ignoto litore ervere. Dii deaeque istos perdant, quorum luxuria tam invidiosi* IMPERII FINES *transscendit. Vltra* PHASIM *capi volunt, quod ambitiosam popinam instruat: nec piget a* PARTHIS, *a quibus poenas nondum repetiimus, aves petere*. Vides affectum et stomachum viri, et sine bile haec nec in sermone quidem usurpantis.

4. Quid Latinus Pacatus, in Panegyrico? Laudat Theodosium Principem, quod nihil tunc opus esset, *ad penum regiam flagitare remotorum litorum piscem, peregrini aëris volucrem, alieni temporis florem*. et tum addit imaginem prioris saeculi: *Nam delicati illi ac fluentes, et quales saepe tulit Respublica, parum se lautos putabant, nisi luxuria vertissent annum, nisi hibernae poculis rosae innatassent, nisi aestiva in gemmis capacibus glacie falerna fregissent. Horum gulae angustus erat orbis noster. namque appositas dapes, non sapore, sed sumptu aestimantes, illis demum cibis acquiescebant, quos* EXTREMVS ORIENS*, aut positus extra Romanum* COLCHVS *imperium, aut famosa naufragiis maria misissent*. Ecce vitia et prodigiosum luxum, omnia fastidientem, nisi remota et sumptuosa. Sed inferioris tantum illa aevi? imo vero, ut tetigi, a bello Punico secundo, aut circa: cum ecce Cato Censorius publice questus, *Non posse salvam esse urbem, in qua piscis pluris, quam bos, vaeniret*. Attende mi Lipsi. hocne nostro aevo sit? et tamen in luxum invehimur, nec immerito: at ego tibi dico, pluris quam decem boves vaeniisse unum piscem: piscem? pisciculum addo. Mulli in quo tunc pretio? putantur fuisse, quos *Barbos* hodie, aut *Regulos marinos* vocamus: sed quidquid fuit, pisciculus, et vix quinque aut sex librarum. O non delicias, sed insanias! unum ex iis *quinque, sex, octo, decem millibus* HS reperio emptum. Seneca iocose narrat de Tiberio, severo Principe, et luxui nec duce nec fautore {Epist[ula] XCV}. *Mullum ingentis formae (quare autem non pondus adiicio, et aliorum gulam irrito? quattuor pondo et selibras fuisse aiebant) Tiberius Caesar missum sibi, cum in macellum deferri et vaenire iussisset: Amici, inquit, omnia me fallunt, nisi istum mullum aut Apicius emerit, aut P*[*ublius*] *Octavius. Vltra spem illi coniectura processit. Licitati sunt: vicit Octavius, et ingente consecutus est inter suos gloriam, cum* HS *quinque millibus* {*centum vigintiquinque Phil*[*ippicorum*]} *emisset piscem, quem Caesar vendiderat, ne Apicius quidem emerat*. Notetur hic, quaeso, non pretium solum piscis, sed Tiberii mirabilis continentia, qui in tantis opibus nec edere piscem voluit, nec donum alteri tradere, sed pretium ex eo fecit. quod sordes hodie aliquis fortasse (nescio an recto iudicio) interpretetur. At in Plinio, *Asinius Celer, e consularibus, hoc pisce prodigus, unum mercatus est octo millibus* {*ducentis Philipp*[*icorum*]}. Atque id quasi summum pretium Plinius habet, cum tamen in Suetonii Tiberio sit {cap[ite] XXXIIII}, Principem eum *graviter quaestum, tres mullos triginta millibus nummum vaenisse*. Si

---

2-7 Sen. *Cons. Helv*. 10.2-3 **10-17** *Pan. Lat*. 2.13.4 **20** Plu. *Cat. Ma*. 8.2
27-33 Sen. *Ep*. 95.42 **36-37** Plin. 9.67 **39** Suet. *Tib*. 34.1

Bello y florido testimonio, pero ¿es exageración poética? Creo que no, pues Séneca {en la «Consolatio» para Helvia} que es agudo al tratar estos temas y un censor impenitente, sube el tono cuando dice: *No hace falta* (se refiere a las costumbres de su siglo) *escrutarlo* TODO *con tanto detalle, ni atiborrarse con despojos de criaturas de toda especie, o desenterrar ostras de la costa perdida del* ÚLTIMO MAR*. Que los dioses y las diosas pierdan a aquellos que sí lo hacen, cuya lujuria trasciende las* FRONTERAS *de un* IMPERIO *tan orgulloso. Más allá del* FASIS*, quieren conseguir con qué proveer su ambicioso fogón, y no les sonroja pedir aves a los* PARTOS*, a ellos de quienes todavía no hemos conseguido plenas satisfacciones.* Fíjate en la pasión y la visceralidad de este hombre, y en que, en verdad, no deja de emplearlos en su discurso con toda su acritud.

4. ¿Qué dice Latino Pacato en su «Panegírico»? Alaba al príncipe Teodosio porque él en su tiempo no necesitaba *reclamar pescado de costas remotas para la despensa real, o aves del aire peregrino o flores de otra estación*, y, entonces, añade un retrato de lo que pasaba un siglo antes: *Porque el Estado solía sufrir a personas delicadas y remilgadas, que se tenían por poco espléndidas si la lujuria no se desparramaba durante todo el año, si no nadaban en agua de rosas en invierno o si en verano no rebajaban el falerno con hielo en vasos de diamantes. Nuestro mundo se quedaba pequeño para su gula, pues los banquetes que se les ponían por delante y se estimaban no por su sabor sino por su precio eran los únicos sustentos que los dejaban satisfechos. Es más, debían ser enviados desde el* EXTREMO ORIENTE*, o desde lugares de la* CÓLQUIDE*, más allá del Imperio romano, o desde mares famosos por sus naufragios*. He ahí vicios y lujo sin igual, todo desdeñable si no fuera por ser exótico y caro. Pero, ¿sólo ocurría en la baja época? En realidad, empero, según te argumenté antes, la cosa venía desde la Segunda Guerra Púnica más o menos, cuando Catón el censor hacía oír públicamente su queja: *No hay ciudad que viva segura si se vende más caro el pescado que la ternera.* Oye bien, amigo Lipsio, ¿no ocurre lo mismo en nuestro siglo? Y, no obstante, seguimos atacando el lujo, y no sin razón, pero yo te digo que un pescado se vendió por más de lo que valen diez bueyes...¿cómo un pescado?, un pescadito. ¿Ese era en aquel entonces el precio de un salmón? Parece ser que se trata del pescado que hoy en día llamamos *barbos* o *principitos de mar*. Sea lo que fuera, no deja de ser un pescadito de no más de cinco o seis libras. ¡No son exquisiteces, son locuras! He encontrado que uno de ellos se podía comprar por *cinco, seis, ocho, o diez mil* HS. Con gracia cuenta Séneca una historia de Tiberio, príncipe severo, poco partidario ni dado al lujo {en la carta 95}. *Al César Tiberio le regalaron un salmón de gran tamaño (¿por qué no decir su peso, y así estimulo la gula ajena?, decían que pesaba cuatro libras y media), que él mandó exponer y vender en la plaza de abastos. Dijo entonces: Amigos, estoy totalmente equivocado si este salmón no lo compra Apicio o Publio Octavio. Su conjetura se cumplió con creces. Ambos se implicaron en la subasta y venció Octavio, que consiguió gran gloria entre los suyos por comprar el pez que vendía el César por cinco mil* HS {*ciento veinticinco filípicos*}*, y lograr así que Apicio no lo hubiese comprado*. Te pido que aquí te fijes no sólo en el precio del pescado, sino en la sorprendente continencia de Tiberio, que no quiso ni catar el pescado a pesar de sus muchas riquezas, ni regalarlo a otro, sino que prefirió hacerlo dinero. Quizá hoy en día habrá quien interprete su gesto (no sé yo si con juicio recto) como una bajeza. Por lo demás, en Plinio, *el consular Asinio Céler, apasionado por este pescado, compró uno por ocho mil* {doscientos filípicos}. Plinio casi lo tiene como el precio más alto, aunque en el «Tiberio» de Suetonio {en el capítulo XXXIIII} se lee que este príncipe *se quejaba amargamente por haberse vendido tres salmones por treinta mil monedas.* Si los números son correctos, no cabe duda de que fueron estos más caros,

numeri recti; certum est excessisse, et singulos *ducentis quinquaginta* Philippicis stetisse. An falsus aut mendax ergo fui, de bobus vel decem?

5. Iam alia si conquiram, vereor non longus solum, sed vanus esse. Dicam tamen, vel tui iudicii explorandi caussa; et corriges, sicubi ego, aut testes mei, extra fines veri ibunt. De Apicio, quem iam nominavi, res nota est, hominem perditae gulae fuisse; de quo, ut alia sileantur, mors sola iudicabit, quam Senecae verbis dicam. *Apicius*, inquit, *nostra memoria* (sub Tiberio) *vixit, qui scientiam popinae professus in ea urbe, e qua quondam philosophi pulsi fuerant, disciplina sua saeculum infecit. cuius exitum nosse, operaepretium est. Cum* HS *millies* {*Duo milliones et semis*} *in culinam congessisset, aere alieno oppressus, rationes suas tunc primum coactus inspexit. Superfuturum sibi* HS *centies computavit, et velut in ultima fame victurus, veneno vitam finivit*. Quam luxuriam, et quam effusam vitam privati hominis hanc fuisse putamus, cui *centies* HS (id est, *ducenta quinquaginta millia* Philippaeorum) paupertas et desperatio fuit? O quam multorum improba vota hodie sint, vel *quinquagies* habere? Sed hunc omitto, et duos eodem nomine alios, qui in exemplar et nomen transierunt huius vitii: Claudium Aesopum addamus, histrionem. De eo Plinius: *Maxime insignis est in hac memoria, Clodii Aesopi, tragici histrionis patina, sexcentis* HS *taxata in qua posuit aves, cantu aliquo aut sermone humano vocales, millibus sex singulas coëmtas, nulla alia inductus voluptate, nisi ut in his imitationem hominis manderet*. Bene haec postrema fortasse: sed an non acrius, *imitatione hominem manderet*? Anthropophagum facere hunc Aesopum vult, qui aves comederet, cum hominem non posset, humanas. Aestimatio autem ea unius patinae est, *quindecim millium* Philippaeorum. Atque iste etiam fuit (alii ad eius filium referunt) qui *margaretas sorbere solitus* aceto solutas. O scelus, in mare deportandum!

6. Lips.- Ne nimis, ne nimis: et an me eo vis? nam ne nescias, et ego magaretas, vel potius margaretulas, arte liquefactas, valetudinis caussa, soleo sorbere. Nec res magna aut impendiosa est.

7. Aud.- At ego pretiosas aio, et mens eorum est, qui scripsere. Tu autem vel aurum et gemmas sorbe, ut vivas. Sed quod ad illos gulones, de M[arci] Antonii et Cleopatrae sponsione non meministi, cum haec se *centies* HS una caena diceret absumpturam? Ille negare, et rem ἀδύνατον {*qua fieri non posset*} censere: ad summum, iudex et sculna captus Munatius Plancus. Res non differtur, sequenti die illa caenam apparat pollucibilem, siquis umquam, et denique ut Cleopatra, et Aegypti regina. Nihil mirari Antonius, et calculos ad extremum poscere: cum illa arridens, Vnum, inquit, ferculum rem confecerit. et simul ex composito, illata phiala acris aceti plena, unionem quem aure dextra gestabat, singulare naturae opus, detractum in phialam demisit, eumque, ut natura est, statim liquefactum absorbuit: parata et in alterum, quem sinistra gerebat, manum iniicere, ni provide et propere Munatius, victum Antonium clare pronuntiasset. Quidni victum? cum sola ea gemma vel *centies* HS esset? sive, ut nostra aestimatio, *ducentis*

---

9 {*Duo milliones et semis*} 1599, 1605] deest 1598 **23** fuit 1599, 1605] est 1598 **27** valetudinis caussa, 1599, 1605] deest 1598 **35** umquam 1605] unquam 1598, 1599

6-12 Sen. *Cons. Helv*. 10.8-9 **16-19** Plin. 10.141-142 **23** *ibid.* **31-40** Macr. *Sat.* 3.17.15-18

pues cada uno se puso en los *doscientos cincuenta* filípicos. Entonces, ¿he sido yo falso y mentiroso diciendo aquello de los diez bueyes?

5. Ponerse a buscar otros ejemplos sería, me temo, no sólo prolijo, sino vano. Expondré, no obstante, alguno más para ver qué opinión te merecen, corríjeme tú si en algún momento yo o mis testimonios nos salimos de los límites de la verdad. De Apicio, al que ya cité, se sabe que fue un hombre que se perdía por la gula. Aunque se callen otros detalles de su vida, describir únicamente su muerte ofrecerá un buen juicio sobre su persona. La contaré con las palabras de Séneca: *Apicio*, dijo, *que vivió en tiempos no muy lejanos* (bajo Tiberio) *y profesaba la ciencia gastronómica en aquella ciudad de la que en el pasado se había expulsado a filósofos, corrompió con su disciplina el siglo en que vivió. Vale la pena conocer su final. Después de dilapidar en su cocina cien millones de sestercios* {dos millones y medio}*, agobiado por las deudas, se puso a examinar entonces por primera vez sus cuentas. Calculó que le quedaban diez millones de sestercios y como si se hubiera visto vencido por el hambre, se quitó la vida envenenándose*. ¿Sería o no lujuriosa y disoluta la vida de este particular, para el que diez millones de sestercios (esto es, *doscientos cincuenta mil* filipeos) significaron pobreza y desesperación? ¡Cuántos inconfesables ruegos elevan muchos hoy en día para llegar sólo a *cinco millones*? Pero me voy a olvidar de este y pasemos a otros dos de la misma calaña, que se hicieron modélicos y famosos por este vicio. Pasemos pues a Claudio Esopo, el bufón. Sobre él dice Plinio: *Pasó a la posteridad la insigne perolada de Clodio Esopo, el actor tragicómico, que fue tasada en seiscientos mil* HS. *En ella guisó aves que cantaban y hablaban como las personas, las había comprado a seis mil la pieza, y se las comió únicamente porque le apetecía probar esa imitación humana*. Quizá no merezca reprobación este último testimonio, pero, ¿no habría que considerar este *comerse esa imitación humana* de manera más penetrante? Con ello se hace de Esopo un antropófago que gustaba de las aves porque, por ser humano, no podía comer carne humana. También se da el coste de esa única perolada, que fue de *quince mil* filipeos. Y este (algunos dicen que en realidad era su hijo) era el mismo que *solía beber perlas* disueltas en vinagre. ¡Vaya bribón digno de ser deportado a ultramar!

6. Lipsio- Tampoco es para tanto, ¿o es que me quieres mandar a mí con él? Pues no debes ignorar que yo también y por razones de salud suelo beber infusiones de margaritas o, por mejor decir, de manzanilla. No es algo que salga excesivamente caro...

7. Discípulo- Pero yo me refiero a las preciosas, pues ese es el sentido de los que escribieron al respecto. En lo que a tí se refiere bebe oro y diamantes si es para que vivas más. Pero en cuanto a aquellos otros tragones..., ¿no recuerdas la apuesta de Marco Antonio y Cleopatra? Esta decía que se iba a gastar *diez millones de* HS en un solo banquete? Él no hacía más que negarlo y lo juzgaba como cosa ἀδύνατον {*imposible*}. Al final se tomó a Munacio Planco como juez y mediador. La cuestión tuvo inmediata solución. Al día siguiente ella dispuso una comida fastuosa, como jamás la había habido y, al fin y al cabo, como no podía ser menos en Cleopatra, que era la reina de Egipto. Antonio no se sorprendía por nada y al final se pusieron a hacer cuentas. En ese momento, ella, con una sonrisa condescendiente, le dijo: Un solo servicio de mesa dejará resuelto el asunto, y según hablaba, tal y como ella lo había previsto, se le trajo una copa llena de vinagre fuerte. A ella echó la perla que llevaba en oreja derecha, obra singular por su naturaleza. Inmediatamente, según su naturaleza, se disolvió. Y estaba ya dispuesta a echar mano a la otra que llevaba en la izquierda, si apresuradamente el buen Munacio no hubiera declarado abiertamente que Antonio había perdido. ¿Y cómo no iba a ser así si esa sola joya valía prácticamente los *diez millones*

quinquaginta millibus Philippaeorum. Atque illa igitur arte hoc consecuta est, vel astu: an re ipsa et simpliciter Caligula, de quo Seneca {Consol[atione] ad Helv[iam]}? *C*[*aius*] *Caesar, quem mihi videtur Natura edidisse, ut ostenderet quid summa vitia in summa fortuna possent, centies* HS *caenavit uno die, et in hoc omnium adiutus ingenio, vix repperit, quo mediocrium provinciarum tributum una caena fieret*. Nam si margaretae vel lapilli absumendi, quid ingeniis magnis aut inventis opus? via strata et nota iam erat, per vestigia Cleopatra. In Suetonio tamen sic lego, de ipso Caligula: *Commentus est portentosissima genera ciborum; unguentis calidis frigidisque lavabatur; pretiosissimas margaretas, aceto liquefactas sordebat; convivis ex auro panes et obsonia apponebat*.

8. Quid iam Vitellius, ille helluonum omnium altissimus gurges? de quo Plinius {Lib[ro] XXXV}: *Vitellius in principatu suo decies* HS {25.000 Phil[ippicorum]} (ita libri veteres) *condidit patinam, cui faciendae fornax in campis exaedificata erat*. Ego mallem (sed tu iudica) *condiit patinam*: quia non de ipsa lance, etsi grandi et pretiosa, sed de instructo eius et obsonio est sermo. Scripsit autem Suetonius: *in hac scarorum iocinera, phasianorum et pavonum cerebella, linguas phoenicopterum, muraenarum lactes, a Carpathio usque, fretoque Hispaniae, per novarchos ac triremes petitarum, eum commiscuisse*. Vbi [[libri veteres plerique,]] *a Parthia usque* (non *a Carpathio*) habent: et considerandum est, ex Senecae et aliorum supra verbis. Etsi tamen structura videtur haec ad *Muraenarum lactes* referre. Idem vero Vitellius, non ipse solum prodigus, sed alios impellens, *indicebat eadem die, ientacula, prandia, caenas, commissationes, ipse omnibus sufficiens, vomitandi consuetudine*. Quod Suetonius cum rettulisset, ita reddit: *nec cuiquam minus singuli apparatus, quadringenis millibus nummum constiterunt*. Heu illusum vel abusum, in alienis opibus! nam ea sunt *decem millia* Philippicorum, sive ipse census equester.

9. Super haec nihil reperio, nisi in Latini Panegyrico obscure quosdam Principum perstrictos: *Vt taceam*, inquit, *infami dilectu scriptos in provinciis aucupes, ductasque sub signis venatorum cohortes, militasse conviviis: nonne cognovimus cuiusdam retro Principis non prandia saepe, sed fercula,* HS *millies aestimata, patrimoniorum equestrium pretia traxisse*? Nec satis firmiter scio, quem aut quos tangat: [[puto Vitellium tamen, si in verbis eius emendes, HS *mille aestimata* {25.000 Phil[ippicorum]}. Nam de illo *millies*, quis credat in uno ferculo absumptum? quod nec Cleopatrae aliquot, aut Caligulae iuncti fecissent. Immane hoc nimis est: at illud *mille* planissime convenit, cum Plinii supra nota de una Vitellii patina *decies* HS aestimata. Nam millena HS et *decies*, Romanis idem sonant.

---

5 *quo mediocrium* 1605] *quomodo* 1598, 1599 **11** {25000 Phil.} 1599, 1605] deest 1598 **15** *muraenarum* 1605] *murenarum* 1598, 1599 **17** [[libri...plerique,]] 1605] optimus quidam liber 1598, 1599 **20** *indicebat eadem* 1605] *indicebat aliis eadem* 1598, 1599 **22** reddit 1605] addit 1598, 1599 **29** firmiter 1599, 1605] deest 1598 **30-*1*** [[puto...Lampridius]] 1599, 1605] an Vitellium iam dictum? an potius Heliogabalum? de quo in Lampridio est: 1598 **31** Phil 1605] deest 1599

2-5 Sen. *Cons. Helv*. 10.4 **7-9** Suet. *Calig*. 37.1 **11-12** Plin. 35.163 **14-17** Suet. *Vit*. 13.2 [ed. Goold, ed. Bassols de Climent: *phasianarum* pro *phasianorum*; *navarchos* pro *novarchos*] **20-22** Suet. *Vit*. 13.1 **26-29** *Pan. Lat*. 2.14.3

de HS?, o, según nuestra manera de contar, *doscientos cincuenta mil* filipeos. Ella tuvo sucesión en estas maneras y también en sus astucias, pues Calígula, según cuenta Séneca {en la «Consolatio» para Helvia}, ¿no realizó sencillamente lo mismo? *Cayo César, que según mi parecer fue engendrado por la naturaleza para demostrar de qué modo pueden darse grandes vicios en la mejor fortuna, realizó un día un banquete de diez millones de* HS*, para ello tuvo que acudir al ingenio de todo el mundo, pues casi no podía imaginarse cómo gastarse en un banquete el tributo de provincias medianas*. Mas, si hay perlas y piedras preciosas de beber, ¿qué necesidad hay de ingenios e imaginaciones agudas? El camino existía y era bien conocido: seguir los pasos de Cleopatra. De todos modos, leo lo siguiente en Suetonio a propósito de esta misma anécdota de Calígula: *Imaginó comidas nunca vistas, se hacía bañar con perfumes calientes y fríos, bebían bellísimas perlas disueltas en vinagre, servían a los comensales panes y viandas de oro*.

8. ¿Qué hay que decir de Vitelio, que era el más insaciable de todos los tragaldabas? Plinio dice sobre él lo siguiente {en el libro XXXV}: *Vitelio, durante su principado, mandó construir un perol de un millón de* HS {250.000 filípicos} (así aparece en los libros antiguos), *y para hacerlo hubo que edificar un horno en medio del campo*. Yo preferiría (pero ahí estás tú para dar tu opinión) leer *gisar un perol*, pues el discurso no trata del propio recipiente, bien es cierto que debió ser grande y caro, sino de las provisiones y viandas que contenía. Suetonio escribió también que *hizo una mezcla de hígados de escaro, sesos de faisán y pavo, lenguas de flamenco, leche de morena, productos que navarcos y trirremes tuvieron que ir a buscar desde el Cárpato hasta el estrecho hispánico.* En este punto, la mayoría de libros antiguos ponen *desde Partia* (no desde el *Cárpato*), y debe ser objeto de análisis en función de las anteriores citas, incluida la de Séneca. Aunque me parece que esta frase última se refiere sólo a la *leche de morena*. Empero, el propio Vitelio no sólo era generoso en persona, sino que también obligaba a otros a serlo. *El mismo día impuso la obligación de preparar almuerzos, desayunos, comidas, meriendas colectivas, y él mismo cumplió en todas siguiendo la costumbre de vomitar*. Lo cual, según los números de Suetonio deja el siguiente balance: *La parafernalia de cada uno de aquellos convites no le costó a cada cual menos de cuatrocientas mil monedas*. ¡Derroche y abuso de recursos ajenos! Y es que esa cantidad equivale a *diez mil* filípicos, esto es exactamente la fortuna de un caballero.

9. No encuentro a nadie que le supere, como no sean ciertos príncipes que, sin citar su nombre, son criticados sutilmente en el «Panegírico» latino: *¿Callaré*, dijo, *que, de modo vergonzoso, se reclutaron en las provincias cazadores de pájaros, que cohortes de cazadores marchaban en formación, y que sus maniobras militares estaban organizadas en función de los convites? ¿No supimos de cierto príncipe de un tiempo pasado que no sólo solía gastarse en sus desayunos, sino en cualquier simple picoteo los cien millones de* HS *que es el valor de los patrimonios ecuestres?* No sé a ciencia cierta a quién o a quienes se quiere referir, pero creo que se trata de Vitelio si me aceptas la enmienda de corregir el texto con *un millón* HS {25.000 filípicos}. Pues si son esos *cien millones* no hay manera de creer que se pudieran gastar en un solo picoteo, nisiquiera varias Cleopatras y Calígulas, juntos para la ocasión, serían capaces de hacerlo. Esto es excesivo, y aquello otro de *un millón* conviene perfectamente al apunte anterior de Plinio cuando habla de aquella perolada de Vitelio que costó *un millón de* HS. Pues los romanos lo mismo dicen diez centenares de miles de HS que mil millares.

10. Iam de Heligabalo quid dicam? de quo Lampridius:]] *Numquam minus centum* HS {2.500 Phil[ippicorum]} *caenasse, hoc est argenti libris* XXX. *Aliquando autem tribus millibus* HS {75.000 Phil[ippicorum]} *caenasse, omnibus supputatis quae impendit. Caenas vero Vitellii et Apicii vicisse*. [[Vbi tamen non *argenti libras* XXX legi calculus ullus admittit, ut paries cum *centum* HS sed potius CCL quae pura veritas esset. Atque ego in isto super omnes stupeo.

11. Lips.- Quid ita? nam Cleopatra, imo Caligula superavit.

12. Aud.- At enim hoc mihi magnum et stupendum, quod sumptus isti in Heligabalo cottidiani, et *numquam minus* (verba Lampridii) *centum* HS *caenavit*. Essent *septuagintaquinque millia* Philippaeorum in mensem: quid iam convivia, quae eiusdem totius summae, in unum diem interposuit? Ita enim et Lampridius addidit factum.

13. Sed iam]] monstra omittimus: aliquid ad communem morem quaerimus, a quo non nimis Philippus, Hortensius, Lucullus, et hi tales, lumina reipublicae, abiuerunt. Piscinae et vivaria istorum nota sunt: caenae, ex una hac Luculliana. In fama homo erat lautitiarum, et quod esset *non ganeo et profligator, ut plerique sua haurientium, sed erudito luxu* {Tacit[o] de Petronio}. Cepit cupido Ciceronem et Pompeium cognoscendi, sed inopinato, et ut serio discerent quomodo in dies viveret. Inveniunt in foro, salutant, caenam indicunt. Sed *heus tu*, aiunt, *ea lege nequid praemandes. nam sumptum sumi in nos, non placet*. Ille tergiversari primo per simulationem, et *Cras potius*, inquit: cum negarent, *Ergo nec hoc licet*, inquit, *famulo dicere in quo triclinio caenaturi* simus? Permittunt. Ille alta voce, *Abi, dic in Apollinis caenaturum*. Mox sequuntur: omnia lauta, splendida, regia, cum stupore duorum convivarum. Sed caussam nesciebant scilicet, et totam vim habuerat ad apparatum, unum illud *Apollinis* verbum. Nam homo ita disposuerat, ut caenacula suis nominibus distincta essent; et in quoque tales cibi, et impendia. Eminebat autem illud Apollinis: atque ita cum Dispensator aut Coquus audissent id nomen, sciebant statim quid, et quantum, opus esset. Summa enim taxata huic caenaculo, ait Plutarchus, *quinquaginta millium drachmarum* erat: quae sunt *quinque millia* Philippaeorum. [[Etsi alii tamen in Plutarcho *quinque millia*, non *quinquaginta* legunt: atque ita minuunt summam.]]

14. Quid plura ego adferam? unum hoc Senecae, ad aevi sui mores aptum {Epist[ola] XCV}: *Quid est sumptuosa caena flagitiosius, et* EQVESTREM CENSVM *absumente? et tricies tamen* HS *adiiciales caenae frugalissimis viris constiterunt*. Hic unus ictus, Lipsi, te conficit: vulgo *census equestres* insumpti: et ab ipsis *frugalissimis* viris, *tricies* HS. Quantum hoc postremum est? colligit *septuagintaquinque millia*

---

2 {2500 Phil} 1599, 1605] deest 1598 **3** {75000 Phil} 1599, 1605] deest 1598 **4-14** [[Vbi...iam]] 1599, 1605] Sed hunc aut alios; tamen in Latini eius verbis legendum, * HS *mille aestimata* {Id est XXV millib. Phil.}. Quis enim *millies* credat, quod nec tres Cleopatrae, et totidem Caligulae ac Vitellii, absumpserint? Denique magis quadrabit aptumque erit ad id consequens, de *pretiis patrimoniorum equestrium*: quae paullo plus quam bis in *millenis* illis continentur. Iam in ipsis Lampridii verbis, non *argenti libras* XXX legi calculus ullus admittit, ut paries cum *centum* HS sed potius CCL quae pura veritas esset. Sed 1598 **30-31** [[Etsi...summam.]] 1605] deest 1598, 1599 **38** paene 1599, 1605] deest 1598

1-4 HA *Heliog*. 24.3 **17-18** Tac. *Ann*. 16.18.1 **18-31** Plu. *Lucul*. 41.4-7 [ed. Flalière-Chambry: πέντε μυριάδων] **33-34** Sen. *Ep*. 95.41

10. Y, ¿qué te voy a decir de Heliogábalo? De él dice Lampridio que *jamás comió por menos de cien mil* HS {2.500 filípicos}, *esto es de 30 libras de plata. En alguna ocasión, no obstante, lo que comía alcanzaba el valor de tres millones de* HS {75.000 filípicos}, *contando el gasto completo. Con todo, los banquetes de Vitelio y Apicio eran más caros*. Me pregunto que de dónde sale la lectura de *30 libras de plata*: ningún cálculo la admite, pues su equivalencia con los *cien mil* HS son más bien 250, como es la pura verdad. Y, por encima de todos los demás, es en este testimonio en el que encuentro más razones para el asombro.

11. Lipsio- ¿Cómo así? Cleopatra y Calígula lo superaron.

12. Discípulo-Sí, pero, verdaderamente, lo que me resulta exagerado y me deja atónito es que este gasto de Heliogábalo era diario y que *jamás comía por menos de cien mil* HS (son palabras de Lampridio). Son *setenta y cinco mil* filipeos mensuales, ¡la misma suma por la que en un sólo día dio un convite! Así, en efecto, sigue diciendo Lampridio que sucedió.

13. Vamos a dejar a un lado a monstruos como este, ocupémonos de personas corrientes de costumbres corrientes. No quedaron muy lejos de las mismas ni Filipo, ni Hortensio, ni Lúculo, ni otras lumbreras de la República como ellos. Las piscinas y los viveros que tenían estos personajes son bien conocidos, sus banquetes puedes conocerlos a partir de este luculiano. Era este personaje famoso por su suntuosidad y porque no era ni *un tragaldabas, ni un derrochón, como la mayoría de los que dilapidan lo suyo, sino un experto en el lujo* {en Tácito sobre Petronio}. Tuvo el deseo de conocer a Cicerón y a Pompeyo, pero quería que fuera de forma fortuita para que supieran de verdad cómo vivía cotidianamente. Se encuentran en el foro, se saludan y se deciden a comer juntos. Pero en estas que le dicen *Oye, pero con la condición de que no mandes que preparen nada especial, no queremos que hagas gasto por nosotros.* Él primero intentó rehuir su deseo fingidamente: *Entonces, mejor mañana* les dijo, pero los otros se negaban, por lo que él replicó: *¿Nisiquiera me vais a dejar que le diga a mi esclavo en qué comedor vamos a comer?* Los otros se lo permiten, y él, en voz alta, dice: *Ve y di que se comerá en el de Apolo*. Ellos le acompañan, y ante el estupor de ambos convidados se encuentran que todo estaba engalanado, espléndido y propio de reyes. Ignoraban desde luego la causa, y es que toda la explicación del boato la tenía aquella palabra de *Apolo*. Pues el personaje lo tenía dispuesto para que los comedores tuvieran sus respectivos nombres, de modo que cada uno tuviera su menú y su presupuesto. Ciertamente sobresalía aquel de Apolo, de modo que cuando el mayordomo y el cocinero oían esa palabra, sabían al punto qué y cuánto habían que poner en la mesa. Dice Plutarco que, en efecto, la suma en que se tasaba la comida en este comedor era de *cincuenta mil dracmas*, que son *cinco mil* filipeos. Aunque otros, no obstante leen en Plutarco *cinco mil* y no *cincuenta mil*, de modo que rebajan la suma.

14. ¿Qué más puedo aducir? Sólo esto de Séneca, que casa con los hábitos de su siglo {en la epístola 95}: *¿Qué hay de más deshonroso en una comida de lujo que gastar la* RENTA DE UN CABALLERO*? Y en cambio, las comidas más excelentes de hombres extremadamente frugales alcanzan los tres millones de* HS. Con esta única estocada, Lipsio, acabo contigo. Corrientemente se gastaban *fortunas ecuestres*, y estos hombres *extremadamente frugales*, se gastaban los *tres millones de* HS. ¿Cuánto es esta

Philippaeorum. O frugalitas in uno convivio ADMIRANDA! et quis Principum hodie vel in nuptiali paene epulo tantum prodigit?

15. Silebam Lipsi, et stupebam: nisi quod de *Veste* etiam aliquid sit addendum. Sumam a Censore nostro Seneca {Lib[ro] VII Na[turalium] Quaest[ionum]}: *Quidquid est boni moris, exstinguimus levitate et politura corporum. Muliebres mundicias antecessimus, colores meretricios, matronis quidem non induendos, viri sumimus. Tenero et molli ingressu suspendimus gradum: non ambulamus, sed incedimus. Exornamus anulis digitos, in omni articulo gemma disponitur*. Ista de viris: quid de iuvenibus? Pater illius Senecae {I Controv[ersiarum]}: *Torpent ecce ingenia desidiosae iuventutis, nec in ullius rei honestae labore vigilatur. Cantandi saltandique obscoena studia effeminatos tenent: et capillum frangere, et ad muliebres blanditias vocem extenuare, mollitie corporis certare cum feminis, et immundissimis se excolere mundiciis, nostrorum adolescentium specimen est. Quis aequalium vestrorum, quid dicam satis ingeniosus, satis studiosus, imo quis satis vir est? Emolliti enervesque, quod nati sunt, inviti manent, expugnatores alienae pudicitiae, neglegentes suae*. Dei fidem! luculenter utramque aetatem, ab utroque scriptore, laudatam!

16. Fortasse de feminis addam, quas scimus cum venia peccare, ubi viri gradum struunt? Tamen quid Propertius?

Matrona incedit census induta nepotum.

Seneca iterum: *Video uniones non singulos singulis auribus comparatos: iunguntur inter se, et insuper alii bini superponuntur. Non satis muliebris insania viros subiecerat, nisi* BINA AC TERNA PATRIMONIA *auribus singulis pependissent*. Ille de auribus queritur: alius de toto corpore. ut Manilius:

Perque caput ducti lapides, per colla, manusque,
Et pedibus niveis fulserunt aurea vincla.

17. Pedibus etiam aurum, ut ait, sed et gemmae: ac Plinius scribit, *non crepidarum tantum obstragulis, sed et totis socculis addi. Neque enim* (inquit) *gestare iam margaretas, nisi calcent, ac per uniones etiam ambulent, satis est*. Addit pro fastigio insaniae, *Visam a se Lolliam Paullinam, ne serio quidem ac sollenni caeremoniarum aliquo apparatu, sed mediocrium etiam sponsalium caena, smaragdis margaretisque opertam, alterno textu fulgentibus, toto capite, crinibus, spiris, auribus, collo, manibus, digitisque. quae summam quadringenties* HS *colligebant, ipsa confestim parata mancupationum tabulis probare*. O monstra! o aruspice, non te vindice Lipsi, digna! Vna mulier, in uno cultu *decies centena millia* Philippicum habeat? habuit: et pauca haec satis ad Vestem et cultum.

4-8 Sen. *Q. N.* 7.31.2 **9-15** Sen. ret. *Contr*. 1 praef. 8-9 **20** Prop. 3.13 v.11
22-24 Sen. *Ben*. 7.9.4 **27-28** Manil. 5 vv. 518-519 **30-32** Plin. 9.114
33-37 Plin. 9.117

última cifra? Salen 75.000 filipeos. ¡Vaya frugalidad DIGNA DE ADMIRACIÓN la de este solo convite! Es tan cara que hoy en día príncipe alguno derrocha tanto ni en un banquete nupcial...

15. Iba a callarme y mantener mi estupor en silencio, Lipsio, pero es que tengo algo más que añadir sobre el *vestir*. Recurriré a nuestro censor, Séneca {en el libro VII de las «Naturales quaestiones»}: *Lo que queda de buenas costumbres, lo estamos echando a perder con la preocupación afectada por el cuerpo. Empezamos con aseos mujeriles y presumimos de coloretes de meretrices, algo que, desde luego, no deberían ponerse ni las matronas. Subimos la escalera con paso tierno y delicado, no andamos, nos exhibimos. Llenamos de anillos los dedos, en cada articulación se planta una gema*. Esto en cuanto a los hombres, ¿qué decir de los jóvenes? El padre de este Séneca dice {I de las «Controversias»} *He ahí que la inteligencia ociosa de la juventud se está entumenciendo, pues no prestan atención alguna a ningún asunto honesto. Realizan estudios afeminados y obscenos de cante y baile. El objetivo de nuestros jóvenes es cortarse el pelo, quebrarse la voz para realizar arrumacos mujeriles, competir con mujeres en el cuidado afectado del cuerpo y pintarse en los aseos las arrugas. ¿Quién hay de los que son como vosotros que yo pueda decir que sea mínimamente inteligente y mínimamente estudiado, en una palabra mínimamente hombre? Vagos y sin sangre, siguen estando desganados, tal como nacieron, quieren ganar la castidad ajena olvidándose de la suya propia*. ¡Fe de Dios! ¡Excelentes son las dos épocas que ambos escritores loan!

16. ¿Quizá no sea necesario añadir en este punto, en el que los hombres ya de por sí colman todos los topes, algo sobre las mujeres que como sabemos también se exceden de buen grado en este sentido? Dejemos, no obstante, decir algo a Propercio:

Entró la matrona vestida con la herencia de sus nietos.

O Séneca, una vez más: *Veo perlas no una por oreja, sino que se engastan y se disponen en dos capas. La locura mujeril no deja satisfechos lo bastante a los hombres, ellos se cuelgan* DOS O TRES PATRIMONIOS *de las orejas de cada uno*. Este se queja por las de las orejas, otro lo hará por las que se reparten por todo el cuerpo, como Manilio:

Se llevan las piedras por la cabeza, por el cuello y las manos,
hasta en los níveos pies relucen áureas las sandalias.

17. También se calzaban de oro, según dice, aunque también se podía hacer con gemas, y escribe Plinio, *se ponen no sólo en los engarces de las sandalias, sino que cubren enteras las alpargatas. En efecto* (sigue) *no basta ya con lucir perlas, sino que hay que pisarlas y, también, andar por encima de auténticos perlones*. Añade como cumbre de la locura *que vio personalmente a Lolia Paulina, en una fiesta que carecía de la solemnidad y gravedad de las ceremonias y que más bien era la comida de una boda de medio pelo: iba cubierta de esmeraldas y perlas que relucían en encajes, por toda la cabeza, en cabellos, trenzas, orejas, cuello, manos y dedos. En conjunto valían cuarenta millones de* HS*, ella misma fue preparada para probarlo sin dilación con las facturas de la compra*. ¡Menudo engendro! ¡Vaya bruja! No es digna de que tú la difiendas, Lipsio. Me pregunto si es posible que una sola mujer lleve *un millón* de filípicos y tan sólo en adornos corporales. Pues los llevó, y estas pocas pruebas basten en lo relativo a la ropa y a los adornos.

18. Nam cingi te iam aut suspicor, aut vereor: neque fortasse deceat nos iuvenes non dicam tam libere, sed tam liberaliter, nec in vos, sed apud vos loqui. At tu si peccavi, puni: quomodo? contemptu et silentio, quae poena maxima mihi erit.

18. De todos modos, sospecho que estás al acecho y miedo me da. Y es que quizá no sea conveniente que los jóvenes como yo hablemos no contra vosotros, sino ante vosotros, no diré que con tanta libertad, pero si con tanta desenvoltura. De todos modos tú, si en algo falté, castígame. ¿Cómo? Con desprecio o con silencio, que serán para mí las mayores de las penas.

Lib. IV cap. 8: Excusati Romani a prioribus: et primum in Raptu vel Saevitia, obiter.

1. <Lips.-> Neutrum ego faciam, o mi Auditor. Contemnam vel te, vel tuum hoc discendi studium? nam ita oppositionem hanc interpretor. Vel sileam etiam? quod non aliud sit, quam caussam non solum perdere, sed prodere: quod esse non potest, nisi aut improbi, aut diffidentis. Atqui non est magnum hoc opus, ne erra: quae tu coacervasti, unius alteriusque manus impulsu deruam, nec machina aut ariete alio adhibito cadent infirmi isti muri. Triplex accusatio a te structa, in Probitatem, in Abstinentiam, in Continentiam: et videamus.

2. Fraudulenti quidam aut perfidi fuere; rapaces quidam aut crudeles; luxuriosi in cibis aliqui aut veste: sed quidam, sed aliqui: et haec prima responsio sit, et scutum pro me firmum. Quid pungis aut invadis gentem totam, ob pauculos a te, tot saeculis, alios vitiososque nominatos? Fuisse non miror: nec id prodigium aut monstrum, ut tu aliquoties dixisti; imo esset, si non fuissent. An tu in hac faece nostra hominum, puram meramque virtutem aliquam vis? soles nobis imperiorum lucere, sine nube, aut tonitru, aut procella? nec fuere ista, nec erunt: et Deus in superis illis locis et liquido aethere, serenum hoc habet, et servat; cetera omnia inferiora, miscentur, et turbant. Galbam aut Lucullum aliquem in Hispania nominas; Hostensium, aut Pleminium alibi; quid ista sunt, in tot millenis Praesidibus, qui boni et innoxii fuerunt? Vt si guttas aliquot aceti in magnum vas aquae mulsae iaciam, non ipsum corrumpam, sed gratiam fortasse magis ab acore aliquo addam: sic in magnis istis imperiis, magis sentitur bonorum bonitas, si pauci interveniant, acidi aut amari. Vis tibi Taciti mei verbis hoc dicam? Cerialis apud eum rebelles Gallos sic mitigat et componit: *Quomodo sterilitatem aut nimios imbres, et cetera naturae mala; sic luxum, vel avaritiam dominantium, tolerate*. VITIA ERVNT DONEC HOMINES: *sed neque haec continua, et meliorum interventu pensantur*. Hae sunt non Cerialis, aut Taciti, sed Sapientae voces: tu, et alii isti queruli, audite. Atque haec si locum in exiguo aliquo nec diti imperio habeant (cottidie enim occurrunt:) quidni magis in illo amplo, diffuso, opulento? Magna peccandi materies et illecebra erat; et quod procul ab urbe domina et Senatu agerent, et ubi vix cerni vel nosci vitia sua posse arbitrabantur.

3. Et tamen (quae altera responsio) adversa saepe fuere, atque etiam animadversa. Hoc excuset Senatum et imperii praesides, quod legibus poenas dederunt, quicumque convicti sunt leges alibi violasse. Nonne id in Galba, Hortensio, Pleminio, Verre, et talibus? Nec Romanis igitur universis fraudi aut culpae sit, peccasse aliquos, sed impune et libere <non> peccasse. Paullum Aemilium mihi etiam attulisti, magnum virum, fateor, et uno illo vel colore culpae, non enim culpa indignum. Cur tamen cum invidiose rem totam narras, hoc callide siles, Senatum ei iussisse?Ex praescripto id

---

29 agerent 1599, 1605] deest 1598 **33** quicumque 1598, 1599] quicunque 1605

23-25 Tac. *Hist*. 4.74.2

Lib. IV cap. 8: Exculpación de los romanos de las primeras acusaciones. En primer lugar, algunas palabras en lo relativo al robo y a su crueldad.

1. Lipsio- No haré ni lo uno ni lo otro, querido discípulo. ¿Cómo voy a despreciarte a tí o a tus ganas de aprender?, pues es de ese modo como interpreto tu postura contraria a la mía. Por otra parte, ¿cómo voy a guardar silencio? Hacerlo es causa no sólo de graves pérdidas, sino también de peligros, hacerlo sólo es propio del que tiene mala fe o está desesperado. De todas formas, no te equivoques, tampoco hace falta mucho trabajo, los argumentos que has amontonado los derribo yo de dos o tres empujones, que sin arrimar maquinaria ni ariete se derrumban esos endebles muros. Levantaste una triple acusación: contra la honradez primero, contra la abstinencia después y contra la continencia en último lugar. Veamoslas, pues.

2. Hubo algunos falsos y pérfidos, voraces y crueles, algunos hubo lujuriosos en el comer y en el vestir, pero eso es lo que fueron: algunos. Sea esa la primera réplica, y el escudo firme que me protegerá. ¿Cómo atacas y arremetes contra toda una nación por esos pocos u otros viciosos que has citado a lo largo de tantísimos siglos? No me sorprendo de que los hubiera. Si no los hubiera habido es cuando realmente deberíamos hablar de prodigio y de engendro de la naturaleza, según la expresión que utilizaste tú en varias ocasiones. ¿Te atreves a buscar la virtud pura y sencilla en nuestra inmunda naturaleza humana?, ¿luce para nosotros el sol de los Imperios, sin nubes, truenos ni tormentas? Si no fuera por estos obstáculos, no habría necesidad de tales grandezas. Dios en las alturas y en el éter mantiene sereno su mundo y vela por él, el resto, todo el mundo inferior, está lleno de perturbaciones y confusiones. Mencionas a Galba y a cierto Lúculo en Hispania, a Hortensio y Pleminio en otros lugares, ¿qué es lo que significan entre tantos miles de gobernadores cuyo comportamiento fue honesto y honrado? Es como cuando se echan unas gotas de vinagre en un gran vaso de agua, con ello no se la corrompe, sino que más bien adquiere la gracia de cierta acidez. Lo mismo ocurre con estos grandes Imperios, en los que mejor se siente la dulzura de los buenos si se la puede comparar con la acidez o la amargura de unos pocos. ¿Quieres que te lo diga con las palabras de mi querido Tácito? Cerial apacigua y llega a un concierto con los galos que se le habían rebelado diciéndoles: *Igual que hacéis con las malas cosechas, las inundaciones o el resto de desastres naturales, haced con los excesos y la codicia de los que os dominan: toleradlo.* VICIOS HABRÁ MIENTRAS HAYA HOMBRES*, pero, eso sí, no durarán para siempre y se compensan con la consecución de mejoras*. No es la voz de Cerial o la de Tácito la que habla, sino la de la sabiduría, oídla tú y los que como tú se quejan. Porque si esto tiene lugar en un imperio exiguo y más bien reducido (ocurre, en efecto, de forma cotidiana), ¿por qué no va a pasar lo mismo o aún más en aquel amplio, extenso y opulento? No faltaban ámbitos y tentaciones para cometer faltas, y así ocurría porque actuaban lejos de la capital y del Senado, en sitios donde creían que apenas sería posible que se supiera o que se distinguieran sus vicios.

3. No obstante (y esta será mi segunda respuesta) era frecuente que tuvieran sus adversarios y enemigos. Que esto exculpe al Senado y a los jefes militares, ya que castigaron con leyes en la mano a quien quiera que hubiera sido encontrado culpable de haber violado esas mismas leyes en cualquier lugar. ¿No es precisamente eso lo que le pasó a Galba, Hortensio, Pleminio, Verres y a otros como ellos? Así pues, que no caiga la acusación de fraude sobre el conjunto de los romanos, algunos cometieron faltas, pero no lo hicieron libre ni impunemente. Me adujiste a Paulo Emilio, gran hombre, lo confieso, que no merece ni la culpa ni la sombra de ella. No obstante, ya que, con mala

fecit: et qualecumque est, non iam ipse, sed Senatus potius accusetur. Cur tamen vel iste? audi et disce. Epirotae illi omnes firmiter pro Perse steterant, Romanos oppugnaverant: quae iniuria est, si hostes hostium poenas luant? At nimias, inquies. Nollem factum, si me consulis, et clementia placeat: sed ad coërcendas rebelliones aut defectiones, talia quaedam a modestissimis Regibus aut Rebuspublicis facta, possim docere. Addis sollennem saevitiam Romanorum, ut putas, in expugnatione opidorum: homines occidi, canes dissecari, animantes truncari. Miseranda sunt, non nego: nec tamen, ut tu censes, referenda inter mea ADMIRANDA. Quid dissimulas? non here et hodie haec fiunt in puberes et viros omnes, ubi vis ultima expectata? Et caussa aliqua huic rei est, *Terror*, quod Polybius dixit: et non facile alioqui manum et finem bellis imponere, nisi haec interum, frangendae pertinaciae, usurpentur. At canes etiam dissecti. o ridiculum te, si in canes non licet, quod in homines! et amo ego quoque hoc genus, sed absit ut supra nostrum genus.

4. Haec dici et excusari possunt, et vere possunt: non infiteor tamen, sub Sulla aliquo, Mario, aut Caesare, et praesertim per civilia bella, ius omne et fas neglectum aut calcatum: sed mox attollendum ab Augusto, aut siquem bonum Principem Deus dedit. Illo medico opus fuisse fateor Rep[ublica] iam laxa et opulenta: et inter pares, severitas aut terror esse non poterat ad satis reprimendum. Leges erant: sed *invalidum earum auxilium*, ait Tacitus: *quae vi, ambitu, postremo pecunia turbabantur*. Itaque sub Principe status iam melior, maxime quod ad Provincias attinet: nec eae avaritiam aut rapinas Praesidum sic impune sentiebant.

---

9 Plb. 10.15.4 **18-19** Tac. *Ann*. 1.2.2

fe, narras el asunto por entero, ¿por qué silencias sutilmente que cumplió órdenes del Senado? Actuó según lo prescrito, e hiciera lo que hiciese, no es él quien merece la acusación sino el Senado más bien. Pero, es más, ¿por qué la ha de merecer el Senado? Escucha y aprende. Todos aquellos epirotas apoyaban firmemente a Perseo, y ellos habían atacado antes a los romanos, ¿dónde está la injusticia en el momento en que son enemigos los que sufren castigos de enemigos? Pero, me dirás, eran excesivas. No hubiera querido que se produjesen, si me lo preguntas, pues prefiero la clemencia, pero te podría demostrar que, para evitar rebeliones y secesiones, cosas semejantes a estas las han cometido reyes y repúblicas modestísimas. Has explicado después lo que tú dices que fue una crueldad habitual entre los romanos cuando asaltaban ciudades: matar personas, despedazar perros, descuartizar a los animales. Actos miserables, no te lo niego, que no deben referirse según tu opinas entre las cosas que yo he definido como DIGNAS DE ADMIRACIÓN. ¿Y de qué te asombras?, ¿no se ha hecho y está haciendo lo mismo a todos los hombres y niños cuando hay que recurrir a la violencia extrema? Y ello tiene un sentido: *el Terror*, del que habló Polibio, pues no es fácil poner un punto final a las guerras, si no es aplicándolo para cortar de raíz la terquedad del adversario... Ya, pero es que hasta los perros se despedazan... Ay, no me hagas reír, ¡cómo si no estuviera bien hacer a los perros lo que se hace a las personas! Y mira que yo amo a esa especie, pero no la pongo por encima del ser humano.

4. Lo que sigue también puede servir de excusa a tus argumentos, y en verdad que lo es. No niego que bajo un Sila, un Mario, o un César, y sobre todo a lo largo de las guerras civiles, toda la justicia humana y divina fuese pisoteada y despreciada, pero no había de tardar en llegar el momento en el que debía ser repuesta por Augusto o por cualquier otro buen Príncipe que Dios dispusiera. Se hacía necesario, lo reconozco, un médico como ese para una República que se había hecho tan grande y rica, pues entre iguales no se puede recurrir a la severidad o al terror para reprimir conductas correctamente. Había leyes, pero, como dice Tácito, *sólo eran un recurso ineficaz, ya que era posible burlarlas por la fuerza, con corrupción y, en definitiva, con dinero*. De todos modos, la situación se hizo mejor bajo el príncipe, sobre todo en lo que se refiere a las provincias que ya no sentían tan impunemente la avaricia y las rapiñas de los gobernadores.

Lib. IV cap. 9: Factum idem in Luxu mensarum, aut vestium.

1. Satis, quod ad priora duo attinet, excusavi: venio ad *Continentiam* asserendam, in qua convellenda valde te iactasti. Argumenta in eam praecipua duo erant, Leges sumptuariae ab antiquo latae; et Exempla aliquot luxus. Quod ad Leges, vide quam ego a te abeam: aio et adfirmo, non firmius pro frugalitate argumentum esse. Nam quod eae coërcent aut emendant, quale est? ex emendatione apparet, quam videamus. *Fannia* ecce lex, sub bellum Punicum tertium lata fuit, in hanc sententiam: *permitti diebus festis centenos aeris; ceteris, denos*. O vere ADMIRANDA aevi continentia, cui satis esse potuit finitio iam dicta! Nam attendisti hoc mi Auditor? *centeni* illi aeris, decem drachmas nobis reddunt; *deni*, unam. O nuptias, repotia, natales, apparatu celebri, quibus Philippaeus unus sufficeret in potum, in cibum! Quis devia aut ponte mendicus paene, non plus hodie absumpserit? Atqui Respublica tunc satis opulenta et florens erat: et maxime autem sub Sulla. Tunc et Graecanicae, et Asiaticae deliciae cognitae:videamus igitur, et laxe lauteque iam epulemur. Ita opinor. nam ecce tulit Sulla, ut *feriis sollennibus triginta sestertios liceret insumere; ceteris diebus, ternos*. Hem, hem, hem quid istud est? itane regredimur, et recidimus? ego autem iure progredi, et accedere aliquid debere censebam. *Triginta* HS sunt, meo calculo, *septem* drachmae et semis; id est, nondum Philippicus: *terni* autem, nec drachma.

2. Aud.- Ego haec non credo Lipsi, nec fero: ridenda et explodenda sunt. Tales leges, tam arctas, ferat ille, qui sic copiose vixit?

3. Lips.- Rem habes, et verba ipsa apud Agellium {Lib[ro] II cap[ite] XXIIII}: tu vide.

4. Aud.- Corrigenda sunt: et HS *trecenos* legendum, non *tricenos*.

5. Lips.- O bonum promptumque Criticum! sagacitas magna est, viceris vel Luceium. Sed desine, desine homo: et manum tuam coërceat lex Licinia quae praeivit, in qua nisi *triginta asses* (tres denarii) *permissi diebus festis*. Laxavit igitur et auxit Sulla. Sed quid hic sistimus? Augustus ille, qui Romam opibus et gaza Aegyptia replevit, et sub quo illa in ipso flore, Cibariam legem hanc tulit: *qua profestis diebus ducenti sestertii; Kalendis, Idibus, et aliis quibusdam festivis, trecenti; nuptiis autem et repotiis, milleni finiuntur*. Sunt *quinque* Philippaei, profestis; festis, *septem cum dimidio*; nuptiis, *vigintiquinque*. Quid tu, cum haec legis, non cogitas, tot illos illustres Equites et Senatores, et censum eorum vel Principum opibus hodie comparandum? Atqui quam coërceantur, vides: et ego tibi hodie adfirmo, raro sollennius paullo convivium dari, quod nuptialem illam

---

7-13 Gell. *Noct. att*. 2.24.3-7 **15-16** Gell. *Noct.att*. 2.24.11 [ed. Marache: *sestertios trecenos* pro *triginta sestertios*] **28** Cic. *Ad. Fam*. 5.12.2-3 **30** Gell. *Noct. att*. 2.24.7 [ed. Marache: *aeris tricenos* pro *triginta asses*] **32-33** Gell. *Noct. att*. 2.24.14 [ed. Marache: *mille* pro *milleni*]

Lib. IV cap. 9: Lo mismo en lo que se refiere al lujo en la mesa y en el vestir.

1. Suficiente satisfacción acabo de dar a lo que afecta a las dos primeras acusaciones, voy ahora a reivincidar la *continencia* contra la cual te lanzaste para socavarla desde sus fundamentos. Para hacerlo utilizaste dos argumentos principales: las leyes suntuarias que se estaban promulgando desde antiguo, y algunos testimonios de lujo. Sobre las leyes debo pedirte que te fijes de qué modo me alejo de ti al afirmar rotundamente, que no hay argumento que defienda con más firmeza su frugalidad que el suyo. Pues, ¿qué es lo que tratan de reprimir y corregir? Por las propias cláusulas de la ley quedará claro, vamos a verlas. La ley *Fannia*, promulgada en tiempos de la Tercera Guerra Púnica, contiene el siguiente principio: *se permite en los días de fiesta el gasto de cien ases, el resto, diez*. ¡Continencia proverbial, DIGNA en verdad DE SER ADMIRADA! ¡Para definirla puede bastar lo dicho! Pues, querido discípulo, ¿lo has oído bien? Aquellos *cien* ases equivalen para nosotros a diez dracmas, y las diez a *una* sola. ¡Menudas bodas, tornabodas y bautizos de célebre boato, serán aquellas que se puedan pagar con un solo filipeo en bebida y comida! ¡Qué mendigo que ande por los caminos o viva bajo un puente no gasta más hoy en día! Con todo el Estado era en aquel entonces bastante rico y floreciente y lo era sobre todo en tiempos de Sila. Entonces ya se conocían las exquisiteces griegas y asiáticas. Fijémonos bien, porque vamos a participar en un banquete espléndido y suntuoso de entonces. Eso es al menos lo que yo creo, pero hete que Sila estableció que *en las celebraciones habituales estaba permitido gastar treinta sestercios, y en el resto de días, tres*. Vaya, vaya..., ¿pero qué significa eso?, ¿no estamos retrocediendo dando un paso atrás? Yo, no obstante, creía que debía haber llegado el momento de avanzar algo y progresar merecidamente. *Treinta* HS son, según mi cálculo, *siete* dracmas y media, o sea, que no llegan al filípico. Los *tres*, por su parte, no llegan a la dracma.

2. Discípulo- Lipsio, no doy crédito a lo que dices, y no lo acepto, es una ridiculez rechazable pensar que uno que vivió en medio de tantos excesos promoviera leyes tan estrictas.

3. Lipsio- La cuestión y la cita la encuentras en Agelio {en el libro II, capítulo XXIIII}, léelo tu mismo.

4. Discípulo- Hay que corregirlo y leer *trescientos* HS y no *treinta cada vez*.

5. Lipsio- ¡Buen crítico estás tú hecho! ¡Qué rápido solucionas tú tus problemas! Gran sagacidad la tuya, vencerías con ella hasta a Luceyo. Pero prescinde de ella, hombre, y déjala a un lado, que la ley Licinia que la antecedió te para los pies. Establece que *se permitían tan sólo treinta ases* (tres denarios) *en los días festivos*. Sila, lo único que hizo fue flexibilizar esta norma y aumentar la posibilidad de gasto. Pero, ¿a qué detenernos en este punto? Augusto, que abarrotó Roma con los recursos y el tesoro de Egipto, el hombre bajo el que esta alcanzó su mayor esplendor, promulgó la ley Cibaria *en la que se limitó el gasto a doscientos sestercios en los días no festivos, en las calendas, idus y en determinados días festivos, a trescientos; en las celebraciones nupciales y de tornabodas, a mil*. Son *cinco* filipeos en los no festivos, en los festivos *siete y medio*, en las bodas, *veinticinco*. ¿Cómo te quedas al leerlo? ¿No es verdad que apenas si te cabe en la cabeza que esto pudiera afectar a todos aquellos ilustres caballeros y senadores, cuya fortuna debe comparase incluso con los recursos de príncipes actuales? Pues bien, ahí ves hasta qué punto se veían limitados en su gasto.

summam non excedat. En, abi nunc, et luxum obiice: quem totum satis reieci argumento ipso tuo legum. quia (ut veterum aliquis ait) *indicium sobrii saeculi est, ubi tali praescripto legum, coërcetur expensa caenarum*.

6. Atquin Apicios, Lucullos, Caligulas, aut Vitellios adduxisti. Quid ad me? cum Rempublicam laudavi, plurimos in ea laudavi; nec adspicere debui, siquae in tanto et tam uberi agro malae alibi et nocentes herbae. Non obstant, quo minus haec seges bona et laudabilis sit: nec tales certe mihi dabis ante labentem Remp[ublicam] id est Sullanum aevum.

7. Aud.- Imo dedi Lipsi. nonne Cato de pisce exclamavit supra bovem? nonne *frugalissimis etiam viris*, ut Seneca dixit, caenae *tricies* constiterunt? Haec purganda sunt, si potes: aut labitur tuum illud legibus solis nixum.

8. Lips.- Vah, quomodo potero? quo me vertam? Bos ille Catonis occursat: et plane, ex Graecorum verbo veteri, *Bovem nunc habeo in lingua*. Sed audi quod verum est, nec nimium in bove te iactes. Bos et alia, minimi tunc pretii, nec credo equidem vaeniisse ultra *quaternas aut quinas* drachmas.

9. Aud.- Totum bovem?

10. Lips.- Totum.

11. Aud.- Quaternas?

12. Lips.- Ipsas.

13. Aud.- Si hoc doces, tum ego dixerim vel me bovem esse.

14. Lips.- Quid si amplius doceo, et ad Drachmam unam te duco?

15. Aud.- Habebo hoc caput et culmen inter omnia hodie, heri, et nudius tertius, quartusque, ADMIRANDA.

16. Lips.- Da te mihi, disces, et credes. Plinius ita scribit. nam ipsa verba recitanda sunt {Lib[ro] XVIII cap[ite] III}: *M*[*arco*] *Varro auctor est, cum L*[*ucius*] *Metellus in triumpho plurimos duxit elephantos,* ASSIBVS SINGVLIS *farris modios fuisse, item vini congios, ficique siccae pondo triginta, olei pondo decem,* CARNIS *pondo duodecim*. Hoc ille bono auctore, et omnis antiquitatis indagatore, Varrone protulit: et observasti?

17. Aud.- Nihil respondeo, stupeo: et tamen nihil etiam de bove.

---

6 bona 1599, 1605] uber 1598

2-3 Macr. *Sat*. 3.17.10 **14** *Adag.* 618 **34-37** Plin. 18.17

Yo, personalmente, puedo afirmar que hoy en día raro es el banquete corriente que no excede la suma impuesta para un boda de las reguladas por Augusto. Ahora ve y repróchales el lujo, bastante lo he desmentido yo en su conjunto con tus propios argumentos legales, porque (como dijo aquel antiguo) *indicio de un siglo sobrio es que con las prescripciones legales se limite el gasto de los banquetes*.

6. Pero es que también sacaste a colación a los Apicios, Lúculos, Calígulas y Vitelios... ¿y a mi qué? Cuando hice la alabanza de la República, a muchos alabé en ella y no debo detenerme en las malas y dañinas hierbas que puedan brotar salpicadas en un campo tan grande y fértil. No son un obstáculo porque en cuanto las siegues el lugar se volverá bueno y loable de nuevo. Además no podrás mostrármelas antes de la decadencia de la República, esto es, antes de la época de Sila.

7. Discípulo- Pues, a decir verdad, sí que te mostré alguna, ¿o es que Catón no protestaba por aquello del pescado más caro que la ternera?, ¿o es que *hasta los hombres extremadamente frugales*, según los calificó Séneca, no organizaban banquetes que valían *tres millones*? Debes justificar esos testimonios si puedes o, si no, todo el trabajo que has puesto en las leyes se te viene abajo.

8. Lipsio- ¡Vaya!, ¿cómo voy a poder?, ¿a qué argumento me agarro? Aquella ternera de Catón me cierra el paso, llanamente, según dice el viejo proverbio griego, *se me está atragantando la ternera*. Pero escúchame esta verdad y no te jactes demasiado con tu ternera. En aquel entonces, la carne de ternera y de otro ganado valía muy poco y desde luego no creo que se vendiera a más *de cuatro o cinco* dracmas la pieza.

9. Discípulo- ¿La ternera entera?

10. Lipsio- Entera.

11. Discípulo- ¿A cuatro la pieza?

12. Lipsio- En efecto.

13. Discípulo- Si me lo demuestras, te reconoceré yo el primero que yo sí que soy un ternero...

14. Lipsio- Entonces, ¿qué te parecería si voy más allá y te pongo una a dracma?

15. Discípulo- Pues lo consideraría como algo principal y excepcional entre todo cuanto en el día hoy, de ayer, de antes de ayer o del anterior, hubo de DIGNO DE ADMIRACIÓN.

16. Lipsio- Pues ríndete, aprende y créetelo. Plinio así lo escribe. Y la cita al pie de la letra es la siguiente{en el libro XVIII, capítulo III}: *Marco Varrón dice que cuando Lucio Metelo llevó en su triunfo muchos elefantes, hubo modios de candeal* DE A AS CADA UNO*, lo mismo valían los congios de vino, treinta libras de higos secos, diez libras de aceite y doce libras de* CARNE*.* Esto es lo que Plinio saca de aquel noble autor, Varrón, que indagó en toda la antigüedad, ¿lo has entendido bien?

17. Discípulo- Nada que decir, el triunfo es, eso sí, sorprendente, pero nada se dice de la carne de ternera.

18. Lips.- Vel maxime, sed non attendisti. Nam ait; *Carnis pondo duodecim, singulis assibus vaenisse*: et fac igitur bovem pependisse quadringentas aut quingentas libras: quid erunt nisi *quaternae* aut circiter drachmae? Sed illa nimis vetera sunt, inquies. Nec id quidem, sed bello Punico primo evenerunt {Anno Vrbis DII}: haud longe a Catonis aevo. Et demus postea aliquid mutasse, paullatim tamen nec enormiter: et hoc Polybius nobis dicet. Ille, ipso Catonis aevo, scribit de fertilitate et copia Galliae Cisalpinae {Lib[ro] II}: *suis etiam saepe temporibus, medimnum frumenti Siculum, quattuor obolis vaeniisse; hordei, duobus; metretam autem vini, tantidem quanti hordeum*. Ista magis mira ADMIRANDA sunt, medimnum Siculum (sex modios continet) non nisi duabus Drachmae partibus vaenisse; metretam vini (duodecim congii {Librae mensurales 120} sunt, si Atticam, quod opinor, intellegit) tertia parte. Addit etiam facetum corollarium, *Viatorem in iis locis, nihil cum diversitore aut hospite pacisci, sed bene et laute habitum, abeuntem solvere dimidiatum Assem*. O si nobis peregrinari ita fas! tota iuventus dilabatur, et abeat in beatas illas oras.

19. Sed ego tibi promissum meum plene solvam, et bovem reducam ad Drachmam. Factum bello Mithridatico, cum Lucullus praedas e Ponto egit, sic abundanter, ut *mancipium quattuor drachmis vaenale esset; bos, una; aprae, oves, vestes, alia, pari vilitate*. In Appiani Mithridatico hoc leges. Quid tu iam?

20. Aud.- Sileo, et bos a tua lingua transiit in meam.

21. Lips.- Imo tu, ut volebas, in bovem. Nec tamen, ut serio loquamur, sentio vel assero, tam grandem vilitatem hanc semper fuisse: sed analogia talem, et quam leges illae Sumptuariae satis ostendunt. Absque ea enim, quid nisi irrisio et illusio eae sint? facit huc, quod de Pomponio Attico, insigni viro et praedivite, ac digno cui Agrippa gener esset, et progener Tiberius Princeps, Cornelius Nepos in vita eius scribit. *Cum*, inquit, *inprimis lautus esset eques Romanus, et non parum liberaliter in domum suam omnium ordinum homines invitaret, scimus non amplius quam terna millia aeris, peraeque in singulos menses, ex ephemeride, eum expensum sumptui ferre solitum: atque hoc non auditum, sed cognitum praedicamus*. Haec notanda profecto. Atticus inter plane divites erat, inquit; idem inter liberales, et domus eius ac mensa cottidie omnibus patebant, etiam a Senatu: et tamen non plus in mensem, quam *tria millia aeris* absumsit. Sunt *triginta Philippici*: ergo in diem, *Philippicus unus*. Haec in florentissima re Romana facta [[: et Martialis aevo non dissimilis etiam vilitas, sed, ut opinor, in anni aliqua ubertate:

> *Amphora vigessis, modius datur aere quaterno:*
> *Ebrius et crudus nil habet agricola.*

---

17 *aprae* 1605] *caprae* 1598, 1599 **26** progener 1599, 1605] e posteris 1598 **34-*4*** [[et...illud]] 1599, 1605] et quid ultra addam? Vnum etiam 1598

7-8 Plb. 2.15.1 **12-13** Plb. 2.15.5-6 **17-18** App. *Mith*. 78 [ed. White: αἴγες] **26-30** Nep. *Att*. 13.6-7 **37-38** Mart. *Epigram*. 12.76 vv.1-2

18. Lipsio- ¿Cómo que no? Se cita expresamente lo que ocurre es que no le has prestado la suficiente atención a las *doce libras de carne que se vendieron a as*. Ponte que la ternera pesase cuatrocientas o quinientas libras, ¿a cómo sale sino a *cuatro* dracmas cada una, más o menos? Me dirás que es una cita demasiado antigua. Pero no es así, pues estos precios, ciertamente, son los propios de los tiempos de la Primera Guerra Púnica {año 502 de la Ciudad}, no lejos de la época de Catón. Después, es verdad, la cosa fue cambiando paulatinamente. No lo hizo, desde luego, con un vuelco absoluto, y eso nos lo demuestra Polibio. Este, que es de la misma época de Catón, describe la fertilidad y riqueza de la Galia Cisalpina en los siguientes términos {en el libro II}: *Era normal vender en su tiempo el medimno síciulo de trigo a 4 óbolos, el de cebada a dos, y la metreta de vino a lo mismo que la cebada*. Maravillas particularmente DIGNAS DE ADMIRACIÓN son estas de vender el medimno síciulo (contiene seis modios) sólo a dos partes de dracma, la metreta de vino (son 12 congios {*120 libras mensurales*} si, como yo creo, se refiere a la metreta ática) a un tercio de dracma. Añade después un corolario gracioso cuando dice *el viajero que atraviese estos lugares no debe pactar con el mesonero o hospedero un precio mayor a medio as que pagará en el momento de la partida y siempre que incluya un alojamiento plenamente satisfactorio*. ¡Ojalá hubiera podido viajar yo a esos precios! Toda la juventud la hubiera pasado yo en aquellas benditas tierras.

19. Pero voy a cumplir mi promesa por completo y voy a rebajar el precio de la ternera a dracma. Así pasó durante la Guerra Mitridática, cuando Lúculo obtuvo del Ponto botines tan abundantes que *se podía comprar un esclavo por cuatro dracmas, una ternera en una; los cochinos, ovejas, pieles y otros productos semejantes, estaban igual de baratos.* Léelo en el «Mitridático» de Apiano. ¿Cómo te quedas ahora?

20. Discípulo- No sé qué decir. Me has tapado la boca con el buey que se te atragantaba.

21. Lipsio- No querías ternera, ahí tienes. Pero, bueno, hablando en serio, me da la sensación que no se puede decir que los precios siempre fueran tan bajos, aunque por analogía sí sirven para entender aquellas leyes suntuarias. En efecto, si no fuera así, ¿no te resultarían las leyes suntuarias ridículas y sin sentido? En esta misma línea va lo que Cornelio Nepote escribe en la vida de Pomponio Ático, hombre insigne y sumamente rico, digno de tener a Agripa por yerno y al príncipe Tiberio como el marido de su nieta: *Siendo como era un caballero romano, particularmente rico y no poco liberal a la hora de invitar a su casa a hombres de todos los órdenes, supimos que solía disponer de un presupuesto de gasto de no más de tres mil ases, y que era exactamente lo mismo cada mes, según el diario doméstico. Y lo decimos no de oídas, sino por haber efectuado las averiguaciones pertinentes*. En verdad que me parece que es esto digno de alguna apreciación. Dijo Nepote que Ático era sin lugar a dudas uno de los más ricos y espléndidos, que su casa y su mesa estaban abiertas a diario a todo el mundo, incluso a senadores, pero que, a pesar de ello, no se gastó más de *tres mil ases* mensuales. Equivalen a *treinta filípicos*, luego, *a filípico diario*. Esto ocurría en el momento del mayor esplendor de Roma. También en la época de Marcial los precios seguían siendo bajos, pero, según creo, debió ser en un año de cierta abundancia cuando dijo aquello de:

> *El ánfora por veinte ases, el modio se da por as de a cuatro,*
> *borracho y sin trabajo, nada le queda al campesino*.

Observa. amphora XLVIII sextarios continet, sive congios octo: itaque congius hac ratione sit *duorum assium et semis*, non longe nimis a Varroniana vilitate. Et simile in Modio.

22. Sed iam ad tuum illud,]] ne subterfugere videar, de *Frugalissimis viris*, qui *Tricies* absumpsere. Sed heus tu, satin' plene et ex fide Senecae verba attulisti? Ego faciam, et pluscula recitanda sunt, ut de sententia constet. Ait, contra luxuriam disserens: *Non in facto laus est, sed in eo, quemadmodum fiat. Quid est caena sumptuosa flagitiosius, et equestrem censum consumente? Quid tam dignum censoria nota, siquis, ut isti ganeones loquuntur, sibi haec et genio suo praestet? et tricies tamen* HS *adiiciales caenae frugalissimis viris constiterunt. Eadem res si gulae datur, turpis est; sin honori, reprehensionem effugit*. Mens huius viri, non in re peccatum saepe esse, sed in caussa et fine. Tu epulum sumptuosum das, sed gulae aut vanitatis caussa: alius dat, sed legis et moris caussa: ille peccat, hic minime, quia non cupidini, sed consuetudini est obsecutus. Sicut, inquit, in *Adiicialibus epulis*, viri etiam frugales multum impenderunt, sed quia debebant. Totum in eo, ut sciamus serio, quae sint istae *Adiiciales*: ego nullas arbitror (pace eorum, qui aliter) et *Aditiales* omnino scribo. Intellego eas, quae in *aditu* honoris, et auspiciis quasi primis, etiamnunc dari solent: sed olim maxime Sacerdotiorum. Inde *Pontificae, Saliares, Augurales, Diales caenae* proverbiis celebratae: et Seneca hic apertede *Aditialibus* scripsit, *honori eas dari*. Talis illa apud Macrobium, ex Indice Metelli Pontificis transscripta: *Ante diem* IX *Kal*[*endas*] *Septembres, quo die Lentulus* FLAMEN INAVGVRATVS *est*. Datae igitur in ipsa inauguratione et aditu, ut dixi: et quidni sic *Aditiales*, ut *Initiales*? [[Tranquilli nostri simile, in Claudio: *Sestertium octogies* {200.000 Phil[ippicorum]} PRO INTROITV *novi sacerdotii coactus impendere*: etsi Dio videtur hoc alio ducere, et in summa mutat. Sed tu ne]] alio igitur traxeris ea Senecae, nec a sollennibus sacrisque epulis, ad communem saeculi luxum.

23. Sed addidisti etiam in fine de Vestibus, et viros feminasque lasciviisse. De his, non nimis nego, nec excuso: concessu omnium peccet in nugis ille sexus, ad seria non aptus. Sed viri, parum aut nihil in veteri Republica: sub Principibus coepere, nec Principibus ipsis invitis. Frangi aut mitigari altos et generosos animos, vestium, conviviorum, ludorum, deliciis aut remissionibus, haud abs re eorum est: nec Augustus

---

19 hic aperte 1599, 1605] deest 1598 **22-25** [[Tranquilli...ne]] 1599, 1605] deest 1598

7-11 Sen. *Ep*. 95.40-41 **20-21** Macr. *Sat*. 3.13.10 **23-24** Suet. *Claud*. 9.2 **24** DC 59.28.5

Observa aténtamente. El ánfora contiene 48 sextarios u ocho congios, de modo que, según esta proporción, el congio sale a dos ases y medio, y eso no queda muy lejos del nivel de precios de tiempos de Varrón. Y lo mismo ocurre con el modio de trigo.

22. Pero llego por fin, para que no parezca que me estoy despistando con subterfugios, a aquello que dijiste sobre ciertos *hombres frugalísimos* que se gastaban *tres millones*. Pero, oye amigo, ¿citaste a Séneca al pie de la letra y completo? Yo sí que lo voy a hacer, ampliando un poco la cita para que quede clara la intencion del pasaje. Disertando contra el lujo inmoderado, dice lo que sigue: *No merece alabanza el hecho, sino la intención con la que se hace. ¿Qué hay de más deshonroso que gastar la fortuna de un caballero en un banquete de lujo? ¿Qué hay más digno de merecer la reprobación del censor que el hecho de que, como dicen tales glotones, tiene más valor para ellos una de esas comidas que su propio espíritu? Y a pesar de todo, los "banquetes de aumento" de hombres extremadamente frugales no bajan de tres millones de* HS. *Si hay que atribuir esta actitud a la gula es pura torpeza, si, por el contrario, responde a la dignidad de un cargo, es cosa que escapa a la crítica*. La intención de este autor es decir que, a menudo, el mal no está en el asunto que se valora, sino en la causa que lo provoca o la finalidad con que se hace. Imagínate que vas a dar un suntuoso banquete, y que lo haces llevado por la gula o la vanidad; otro hace lo mismo, pero con motivo de una ley o de una tradición: tú has cometido una falta pero el otro no, ya que obedece a la costumbre y no al capricho. Esto es lo que pasa, sigue diciendo, en los "*convites de aumento"*, donde hasta los hombres extremadamente frugales gastan mucho, pero porque ese es su deber. Todo el problema está, para que sepamos con certeza a qué atenernos, en saber qué son estas comidas "*de aumento"*. Yo creo que no existen (contando con la buena voluntad de los que piensen de otro modo) y escribo en su lugar *de ingreso*. Entiendo por ellas las que en el momento de *ingresar* en un cargo, casi como un primer rito, suelen celebrarse aún hoy en día, y que antiguamente eran sobre todo propias de los sacerdocios. De ahí los *banquetes pontificios*, *salios*, *augurales* o *diales* que se han hecho proverbialmente célebres, y en este texto Séneca escribió a todas luces a propósito de los *de ingreso que se ofrecían en la toma de posesión de un cargo*. Es el mismo caso de aquel que se puede ver en Macrobio y que se copió del registro del pontificado de Metelo en la fecha de *nueve días antes de las calendas de septiembre, en el día en que Léntulo fue* INVESTIDO FLAMEN. Se ofrecían, por lo tanto, en el momento de la investidura y del ingreso, según dije, y ¿por qué no se habían de llamar tanto *de ingreso* como *de inicio*? Nuestro Tranquilo explica algo semejante en la vida de Claudio: *Se vio obligado a gastar ocho millones* {200.000 filípicos} *en concepto de* ENTRADA EN CARGO *a un nuevo sacerdocio*, si bien Dion parece entender este punto de otro modo y varía la suma. Pero tú no me cambies el texto de Séneca y no manipules el sentido de lo que dice a propósito de los banquetes religiosos convencionales, convirtiéndolos en un lujo mundano y común.

23. Y al final añadiste algo sobre el vestir, y que los hombres y las mujeres se holgaban con él. De estas útimas no voy a llevarte mucho la contraria, ni es mi voluntad excusarlas. Que ese sexo cometa faltas en menudencias con la aceptación de todos en vista de que no es apto para las cosas serias. Pero los hombres poco o nada se hicieron acreedores de tal acusación en tiempos de la vieja República. Bajo el gobierno de los príncipes comenzaron a merecerla, pero no por pasividad de los propios príncipes ante el problema. No queda lejos de sus obligaciones erradicar y mitigar con multas y limitaciones, inclinaciones de espíritus elevados y generosos que se hacen manifiestas en la moda del vestir, en los convites o en los juegos. Augusto y otros más sagaces que

et sagaciores illi ignorarunt. Itaque Tacitus scripsit {III Ann[alium]}, *Luxus mensae, a fine Actiaci belli, usque ad arma, quis Ser*[*vius*] *Galba rem Romanam adeptus est, per annos centum, profusis sumptibus exercitos fuisse*. Sed antea negamus: et cum Livio totum hoc de Virtute claudimus, *Nulla umquam Respublica nec maior, nec* SANCTIOR*, nec* BONIS EXEMPLIS *ditior fuit: nec in quam tam* SERAE *Avaritia Luxuriaque immigraverint; nec ubi tantus, ac* TAMDIV *Paupertati ac Parcimoniae honos fuerit*.

---

4 *umquam* 1605] *unquam* 1598, 1599

1-3 Tac. *Ann*. 3.55.1 **4-7** Liv. *Praef*. 11

él no las descuidaron. Con todo escribió Tácito {III de los «Anales»}: *El lujo en la mesa, desde el fin de la guerra de Accio hasta el tiempo de los enfrentamientos con los que Servio Galba alcanzó el poder en Roma, a lo largo de unos cien años, fue en aumento con gran profusión de gasto*. Pero negamos que antes ocurriera otro tanto. Concluimos con Livio todo este capítulo dedicado a la Virtud: *No hubo jamás Estado más grande, ni más* SANTO*, ni más rico en* NOBLES EJEMPLOS. *En ninguno como en Roma se acogió la avaricia y al lujo inmoderado* CON MÁS RETRASO*, y en ningún lugar la pobreza y la sobriedad tuvieron durante tanto tiempo y de un modo más elevado, la categoría de honor.*

Lib. IV cap. 10: Doctrinae studia Romae, et Salaria in Doctores.

1. Absolvi igitur de Virtute, nisi placet ornamentum vel adiumentum eius me adtexere *Doctrinam*. Nam et ea Romae viguit, atque adeo a condita ipsa urbe, vel potius ante eam, si Dionysio et Plutarcho credam, *Romulum et Remum litteris et omni liberali doctrina institutos Gabiis fuisse*. Cur vero non credam? opera et facta non abnegant expolitum Romulum fuisse, et sequentes item Reges: et multa Graecanica instituta in moribus, verba ipsa in lingua comparent. Atque adeo erat transfusa ipsa Graecia in magnam Italiae partem, cui et nomen reliquit. Exolevisset tamen haec paullatim, fateri debemus, et usque ad bellum Punicum secundum, raras Romae vel elegantias, vel litteras fuisse: Mars et horrida virtus omnia obtinebant. Postea intrata et capta ipsa Graecia, victores iterum cepit, et feliciter artes suas intulit et diffudit. Magno gradu tunc itum ad variam doctrinam, sed primo ad eloquentiam maxime: ut quae coniuncta cum rebus gerendis, et aptissima gubernantibus esset. Mox et Historia successit, et Philosophia, et quidquid ad animos moresque colendos, aut honeste oblectandos, facere videretur. O hanc quoque curam laudabilem! et maxime, quia cum modo et temperie fuit: quod nec omnes passim se darent, nec nimis etiam darent. Non omnes, sed primores fere et ii qui vel erant in Republica, vel ad eam se praeparabant. E triplici illo ordine, Plebs ad militiam adspirabat, neque erat harum rerum; Senatus et Equites, praeter illam, animi cultum adsumebant, et mente non manu solum conspici volebant. Modum etiam plerique servabant, nec ut mancipia quaedam literarum essent; sed ut quatenus opus, haurirent, et ad rem atque usum transferrent. Talis Scipio ille posterior, talis Cornelius Sulla, Pompeius, Lucullus, Caesar, alii uno verbo, quicumque in Rep[ublica] eminentes postea fuerunt. Quod Thucydides {Lib[ro] II} Athenienses suos profiteri facit: φιλοκαλοῦμέν τε μετ᾽εὐτελείας, καὶ φιλοσοφοῦμεν ἄνευ μαλακίας: *Elegantes sumus, sed cum parcimonia; philosophamur, sed sine mollitie*: id, inquam, convenientissime Romani veteres sibi vindicarint.

2. Itaque studium hoc Doctrinae publice viguit, et doctores paullatim, in privatis primo Principum aedibus, mox et in publico, ac stipendiis publicis, auditi, conducti[[, et praemiis varie affecti]]. Quis nescit C[aium] Caesarem {Sueton[io]} *omnes liberalium artium Doctores, qui Romae essent, civitate donasse*? Qui summus extero honos, et nulla pecunia aestimandus.

3. Etsi nec haec defuit, primo quasi e privatis loculis data: mox e fisco annuatim appensa. Primus id Vespasianus firmiter instituit {Sueton[io]}: qui *Latinis Graecisque Rhetoribus annua centena constituit*. Ea reddunt *bis mille quingentos* Philippaeos: ubi hodie vel eximiis doctoribus largiendos? Atqui et medicis *quingena* HS mercedem annuam fuisse Plinius docuit: quae sunt *duodecim millia et quingenti* Philippaei: cur non igitur admittam vel *sexcenta* excellenti alicui honorarium fuisse? Imo fuerunt

---

4-5 [[, vel...eam,]]1599, 1605] ; 1598 **8** Atque adeo 1599, 1605] Et 1598 **13** eloquentiam 1599, 1605] Eloquentiam 1598 **29** auditi, 1599, 1605] auditi vel 1598 **29-31** [[, et...affecti]] 1599, 1605] deest 1598 **34** firmiter 1599, 1605] deest 1598 {Sueton} 1599, 1605] {Suet} 1598

5-6 DH 1.84.5; Plu. *Romul*.6.2 **25** Th. 2.40 **30-31** Suet. *Caes*. 42.1 **34-35** Suet. *Vesp*. 18.1

Lib. IV cap. 10: La educación en Roma. Los salarios de los profesores.

1. Terminé, pues, con lo que respecta a la virtud, si no fuera porque juzgo a propósito describir la *educación* que es su ornamento y auxilio. Y es que en Roma se daba con vigor ya desde el momento de su fundación, si no antes si hay que creer a Dionisio y Plutarco, pues *Rómulo y Remo fueron instruidos en leer y escribir y en todas las materias liberales en Gabios*. ¿Por qué no creerlos? Las obras y los hechos de Rómulo no contradicen el hecho de que tuviera cierta cultura, y lo mismo se puede decir de los reyes que le sucedieron, pues en las tradiciones que asentaron se pueden ver muchas instituciones griegas, así como términos de esa lengua. Y con mayor motivo debemos creer que esto fuera así, ya que la propia Grecia se había derramado en gran parte de Italia, a la que le dio nombre. No obstante, esta cultura se fue perdiendo, debemos confesarlo, y hasta la Segunda Guerra Púnica fue raro ver en Roma cultura o letras: todo lo conseguía Marte y su temible virtud. Más tarde, la propia Grecia, invadida y ocupada, conquistó a los que la vencieron y les enseñó felizmente sus artes y las difundió por doquier. Fue entonces cuando se inició con paso firme la marcha de varias disciplinas, y por delante de las demás iba la elocuencia, porque era imprescindible en la gestión política y muy útil a los gobernantes. En seguida vino la Historia, y la Filosofía, y todo cuanto parecía servir para cultivar espíritus y costumbres, y procuraba un deleite honesto.¡También es esta una loable inquietud! Sobre todo por haberse llevado a cabo con mesura y ponderación, ya que ni todo el mundo se entregaba a estas faenas, ni el que lo hacía lo hacía en exceso. No era una tarea para todo el mundo, pero sí para aquellos a los que se podía considerar más excelsos y para aquellos que o bien se dedicaban a los asuntos del Estado o bien se preparaban para hacerlo. De aquella triple división social que expuse, la plebe aspiraba a entrar en el ejército y no sentía interés alguno por estos asuntos; el Senado y los caballeros, a diferencia de aquella, aspiraba a cultivar su espíritu, deseaban ser conspicuos por el intelecto y no sólo por la fuerza. La mayoría se mantenía en la medida justa de las enseñanzas y no se convertía en esclavos de las letras, sino que aprendían hasta donde les era necesario y lo aplicaban a la práctica concreta que les surgiera. Tal es el caso de aquel Escipión segundo, o de Cornelio Sila, Pompeyo, Lúculo, César y todos los que, en resumidas cuentas, ocuparon más tarde lugares eminentes en el Estado. Lo que Tucídides {en el libro II} hace declarar a sus atenienses: φιλοκαλοῦμέν τε μετ′εὐτελείας, καὶ φιλοσοφοῦμεν ἄνευ μαλακίας: *Somos distinguidos, pero con moderación, hacemos filosofía, pero sin molicie*, eso mismo, es lo que muy acertadamente podrían reclamar para sí los antiguos romanos.

2. De modo y manera que este interés por la enseñanza fue creciendo con el estímulo público. Al principio del Principado se daba en las casas particulares, pero pronto, de modo paulatino, en lugares públicos y a costa del Estado, se fue haciendo común oír enseñar a los maestros a los que, se les contrataba y se les premiaba con diferentes recompensas. ¿Quién desconoce que Cayo César {en Suetonio} *concedió la ciudadanía a todos los maestros de disciplinas liberales que había en Roma*? Recompensa que para el extranjero es el mayor honor, algo que no tenía precio.

3. No obstante, su trabajo sí que lo tenía. Al principio se pagaba de bolsillos privados, pero pronto se convirtió en una carga anual sobre el fisco. El primero en regular decididamente este asunto fue Vespasiano, quien {en Suetonio} *retribuyó anualmente a los retores latinos y griegos con cien mil.* Equivalen a *dos mil quinientos* filipeos, ¿dónde se paga tan generosamente hoy en día ni a los más eximios doctores? Con todo, Plinio nos demostró que la paga anual de los médicos llegaba a los *quinientos* HS, que son *doce mil quinientos* filipeos, ¿por qué no admitir, pues, que alguno que

Eumenio Rhetori, et doctori in scholis Augustoduni: quem Constantius princeps sub Augustis Diocletiano ac Maximiano, *salarium in sexcentis millibus nummum accipere iussit*. Ita ipse semel iterumque profitetur in Oratione, quae exstat: nec *sexagena* rescribi mihi aliquis persuadebit. Scilicet alienum nimis a MAGNITVDINE ROMANA est, *quindecim millia* Philippaeorum, singula doctori, et qui Magister Palatii fuisset, dari? nihil est: et credent mecum, qui veteres opes et animos satis sciunt.

---

6 [[credent...sciunt.]] 1599, 1605] credere audeant, siqui non audent sperare. 1598

destacara más pudiese tener honorarios de hasta *seiscientos mil*? Esos eran realmente los del *rétor Eumenio*, maestro en la escuela de Autún. El príncipe Constancio, en tiempos de los augustos Diocleciano y Maximiano, *mandó que percibiera un salario de seiscientas mil monedas.* Así lo dice él mismo en varias ocasiones en un «Discurso» suyo que se ha conservado, y no hay quien me convenza para corregirlo con la cifra de *sesenta mil*. ¿Es ajeno a la GRANDEZA ROMANA pagar *quince mil* filipeos a cada maestro o a quien ejerciera la dignidad de maestro palatino? En absoluto, y lo creen conmigo quienes conocen bien el espíritu y los recursos de los antiguos.

Lib. IV cap. 11: Diuturnitas Romani imperii, et in occasione de patria Constantini.

1. Sed peregisse cursum meum sermonis videor, et vela colligo, et navigo in portum. Vidisti quam magnum hoc imperium *a Finibus, Copiis, Operibus, Virtutibus Virisque* fuerit: et potuissem *a Tempore* addere, ac diuturno statu. Nam quod alibi imperium, modice magnum, tam diu perseveravit? Atque istud maximum, tot saecula stetit: et reliquiae eius cum nomine, etiamnunc in Germania et AVSTRIACA domo feliciter ecce vivunt. Itaque Plutarchi verba liceat usurpare: *Cum Fortuna alata sit ac vaga, et modo Assyrios, Medos, Persas, Macedonas, Carthaginienses lustraverit, eosdemque reliquerit: videtur ad Tiberim alas posuisse, volubilem globum reliquisse, et urbem quasi perpetim inhabitatura intrasse*. Quid Homeri iam olim vaticinium, quam mirabile est {Iliad[a] γ}?

Νῦν δὲ δὴ αἰνείαο βίη τρώεσσιν ἀνάξει,
Καὶ παῖδες παίδων, τοί κεν μετόπισθε γένωνται.

Nunc autem Troiana Aeneas sceptra tenebit,
Et nati natorum, et qui nascentur ab illis.

Ille vero tenuit, et nati eius; inter quos Romulus primus Regum, ex eo sanguine; et o occultam decreti vim! primus Imperatorum, Caesar. Etsi autem mutatio aliqua status intervenit, tamen imperium mansit: primo sub Regibus, tum Consulibus, tum Principibus: et sub istis, scissum divulsumque, et caput alterum in Thraciam aut Graeciam translatum. Constantinus id fecit, quod non ignoras: et caussam dedit ruinae aut inclinationi deinde rerum.

2. Aud.- Oro te mi doctor, benigne et honeste de hoc viro loquamur, et qui ut sidus illustravit vicinam nostram terram.

3. Lips.- Ego vero loquor in omni alia re: et praesertim quae sacra et pietatem tangit. Quis nescit illum, Deo duce, depulisse tenebras, quae orbem terrae densa superstitionum nube obsidebant? Ille dissipavit, lucem intulit, templa nobis et Christo aperuit, vanis cultoribus et diis clausit. Magnus igitur laudatusque vir; sed quid tamen ea lux proprie ad vicinam nostram terram, ut dicebas?

4. Aud.- Nam quis nescit in Britannia ortum hunc esse, et gloriam etiam redundare ad natalem terram?

5. Lips.- Ego vero nescio {*Vide largiter in Notis*}, et ambigo, et propior sum ut negem.

---

39 [[{*Vide...Notis*}]] 1605] deest 1598, 1599

8-11 ≅Plu. *Moralia* (*De fort. rom.*) 317F **14-15** Hom. *Il*. 20 vv. 307-308 (=DH 1.53.5)

---

39 {*Vide largiter in Notis*}= nota 17

Lib. IV cap. 11: La pervivencia del Imperio romano. Comentario sobre la patria de Constantino que viene al caso.

1. Creo que mi discurso está llegando a su fin, arrío velas y navego ya hacia el puerto. Has podido comprobar lo grande que fue este imperio *por sus territorios*, *sus fuerzas*, *sus recursos*, *sus construcciones*, *sus virtudes y sus hombres*, podría añadir, que también lo fue *por su duración*, y por su permanente estabilidad. Y es que, ¿qué imperio en cualquier otro lugar, medianamente grande, sobrevivió tanto tiempo? Este, que fue el mayor de todos, se mantuvo en pie durante tantos siglos, que, hoy en día, sus restos a la par que su nombre aún subsisten felizmente en Alemania bajo la casa AUSTRÍACA. Por lo tanto es lícito utilizar las palabras de Plutarco: *La Fortuna tiene alas y gusta de andar errante. A asirios, medos, persas, macedonios y cartagineses tan sólo los visitó para después dejarlos abandonados. Parece que ha replegado las alas a las orillas del Tíber, que allí ha dejado su globo giratorio y que en la ciudad ha encontrado donde alojarse prácticamente para siempre.* Y, ¿qué decir del sorpredente vaticinio que desde antiguo debemos a Homero {en la «Ilíada» γ }?

> Νῦν δὲ δὴ αἰνείαο βίη τρώεσσιν ἀνάξει,
> Καὶ παῖδες παίδων, τοί κεν μετόπισθε γένωνται.
>
> *Eneas tomará entonces el cetro troyano,*
> *y lo harán después los nacidos de su descendencia y los que de ellos nazcan*.

Es verdad que él fue quien lo mantuvo y también sus descendientes de entre los cuales Rómulo fue el primer rey de esa sangre. También lo era, ¡oculta fuerza del destino!, el primer emperador, César. Aunque sobrevinieron varios cambios en su estructura, el Imperio se mantuvo: primero bajo los reyes, bajo los cónsules más tarde y bajo los príncipes después. En tiempos del poder de estos se produjo una ruptura y la escisión del Imperio, pues se dotó de una segunda cabeza que se trasladó a Tracia o Grecia. Esto lo hizo Constantino, según tú bien sabes, dando lugar a la causa de la ruina que entonces sobrevino y de la posterior decadencia.

2. Discípulo- Te ruego, querido maestro, que tratemos con benevolencia y respeto a este hombre que como un lucero da lustre a la tierra de nuestros vecinos.

3. Lipsio- Que quede claro que yo me refería a un asunto del todo diferente a las cuestiones de religión y piedad. No hay quien no sepa que fue él quien, guiado por Dios, alejó las tinieblas que con una densa nube de superstición oprimían el mundo. Él las disipó e introdujo la luz, abrió templos para nosotros y para Cristo y se los cerró a vanos adoradores de vanas divinidades. Sea, por esta razón, un personaje loado, pero ¿por qué acabas de decir que corresponde esa luz a nuestros vecinos?

4. Discípulo- Pero bueno, ¿no sabes que nació en Britania, y que la gloria de uno redunda en beneficio de la tierra donde nace?

5. Lipsio- Pues verdaderamente lo desconocía yo, y a decir verdad que dudo que sea así y estoy por negártelo {*ver por extenso en las notas*}.(17)

6. Aud.- Tune, contra eruditissimis viris nuper asserta? et clarum hunc etiam Panegyrici scriptoris locum? Nam ille apud ipsum Constantinum haec profert: *Pater tuus liberavit Britannias servitute, tu etiam nobiles* ILLIC ORIENDO *fecisti*. Quod os tuum erit, contra verba tam expressa, euntis? Nisi hoc dices, aevi eius oratorem nescisse Principis sui patriam, et in re tam nobili, ignave et foede apud ipsum errasse.

7. Lips.- Hoc non dicam, et os non abdicabo, imo nec perfricabo quidem. Fides apud me esto Panegyristae: sed quid dicit igitur? *Ortum illic* Constantinum: at non in tuam sententiam fortasse, sed meam dicit. Ea est, non ipsum ibi, sed imperium eius ortum: non Constantinum, sed Principem. Vere tibi dico, (siste, nec resilas) haec eius mens est: *Tu nobiles fecisti Britannias, quod illic ortus factusque es Imperator*. Prima imperii tui lux illic, et illinc, fulsit. Nec dissimile nimis in verbo, quod paulloante idem Orator dixit, *Constantine oriens Imperator*.

8. Aud.- Percussisti me nova interpretatione: sed quid tu tamen contra communem omnium assensum?

9. Lips.- Nego, communem: imo nemo veterum hoc scripsit. Mediae aut novellae aetatis haec assertio est, nec nisi ab illo imperii ortu orta. Quid? nonne Nicephorus, Ecclesiasticae historiae scriptor, de Bithynia palam affirmat {Lib[ro] VII Eccl[esiastica] Hist[oria] cap[ite] XVIII}? *Nam patrem eius Constantium, cum ad Persas legatus iret, Drepanum Bithyniae venisse, divertisse, Helenam hospitis sui filiam novisse, Constantinum hunc genuisse*. Cur autem ille hoc tam constanter, tam nihil ambigens, aut de varietate inserens, si variatum tamen fuit? Atque ego arbitror, verissima Nicephorum tradidisse. Quo teste? quem nemo respuat, veteri, et ab ipso Constantini aevo. Is est Iulius Firmicus, qui Matheseon libros scripsit: et in eorum primo, haec verba. *Dominus et Augustus noster ac* TOTIVS *orbis Imperator, Pius, Felix, ac Providus Princeps* CONSTANTINVS *scilicet* MAXIMVS, DIVI CONSTANTII *Filius, augustae ac venerandae memoriae Principis. qui ad liberandum orbem a* TYRANNICIS *immoderationibus, et ad comprimenda domestica mala, favore propitiae maiestatis electus est.* APVD THARSVM GENITVS*, a primo aetatis gradu gubernacula imperii retinens, quae prosperis nactus fuerat auspiciis*, ROMANVM ORBEM *salubri gubernationis moderamine sustentat*. Ea de Constantino nostro accipienda esse, primum doceo, tum de re mea addo.

10. Aliquis enim dixerit *Constantinum eius filium* capiendum, quoniam in libris vulgatis legitur, *Divi Constantini filius*: sed profecto id improbum est, et *Constantii*, ut recitavi, legendum. Multa docent clare. primum quod ait, *Totius orbis Imperatorem* fuisse. atqui Constantinus ille, inter tres Constantini Magni filios, sorte dumtaxat Gallias, Hispanias, Britanniasque habuit. Item, quod *Maximum* agnominat: quod,

---

2-3 *Pan. Lat*. 7.4.3 **21-23** ≅Nic. Cal. 7.18 [trad. Lange de la ed. Migne: *Is ab Occidente Orientem versus navigans, ad locum qui Drepanum dicitur, applicat. Situm autem est Drepanum ad Nicomediae sinum, in altum mare longus prominens. Ibi Constanti desiderium concubitus incessit. Quod ubi cognovit hospes eius, magnificentia et splendore cohortis eius regio permotus, filiam ei suam, venusta forma aetatisque flore iam nubilem puellam, conciliat.*] **26-33** Firm. *Math.*1.13

6. Discípulo- Pero, ¿te vas a oponer a recientes afirmaciones de hombres sumamente eruditos, o a aquel preclaro pasaje del autor del «Panegírico»? Es él el que ante el propio Constantino declara lo siguiente: *Tu padre liberó las Britanias de la esclavitud, y tú,* SURGIENDO ALLÍ*, nobles las hiciste*. ¿Por qué pones tu voz al lado de la de los que se oponen a una cita tan explícita? A no ser que digas que el orador, hombre de la misma época de Constantino, no supo de la patria de su propio príncipe, y que ante él se equivocó de un modo tan descuidado e indigno en un asunto tan noble.

7. Lipsio- No seré yo el que diga eso, pero tampoco voy a cambiar de opinión ni, desde luego, me voy a avergonzar por lo que acabo de decir. El panegirista sigue teniendo para mí la misma credibilidad, pero ¿qué es lo que dice realmente? *que allí surgió* Constantino. Es posible que con ello esté más cerca de mi punto de vista que del tuyo. Esto es, que no fue él el que surgió allí sino su mando imperial. Allí no nació Constantino más que como príncipe. En verdad te digo (estate quieto y no me repliques) que el verdadero significado del texto es este: *Hiciste a las Britanias nobles porque allí te convertiste y te consagraste emperador.* Allí se encendió por primera vez la luz de tu imperio y desde allí brilló. Y la expresión no se diferencia demasiado de otra que poco antes ha dicho el mismo orador con lo de *Constantino, emperador naciente*.

8. Discípulo- Me dejas impresionado con tu nueva interpretación, pero, ¿qué necesidad tienes de oponerte a la opinión comúnmente aceptada por todos?

9. Lipsio- Niego que sea una opinión común, pues en realidad ningún autor antiguo escribió algo semejante. Tal afirmación procede de la Edad Media o de una época aún más reciente, y solamente surgió a partir de la noticia de aquella proclamación imperial. ¿Y bien? ¿Nicéforo, autor de una «Historia eclesiástica», no afirma claramente que procedía de Bitinia {en el libro VII, capítulo XVIII de la «Historia eclesiástica»}? *Pues su padre Constancio, cuando fue enviado como embajador ante los persas, llegó a Drépano de Bitinia, allí se entretuvo, conoció a Helena, hija de su anfitrión, y engendró a este Constantino*. ¿Cómo me explicas, por lo tanto, que este autor presente el tema de un modo tan consecuente, tan poco ambiguo y sin complejidad alguna, si fue tan de otro modo? Pues bien, yo pienso que Nicéforo nos transmitió la pura realidad de los hechos. ¿En qué testimonio me apoyo para decir tal cosa? En uno antiguo que nadie debe desdeñar porque es del mismo tiempo que Constantino. Se trata de Julio Fírmico que escribió los libros «Sobre la Astrología». En el primero de ellos se leen estas palabras: *Señor y Augusto nuestro y emperador de* TODO *el orbe, príncipe pío, feliz y bondadoso* CONSTANTINO*,* el GRANDE*, Hijo del* DIVINO CONSTANCIO*, Príncipe de augusta y venerable memoria, que fue elegido para liberar el orbe de ambiciones* TIRÁNICAS *y para reprimir los males internos por medio de su benevolente majestad.* ENGENDRADO EN TARSO*, desde su primera edad tomó el timón del imperio que nació con prósperos auspicios, y mantiene en pie el* ORBE ROMANO *gobernándolo con sabia dirección.* Esto debe tomarse como referido a nuestro Constantino, y será lo primero que explique, después añadiré algo de mi propia cosecha.

10. Ciertamente, habrá quien diga que hay que entender que este texto se refiere *a su hijo Constantino*, porque en los libros publicados se lee *hijo del divino Constantino*, pero en realidad se trata de una falta, y debe leerse *de Constancio*, según he citado. Muchos argumentos lo muestran con claridad. En primer lugar el que diga que fue *emperador de todo el orbe*, cuando a aquel otro Constantino, uno de los tres hijos de Constantino el Grande, tan sólo le tocaron en suerte las Galias, las Hispanias y

Tyrannos ab eo exstinctos; et quod *Romanum* orbem salubriter facit gubernantem. Atqui partem modo, ut dixi: nec eam ipsam diu tenuit, intra triennium occisus. Quid, quod diserte mox idem Firmicus, *Constantinum Maximum Principem, et eius* INVICTISSIMOS LIBEROS*, Dominos et* CAESARES appellat? Certe non habuit tales minor ille Constantinus, et palam ad nostrum hunc spectant. Ista praemisi, siquis (ut sunt mores, aut ingenia) refragari vel calumniari vellet: nunc ad rem aptemus. Ait igitur, Contantinum illum suum Principem *apud Tharsum* genitum. Quae illa est? an nobilis in Cilicia? non est, sed in Bithynia ego eam inveni. Nam Stephanus de Vrbibus, Nicetas, Porphyrogenneta, *Tarsum* hanc (ita scribant, sine adspirante littera) in Bithynia signate ponunt, iuxta Nicomediam ipsam.

11. Ego vero aio et infero eandem cum *Drepano* esse, quod Nicephorus nominavit. Quo argumento? quod apud Nicomediam sinus et curvatura maris est; quae loca talia communi nomine *Drepana* Graeci, quasi *Falces*, a similitudine, vocabant. Inde passim *Drepani* hoc nomen in maritimis, et Ortelium nostrum vide. At proprium eius loci opidique nomen, et magis restrictum, *Tarsis* fuit. Mea haec coniectatio est: nec moveor, si posteri, aut Britanni scriptores, aliter de tota re tradiderunt.

12. Multo minus Georgio Cedreno aurem praebeo, scribenti natum Constantinum περὶ τὴν τῆς δακίας πόλιν, *circa urbem Daciae*. Corrupta, aut falsa sunt: et quoties vanitatum manifestus ille auctor? Pro nobis etiam valide facit, quod ipsum istud Drepanum, *Helenopolis* appellatum postea, in honorem matris; et Pontus vicinus Polemoniacus, item *Helenopontus*: sed et sedes imperii in vicinia translata, nonne affectum in patriam testatur?

13. Ipsum denique aevum Constantini adiuvat, si consideras natum eum circa annum ∞ XXIII urbis conditae: quo tempore quieta adhuc Britannia, et turbae post motae, et pater ad eas sedandas missus. Ergo verius ante, et alibi, natum esse. Sed tu, aut alius, ut volent: ego sine fraude censui, et Sermonem meum totum finivi.

---

14 *Tarsis* 1605] *Tarsus* 1598, 1599

3-4 Firm. *Math*. 1.14 **9-10** St. Byz. s. v. Ταρσός; Nic. Cho. *Ann*. 3.245; 5.423 (*Tarsia*) **18** Cedr. *Hist. compend*. 1.269C (ed. Bekker p. 472)

las Britanias. Además está el hecho de que lo apode *Máximo*, de que por su mediación se sojuzgaran unas *tiranías*, y que lo haga gobernar el orbe *romano* beneficiosamente. Cuando, según dije, tan sólo tuvo una parte de ese orbe, y no por mucho tiempo, porque fue asesinado tras tres años en el poder. ¿Por qué lo llama, según hace Fírmico de modo expreso inmediatamente después del texto citado, *príncipe Constantino el grande y sus* INVICTÍSIMOS HIJOS*, señores y césares*? Ciertamente, Constantino el menor no tuvo tales hijos, y por lo tanto a todas luces se refiere a ellos, a los de este Constantino nuestro. Esto que vaya por delante por si hay quien (como es habitual entre ciertas inteligencias) se propone desmentir mis argumentos o inventar falsedades. Pasemos ahora al meollo del asunto. Dice, pues, que aquel su príncipe Constantino fue engendrado *en Tharso*. ¿A qué ciudad se refiere?, ¿a la noble ciudad de Cilicia? No se trata de ella: yo la he encontrado en Bitinia. Y es que Esteban en su «Sobre las Ciudades», y Nicetas, el porfirogéneta, sitúan esta *Tarso* (así, sin la hache) de modo notorio en Bitinia, justo al lado de Nicomedia.

11. Yo, por mi parte, deduzco y afirmo que esta ciudad es la *Drépano* que citó Nicéforo. ¿Con qué argumento puedo hacerlo? Con el de que en Nicomedia hay un golfo, una hondonada del mar, accidente geográfico al que los griegos dieron el nombre genérico de *drépanos*, que es como decir *hoces*, por la semejanza de sus formas. De ahí este término de *drépano* que ha pasado al lenguaje marítimo en todas partes, y para prueba puedes consultar a nuestro Ortelio. No obstante el nombre propio del lugar y de la ciudad fue el más preciso de Tarso. Esta es mi conjetura, de la que no me apartaré aunque escritores más recientes y británicos hayan contado el asunto de un modo distinto.

12. Mucho menos aún merece mi atención Jorge Cedreno que escribe que Constantino nació περὶ τὴν τῆς δακίας πόλιν*, cerca de una ciudad de Dacia*. Palabras erróneas o falsas, y es que ¿cuántas veces da señales de vanidad este autor? Para nuestro discurso sí tiene valor el hecho de que esta misma Drépano recibiera posteriormente el nombre de Helenópolis, en honor a la madre del emperador, y que el mar vecino Polemoníaco también se llamara Helenoponto. Pero, ¿es que no es un testimonio de amor a su patria el que trasladase la sede del Imperio a una ciudad vecina?

13. Finalmente, la propia edad de Constantino contribuye a aclarar el asunto. Si te fijas bien te darás cuenta de que nació en el año 1023 de la Ciudad, época en la que Britania todavía permanecería tranquila. Sólo después sucedieron las revueltas cuyo apaciguamiento necesitó del envío de su padre. Por lo tanto es sin duda cierto que había nacido antes en otro lugar. De todos modos tú y cualquier otro, creed lo que queráis. Yo he expuesto mi postura sin fraudes y esa es una buena manera de acabar todo mi discurso.

Lib. IV cap. 12: Conclusio, et Laudatio magni Imperii.

1. Aud.- O sermonem aeternum mihi utilem, et iucundum! et clara voce fateor, nunc denique admittere et concipere me cogitationes tanto illo imperio dignas. Inter quas tamen et istam: Fueritne utile gentibus sub tam magno illo esse? an non nimia et aspera ista servitus, sine vindice et domino quem appellares?

2. Lips.- Haud inepta nec importuna quaestio: et scio esse, quae illud damnare aut certe accusare possint; sed plura ac graviora, quae absolvere et allevare. Inprimis quanti facias, sub magno tali imperio pacem ac quietem gentium ubique fuisse? Nusquam arma, hostis, praedo; arabant, serebant, metebant; convivia, coniugia inibant; liberos gignebant, educabant: omnia secure, et nec auribus quidem laesis rumore belli. Nam siquod tale erat; cum barbaris nempe et longinquis, et quod velut ludicrum aut fabellam, tuti limitibus et praesidiis suis, audirent. Pulchre Aristides: *Bella vero vix umquam nunc creduntur exstitisse, ac pro commentis habentur a plerisque. Quod si alicubi ad limites conflictus fuerit, (ut in magno et immenso imperio facile fit, ob Getarum insaniam, vel Afrorum miseriam, vel rubri maris accolarum infelicitatem, qui commodis bonisque suis nescierunt uti) mox ista, tamquam fabulae, cum omni memoria evanuerunt. Tanta pax apud vos viget, o Romani, etsi militiam bellumque habetis inter patria instituta*. Atque iterum idem (quomodo enim melius certiusque vetera repraesentem, quam veteris scriptoris verbis?) idem in eam laudem: *Vniversus orbis sub vobis, tamquam festum diem agitans, quos olim gerere solebat gladios deposuit, ad convivia autem et reliquam omnem laetitiam libere se convertit. Et aliae quidem contentiones aut certamina urbes reliquerunt; unum omnes habet, ut earum quaeque pulcherrima et iucundissimo aspectu appareat. Itaque omnia plena gymnasiis, fontibus sive aquaeductibus, porticibus, templis, tabernis, scholis: ut aliquis vere dixerit inclinantem et labantem mundum, restitutum a vobis esse. Nec urbes solum splendore et decore lucent, sed tota adeo terra, instar horti aut paradisi, conspicitur exculta. Vt miseratione plane digni videantur, siqui imperio vestro non subiacent (qui pauci tamen sunt:) ut qui tantis bonis careant*. Haec vere et floride dicuntur, et capiunt me recitantem: etsi non minus uno ictu penetrat Cornelii nostri breviloquium: *Quippe immota, aut modice lacessita pax*: quod ille de Principum aevo scripsit.

14-19 Aristid. *Or*. 26.70-71 **21-29** Aristid. *Or*. 26.97+99 **31** Tac. *Ann*. 4.32.2

Lib. IV cap. 12: Conclusión. Alabanza de un gran Imperio.

1. Discípulo- ¡Discurso inmortal el que me has regalado!, ¡ninguno más útil y agradable! Te confieso sinceramente que hasta ahora no era capaz de admitir ni de elaborar reflexiones dignas de tan gran imperio. Entre las que se me vienen a la cabeza me gustaría exponerte una, ¿qué utilidad tiene para las naciones vivir bajo un Imperio de tan gran tamaño?, ¿no es posible que, sin un señor o responsable a quien apelar, el imperio fuera una servidumbre no menos excesiva y ruda?

2. Lipsio- No es una cuestión absurda o inoportuna. Sé bien que no falta quien se ve con derecho de acusar y condenar al Imperio por esa misma causa, pero también que muchas otras razones hay con las que absolverlo y aliviarle la culpa. Sobre todas ellas sitúa esta, ¿qué precio tiene la paz y la tranquilidad que disfrutaron las naciones por doquier bajo tan gran Imperio? Jamás oían hablar de guerras, de enemigos, de robos; los hombres araban, sembraban, recogían sus cosechas, celebraban sus convites y matrimonios; tenían hijos y los criaban, todo era seguridad y en verdad que no había rumor de guerra que les lastimara los oídos. Y si llegaba alguno era, por supuesto, el de la guerra contra bárbaros de lejanas regiones, y se oía como si fueran entretenimientos y cuentos, protegidos por sus fronteras y sus guarniciones. Con su estilo elegante dice Aristides: *La gente apenas cree que alguna vez haya habido guerras, la mayoría lo tiene por pura habladuría. Porque si se produjese un conflicto en algún lugar de la frontera (cosa que no es de extrañar en un Imperio tan grande e inmenso, sea por la locura de los getas, la miseria de los africanos, o la carestía de los habitantes del mar Rojo que no han aprendido a usar de sus buenas y favorables condiciones) en seguida se olvidan, igual que una fábula en la memoria de cualquier persona. Tan grande es la paz que rige en vuestras tierras, romanos, a pesar de haber establecido como principios de vuestra patria la milicia y la guerra*. Y el mismo (¿cómo voy a representar mejor y con más certeza las cosas antiguas si no es con las palabras de un autor antiguo?) sigue la alabanza de este modo: *El orbe universal está sometido a vosotros, como si disfrutando de un día de fiesta, depusiera las espadas que en otro tiempo solía blandir, para dedicarse con fruición a los banquetes y a toda suerte de regocijos. Pues, en efecto, el resto de ciudades abandonaron rivalidades y luchas y ahora una sola cosa las tiene ocupadas a todas, presentarse cada cual con su mejor y más agrable aspecto. Así todas se llenan de gimnasios, de fuentes y acueductos, de pórticos, templos, tiendas, escuelas. Se podría decir por ello sin miedo a equivocarse que habéis devuelto la vida a un mundo que comenzaba a decaer y se tambaleaba. Además las ciudades no son las únicas que brillan con esplendor y belleza, toda la tierra lo hace como si fuera un vergel y un paraíso, y atrae las miradas por el esmero con que se cultiva. Por este motivo parecen dignos de conmiseración aquellos que no se someten a vuestro Imperio (que, desde luego, son pocos), porque con ello carecen de tantos bienes*. Palabras sinceras dichas floridamente, que a mí que las estoy recitando me convencen plenamente, si bien no es menos cierto que nuestro Cornelio me llega tan hondo con el único golpe de esta concisa cita: *Paz ininterrumpida o mínimamente amenazada*, según él dejo escrito a propósito de la época de los príncipes.

3. Iam vero alterum bonum, quanti est, Communicatio inter se hominum et rerum, viis undique liberis commerciisque? In animo tuo cogita, si tuto nunc Byzantium, Persarum aut Sinarum regionem videre liceret: quam tu ipse fortasse atque alii libenter et avide iretis? per tot terras et maria oculos pedesque ferretis?

4. Aud.- Affectum meum tangis. capior unice peregrinatiunculis, et animum innovat ac vires novitatum ille aspectus.

5. Lips.- Optimus quisque in hac cupidine: et alti aethereique animi, ut ipse aether, gaudent motu. Sed sub tali igitur imperio, quam id licuit? tutius quam [[Belgis nobis hodie]], non dicam ab urbe ad urbem, sed paene per urbem aut circa eam ire. Visere illic licebat magna aut nobilia illa opida, clara et inclyta ingenia; Athenas, Alexandriam, Rhodum [[; disertos aut sapientes ibi viros; denique]] ad alia terrarum se conferre, disciplinae aut animi caussa. At mercatores, et quibus aliarum opum cupiditas, ii per maria omnia navigabant, ii per terras circuibant: unicos praedones aut piratas placantes, sive metuentes, Publicanos. Sed uno et certo pretio placantes, nec eo gravi sub Principe aliquo moderato et aequo. Itaque res longinquae advehebantur, ignotae antea ostendebantur: et totus orbis ea communione, quasi una civitas, fiebat. Quid dicam artes barbaris traditas aut invectas? quid elegantiam, litteras, et cultum animorum? Cum etiam omnes linguis divisi, una Romana iungerentur, atque ea cum imperio quaquaversum se propagaret. Plinius haec graviter et merito attollit, in Italia dilaudanda {Lib[ro] II cap[ite] V} *Numine Deum electa, quae caelum ipsum clarius faceret, sparsa congregaret imperia, ritusque molliret, et tot populorum discordes ferasque linguas sermonis commercio contraheret ad colloquia, et humanitatem homini daret: breviterque, una cunctarum gentium in toto orbe patria fieret*. Iterumque alibi idem {Lib[ro] XXVII cap[ite] I}: *Videmus*, inquit, *alia aliunde, ultro citroque, humanae saluti* (nam de herbis et re medica illic loquitur) *in toto orbe portari,* IMMENSA ROMANAE PACIS MAIESTATE, NON HOMINES MODO, DIVERSIS IN TERRIS GENTIBVSQVE*, verumetiam* MONTES *et excedentia in nubes iuga,* PARTVSQVE *eorum et herbas quoque invicem ostentante*. Nec minus Strabo: *Romani multas gentes antea feras, ob montes aut locorum naturam asperam, aut ob frigus aliamve caussam, sub imperium assumentes; easipsas ex disiunctis et insociabilibus, una commerciis iunxerunt, et pro agresti vita, civilem agere docuerunt*. Sed et Claudianus magnifice:

10-11 [[Belgis...hodie]] 1599, 1605] deest **13** [[; disertos... ; denique]] 1599, 1605] , 1598 **14** animi 1599, 1605] cultus 1598

22-25 Plin. 3.39 **26-30** Plin. 27.3 **30-33** Str.2.5.26

3. Pero también encuentro un segundo bien en el Imperio: ¿qué precio tiene la comunicación mutua de hombres y mercancias por las vías que se abren por doquier y por medio de las relaciones comerciales que se traban? Piénsalo en tu interior y dime qué ocurriría si se pudiera alcanzar sin peligro las regiones de los bizantinos, persas o chinos, ¿de qué modo, a lo mejor tú mismo en persona u otros como tú, acudiríais por el gusto o el ansia de verlas?, ¿o no recorrerías y explorarías si pudieras todas las tierras y los mares?

4. Discípulo- Estás llegando a mi pasión. Yo tan sólo me implico en pequeños viajes, pero lo que describes me renueva el ánimo y las ganas de novedades.

5. Lipsio- Excelente es quien tiene tal deseo, los espíritus elevados y etéreos, tal y como el propio éter, disfrutan con el movimiento. Por lo tanto, dentro de un Imperio como el que te describí, ¿te imaginas hasta qué punto ello debió ser posible? Se podría viajar con más seguridad que lo hacemos nosotros los belgas hoy en día, no diré de ciudad a ciudad, sino casi dentro de las ciudades o en sus alrededores. Entonces era posible ir a visitar aquellas grandes y nobles ciudades, y claros e ínclitos ingenios, Atenas, Alejandría, Rodas, a los hombres sabios y cultos que allí vivían, y finalmente tomar el camino hacia otras tierras para aprender o por simple placer. Por su parte, mercaderes y todos aquellos cuyo deseo de viajar se debiera a motivos diferentes, navegaban por todos los mares y circulaban por tierras, y los únicos ladrones y piratas que tenían que aplacar o temer eran los cobradores de impuestos. Pero se les aplacaba con una cantidad fija que no era particularmente abusiva si el príncipe era moderado y ecuánime. Así podían importar productos exóticos, acceder a cosas antes desconocidas, y en esta comunión todo el orbe se convertía casi en una única comunidad política. ¿Qué diré de las artes que se introducían y enseñaban a los bárbaros?, ¿qué de la cultura, de la literatura, del culto del espíritu? Divididos, en efecto, como estaban todos por sus lenguas respectivas, una sóla había capaz de reunirlos, la romana, y ella se propagaba por donde quiera que lo hiciera el Imperio. Plinio lo afirma con gravedad y razón al ensalzar a Italia {en el libro II, capítulo V}: *Elegida por la voluntad de los Dioses para hacer más claro el mismísimo cielo, para congregar los imperios esparcidos y suavizar las costumbres, para imponer el diálogo en medio de tantas discordias entre pueblos y a las salvajes lenguas prestándoles el idioma, civilizar al hombre y, en resumen, hacer una sola patria de todas las naciones reunidas de todo el orbe*. En otro lugar {en el libro XXVII, capítulo I} vuelve a decir: *Vemos,* dice*, además cómo se negocia con ellas en todos los lugares en beneficio de la salud humana* (en este pasaje se tratan las plantas medicinales y la medicina), LA INMENSA MAJESTAD DE LA PAZ ROMANA *contribuye a que se conozcan entre sí* NO SÓLO LOS HOMBRES DE TIERRAS Y NACIONES DIVERSAS, *sino también los* MONTES *y sus cimas que llegan a las nubes, sus* GANADOS *y sus plantas*. Estrabón no dice menos: *Los romanos se han hecho cargo de muchas naciones que antes eran salvajes, por vivir en los montes o en la aspereza de la naturaleza de sus lugares, por el frío o por cualquier otra causa. A estas mismas que vivían sin cohesión ni relación con otros, las reunieron en una sola mediante el frecuente trato comercial, y en lugar de una vida agreste, les enseñaron a actuar civilizadamente*. Pero es que hasta Claudiano dice enfáticamente que:

Huius pacificis debemus moribus omnes,
Quod veluti patriis regionibus utitur hospes,
Quod sedem mutare licet; quod cernere Thulen,
Rursus et horrendos quondam penetrare recessus.
Quod bibimus passim Rhodanum, potamus Orontem,
Quod CVNCTI GENS VNA SVMVS.

6. O verba et res pulchrae! et potestne maior esse voluptas, aut commoditas? Omitto gubernationem et leges fere eadem; pondera, et mensuras, et numos: et plura, quorum bonorum sensus etiam hodie aliquis in Turcarum imperio est; et esset maior, si leges et politia illic meliores. At nostra Europa misera, quam iam a multis saeculis expers eorum est? iactatur assiduis bellis aut dissidiis. quare? quia regna aut dynastiae parvis aut modicis finibus inclusae, semper in vicinos caussam habent timendi vel sperandi, querendi vel ulciscendi. Idem et ante Romanum imperium erat, quod Plutarchus asseruit: et pulchra imagine addidit, *Istud velut* ANCHORAM *fuisse fluctuanti mundo*. Quid proprie de nostra Gallia triplici Cerialis apud Tacitum? *Regna bellaque per Gallias semper fuere, donec in nostrum ius concederetis*. Fuere mi Auditor, et nunc erunt, donec talis aliquis eventus.

7. Aud.- Per ignem sermones tui eunt, et vide ne amburare.

8. Lips.- Ego vero apud te libere, et ut Philosophi in scholis, de Republica dissero: neque sunt ista, neque erunt fortasse, et (dicet aliquis) nec debent. Deo eventus permitto: ego arbitror et ad Religionis unitatem, et ad subditorum omnium usum, et denique contra communem Turcarum hostem fore, potens et validum caput unum. Tu Deus SALVS ET TVTELA RERVM, da quod expedit; da, si non imperio, saltem foedere coïre ac iungi; da laetos et pacatos ad laeta et pacata loca tua venire. In quo finio, et te mi Adolescens, dimitto.

---

28 dimitto. 1599, 1605] dimitto {Lib. II}. 1598

1-6 Claud. *Cons. Stil*. 3 vv.154-159 [ed. Hall: *lusus* pro *Rursus*] **15-16** Plu. *Moralia* (*De fort. rom.*) 317A **16-17** Tac. *Hist*. 4.74.1

Todos le somos deudores de las costumbres pacíficas,
porque nuestro huesped puede usar de las formas de su patria,
porque se puede emigrar, porque se puede ver de cerca la Tule,
y penetrar entonces en lo que antes eran horrendos parajes.
Porque por doquier bebemos del Ródano y del Orontes,
Porque JUNTOS FORMAMOS UNA SOLA NACIÓN.

6. ¡Palabras tan bellas como los conceptos que encierran!, pero, ¿es que es posible que haya aún más placeres y ventajas? Dejo al margen el gobierno y hasta leyes como los pesos y medidas, la moneda, y muchas otras más, el sentido de cuyas bondades hoy en día se conserva en parte en el Imperio de los turcos y mayor sería este si allí las leyes y el gobierno fueran mejores. Pero nuestra pobre Europa, ¿cuántos siglos hace ya que dejó de gozar con todo ello?, ¿por qué motivo se ve arrojada en medio de guerras y disensiones interminables? Reinos y dinastías se encierran dentro de pequeñas y ridículas fronteras, y siempre tienen una razón para temer a los vecinos, para aguardar alguna treta suya, para reprocharles algo o vengarse de ellos. Lo mismo ocurría antes del Imperio romano como afirmó Plutarco, y añadió después una bella imagen diciendo: *que fue como el* ANCLA *para un mundo sometido a cambios*. ¿Qué dice Cerial en Tácito refiriéndose propiamente a nuestra triple Galia? *Siempre hubo reinos y guerras en las Galias, hasta que no os visteis bajo nuestra autoridad.* Las hubo entonces, discípulo, y las seguirá habiendo ahora hasta que no se produzca un desenlace semejante.

7. Discípulo- Tus palabras están entrando en una zona caliente, cuida de no chamuscarte.

8. Lipsio- Ante ti te hablo del Estado igual que lo hacían los filósofos en las escuelas, con absoluta libertad, aunque lo que yo deseo no esté ocurriendo, ni quizá vaya a ocurrir, ni (habrá quien así lo diga) deba ocurrir. A Dios encomiendo el futuro. Yo pienso que es necesaria una sola potente y vigorosa jefatura para la unidad de la religión, para la comodidad de todos los súbditos y, finalmente, contra el común enemigo turco que acecha a las puertas. Dios, tú que dispones de la SALVACIÓN Y DE LA TUTELA DE TODO, concede lo que más convenga, y concede que, si no podemos hacerlo con un Imperio, al menos sí nos confederemos y nos unifiquemos, concede que felices y en paz lleguemos a tus felices y pacíficos dominios. Con este deseo acabo y me despido de ti, mi querido joven.

Notae

In libri I Caput II = nota 1:
Χρυσεόμιτρα.) Pro versu fortasse melius, χρυσέῃ μίτρᾳ divisim. [[Sed hoc leve: illud momentum habet, quod monitus a viro doctissimo sum, totum hoc Carmen videri scriptum, non in ipsam urbem Romam, sed εἰς ῥώμην (nam Graeca ambigua) id est, in *Valentiam sive Fortitudinem*, quasi Deam. Acutum est: et argumentum habet, quod Erinna illa celebris vixerit circa Sapphus tempora, id est Tarquinii Prisci, priusquam Roma nostra sic magna et admiranda. Sed mihi tamen serio inspicienti, carmen in urbem et imperium nostrum scriptum videtur: et plures Erinnas fuisse, quod in textu indicatum volui, indicio est dissensus in eius patria, de quo Suidas.]] [[Adde, quod apud Stobaeum ambigitur de auctore]].

In libri I Caput V = nota 2:
Sed ubi, ignoro.) [[Ego firmiter non repperi. Duplex tamen suspicio. prior de *Theodosia* in Bosphoro, ubi Strabo portum collocat, *vel centum navium capacem*. Altera fortasse firmior, ex Dionis Fragmento in rebus Eligabali: ubi notat, *Privatum aliquem, initio eius imperii, conatum turbare et ad res novas pellicere* τὸν στόλον, τὴν ἐν τῇ κυζίκῳ νουλοχοῦντα: *classem, quae Cyzici in statione erat*. Sane videtur hanc Ponticam, et eius ordinariam sedem designare: etsi Cyzicus tamen in Propontide.]]

In libri I Caput VI = nota 3:
Sed nec Velleii iudicium valde probo.) Cui tamen causam aliquam esse, etiam hodie Hispani experiuntur: sed non illam propie, quam Velleius suspicatur aut timet. Hoc usus docuerit, longinquas aut externas colonias, si coniugiis [[et stirpe cum indigenis misceantur]], paullatim ipsos aut posteros transire in mores et affectus eius regionis. Cavere hoc malum vis? unica ratio, a coniugiis, et (si potest) a mixtione arcendi: quod Iudaei olim et nunc servant. Nec alia magis intima caussa est, cur crescat assidue ea gens, et in veteri lege et institutis, aliena a populis, perseveret.

Liber II Caput II = nota 4:
In agros et in corpora eorum.) Illud ipsum conqueritur et exaggerat Büundica regina Britannorum, in Dionis Nerone: οὐ πρὸς τῷ τ᾽ἄλλα πάντα καὶ νέμειν καὶ γεωργειν ἐκείνοις, καὶ τῶν σωμάτων ἀυτῶν δασμὸν ἐτήσιον φερόμενοι; *Nonne, praeter cetera omnia, et pascitis et aratis Romanis, corporum etiam* ANNVVM *tributum pedentes?*

2-10 [[. Sed...Suidas.]] 1599, 1605] : etsi aliquis fortasse ob liquidam illud excuset. Quod autem sequitur, de *incolatu Olimpi in ipsa terra*, id vero pulchre ad splendorem et decorem urbis Romae refertur, quae fuit velut caelum in terris. Et est affatus ad ipsam ROMAM ut divam, et quae urbem eam templum aut sedem haberet. 1598 **9-10** [[Adde...auctore.]] 1605] deest 1599 **13-18** [[Ego...Propontide.]] 1605] Ego vero nondum repperi, etsi Theodosiae, in Bosphoro, *portum fuisse vel centum navium capacem*, Strabo me doceat libro VII. Sed an ibi, an alibi (plures enim portus) siquis eruit, ostendet. 1598] Ego vero nondum repperi, etsi Theodosiae, in Bosphoro, *portum fuisse vel centum navium capacem* Strabo affirmet lib. VII. Sed an ibi, an alibi (nam plures etiam portus) siquis eruit, ostendet. 1599 **23-24** [[et...misceantur]] 1599, 1605] misceantur cum indigenis 1598 **26** Nec 1599, 1605] nec 1598 **26** cur 1599, 1605] et 1598 **30** Büundica 1599, 1605] sic Boundica 1598 **33** *Romanis,* 1599, 1605] *illis* (Romanis) *et* 1598 *pendentes?* 1599, 1605] . Notetur de Anno, ut in Appiano: etsi alibi de menstruo etiam est lectum: sed nempe ratione anni. 1598

1.- Χρυσεόμιτρα.) En función del verso quizá sea mejor dividirlo en χρυσέη μὶτρᾳ. Pero esto no es seguro ya que como me mostró un doctísimo señor, todo el poema parece haber sido escrito no para la ciudad de Roma sino εἰς ῥώμην (en griego tiene doble sentido), esto es, a *la valentía o la bravura*, tomándolas como divinidad. Es una cuestión sutil, y la razón se encuentra en que la célebre Erina vivió en torno a la época de Safo, esto es, la de Tarquinio Prisco, antes de que nuestra Roma fuera tan grande y admirable. De todos modos sigo considerando seriamente que el poema parece escrito para nuestra ciudad e Imperio, pues hubo muchas Erinas, según he querido indicar en el texto, a partir de la prueba de la falta de consenso sobre su patria, sobre lo cual véase Suidas. Añádase el hecho de que en Estobeo no queda clara la autoría del poema.

2.- *Aunque ignoro dónde*.) Sigo sin haberla encontrado definitivamente. Pero sospecho de dos emplazamientos: en primer lugar de Teodosia del Bósforo, donde Estrabón sitúa un puerto *con capacidad de casi cien naves*. La segunda posibilidad, quizá más segura, se basa en un fragmento de Dion acerca de temas relacionados con Heliogábalo, cuando apunta que *cierto individuo, al inicio del imperio de aquel, se dispuso a perturbar y a predisponer para la revolución* τὸν στόλον, τὴν ἐν τῇ κυζίκῳ νουλοχοῦντα: *la flota que tenía su base en Cízico*. Sin duda parece que esta fue la póntica, y que la cita señala su sede habitual; si bien (hay que reconocerlo) Cízico está en la Propóntide.

3.- *Pero tampoco estoy en absoluto de acuerdo con el juicio de Veleyo*.) Aunque a la opinión de Veleyo no le falta cierta razón de ser, según se ve lo que en la actualidad los españoles están padeciendo, pero no es exactamente lo mismo que aquello por lo que Veleyo desconfía temeroso de la colonización. La práctica de las colonias exteriores y alejadas ha enseñado que en el momento en que hay matrimonios y mezcla de sangre con los indígenas, poco a poco los colonos o sus descendientes mudan de costumbres y adquieren amor por su región. ¿Quieres prevenir este mal? El único medio es evitar los matrimonios y (si es posible) el mestizaje, según ahora y siempre han respetado escrupulosamente los judíos. De hecho, no tiene otra causa más profunda la abundancia con que aquella nación crece y el mantenimiento de su antigua ley e instituciones al margen de los pueblos.

4.- *Sobre las tierras y sobre las propias personas*.) En el «Nerón» de Dion, la reina Boudica de los britanos deplora lo mismo exagerándolo: οὐ πρὸς τῷ τ᾽ἄλλα πάντα καὶ νέμειν καὶ γεωργειν ἐκέινοις, καὶ τῶν σωμάτων ἀυτῶν δασμὸν ἐτήσιον φερόμενοι: *¿Pues no parece que, además de pastorear y arar para los romanos toda la tierra, no se nos hace pagar también un tributo* ANUAL *que recae sobre nuestros cuerpos?*

13-14 Str. 7.4.4 **15-17** DC 80.7.3 **31-32** DC 62.3.3

[[Liber II Caput III = nota 5:
Pluscula cogitavi aut collegi.) Imo et quaedam edidi, Commentario ad Taciti librum I. Eruditissimus etiam Brissonius videatur, in voce *Capita*, De verborum signficatione. Veritas tamen, opinor, est, indictiones fuisse in capita pro modo opum: quod genus hodie Galli *Taillas*, nos *Impositiones* aut *Aestimationes* lingua nostra vocamus.]]

[[Liber II Caput III = nota 6:
Qui divinandi artem tenet.) Nec ego inter istos: tamen peragrando gentes provinciasque subditas, et ratione colligendo, subduxi non infra *trecentos milliones* hominum fuisse in Romano orbe. Et caussas sententiae possim dare.]]

[[Liber II Caput III = nota 7:
Supra centum quinquaginta milliones.) Percusserit hoc quosdam, qui nostra aut nova cogitant tantum: sed ratiocinando facile quivis adstruat ex iis quae dixi, et non etiam dixi. Pro magnis quidem istis vectigalibus, nonne satis fecerit vel Suetonius locus, de Vespasiano? *qui initio statim Principatus professus est, quadringenties millies opus esse, ut Respublica stare possit*. Sunt ipsi (horresco dicere) *mille milliones* nostro ritu: unde sic subito parandi, si non tales tantique reditus?]] [[Etsi ibi alii *quadragies millies* legunt, qui essent LX nobis milliones. Sed et nostro aevo, ut desinant isti obloqui, Rex Sinarum accipere in tributo annuo asseritur *centum viginti milliones*. Et Sinas aliquis ad totum Romanum orbem comparabit?]]

[[Liber II Caput VIII = nota 8:
Si vere Plutarchus, viginti millia talentum intulisse.) Verba Plutarchi non ambigua: Αναφέρεται δὲ εἰς τὸ δημόσιον ταμεῖον ἐν νομίσματι, καὶ κατασκευαῖς ἀργυρίου καὶ χρυσοῦ, δισμύρια<σ>τάλαντα, πάρεξ τὴν εἰς τοὺς στρατιώτας δεδομένων. ὧν ὁ τ᾽ουλάχιστον αἴρων, κατὰ λόγον δραχμὰς εἴληφε χιλίας πεντακοσίαι: *Intulit in aerarium publicum in pecunia signata, itemque auro et argento facto, viginti millia talentorum, praeter ea quae in milites expendit. Quorum is qui minimum accepit, habuit drachmas mille quingentas*. Ergo gregarius quisque miles accepit Philippicos *centum quinquaginta*. Magna sane donatio, in libera illa republica: sed quam minuit Plinius, uti et summam illati publice argenti, si eum audimus. Valde, inquam, minuit. nam scribit lib[ro] XXXVII cap[ite] II. *Cetera triumphi eiusdem* (Pompeii de Asia et Mithridate) *quam virilia? Reipublicae datum mille talentum, Legatis et Quaestoribus, qui oras maris defendissent,* HS. *bina millia, commilitibus singulis quinquaginta*. Sane haec nullo modo conveniunt, neque sana sunt; quamvis audacter id dicam. Primum, de *mille talentis* illatis in aerarium; nugae, *et minuti gurguliunculi*, ut ille inquit: et in Textu docuimus. Quid iam de Legatis et Quaestoribus? dumtaxat *bina millia* HS? ea essent, *quinquaginta Philippaei*: atqui gregariis plus datum, non Plutarchus solum, sed

---

1-5 [[Liber...vocamus.]] 1599, 1605] deest 1598 **7-10** [[Liber...dare.]] 1599, 1605] deest 1598 **12-21** [[Liber...reditus?]] 1599, 1605] deest 1598 **19-21** [[Etsi...comparabit?]] 1605] Sed et nostro aevo, ut desinant isti mitiones obloqui, Rex Sinarum accipere in tributo annuo asseritur *centum viginti milliones*. Et Sinas aliquis ad totum Romanum orbem comparet? 1599] deest 1598 **23-*12*** [[Liber...innitemur.]] 1599, 1605] deest 1598

---

2 Lips. *Com. ad Ann*. 1.31 **16-17** Suet. *Vesp*.16.3 **25-27** Plu. *Pomp*. 45.4 **33-35** Plin. 37.16

5.- *Confieso que alguna cosilla más llego a entender y deducir*.) Algo he publicado al respecto en el «Comentario» al libro I de Tácito. Véase también lo que dice el eruditísimo Brisson en la voz *capita* del «De verborum significatione». De todos modos, lo que yo opino es que las recaudaciones personales se realizaban según la necesidad, igual que el impuesto que los galos llaman hoy en día *tallas*, y nosotros *impuestos* o *estimaciones* en nuestra lengua.

6.- *Aquel que esté dotado del arte de la 'divinatio'*.) No soy yo uno de ellos, pero tras revisar naciones y provincias sometidas y aplicar la lógica me sale que en el orbe romano no hubo menos de trescientos millones de hombres. Y podría justificar mi opinión.

7.- *Por encima de los ciento cincuenta millones*.) Se sorprenderá con esta cifra quien la asuma tan sólo desde el punto de vista actual y local, pero cualquiera, empleando la razón, puede llegar fácilmente a ella a partir de lo que he dicho, y también de lo que he dejado de decir. En efecto, para justificar la grandeza de estos vectigales, ¿no basta el pasaje de Suetonio sobre Vespasiano? *Este, en el momento justo del inicio de su principado, se informó de que para mantener en pie el Estado necesitaba cuarenta mil millones*. Equivalen (me asusta la cifra) a *mil millones* de los nuestros, ¿de dónde se saca todo este dinero al punto, si las rentas no son tan grandes? De todos modos otros leen en este lugar *cuatro mil millones*, que hacen 60 de nuestros millones. Frente a ellos se aducen los *ciento veinte millones* de tributo anual que en nuestro tiempo recibe el rey de la China, y así concluyen los que contradicen nuestra propuesta. Pero, ¿quién va a comparar la China con todo el orbe romano?

8.- *Si Plutarco es fiel a la verdad cuando dice que aportó al erario veinte mil talentos*.) La palabras de Plutarco no dejan lugar a la duda: Αναφέρεται δὲ εἰς τὸ δημόσιον ταμεῖον ἐν νομίσματι, καὶ κατασκευαῖς ἀργυρίου καὶ χρυσοῦ, δισμύρια<σ>τάλαντα, πάρεξ τὴν εἰς τοὺς στρατιώτας δεδομένων. ὧν ὁ τ᾽ουλάχιστον αἴρων, κατὰ λόγον δραχμὰς εἴληφε χιλίας πεντακοσίαι: *Ingresó veinte mil talentos en el erario público en moneda acuñada, tanto de oro como de plata, además de lo que gastó para los soldados. De entre los cuales el que menos recibió, obtuvo mil quinientas dracmas*. De modo que cada soldado raso recibió *ciento cincuenta* filípicos. Gran donativo, sin duda, para haberse producido en tiempos de la República libre, pero si escuchamos a Plinio este disminuye tanto esta suma como la del dinero ingresado en beneficio público si nos fiamos de él. Digo, en efecto, que lo disminuye pues escribe en el libro 37, capítulo 2: *Por lo demás, ¡qué viriles triunfos* (los de Pompeyo sobre Asia y Mitrídates)*! Se entregó al Estado mil talentos, a legados y cuestores encargados de la defensa de las costas, 2.000* HS *y a cada combatiente cincuenta*. Estas cifras en absoluto concuerdan, y están viciadas por mucha sutileza que le aplique al asunto. En primer lugar, en lo relativo a los *mil talentos* ingresados en el erario, se trata de una menudencia, *calderilla*, como dijo aquel, y ya lo he demostrado en el texto. ¿Qué decir de lo de los legados y cuestores?, ¿*dos mil* HS tan sólo? son *cincuenta filipeos*, mientras que a los soldados rasos se le paga más, no sólo según Plutarco, sino también según Apiano (que prácticamente coincide con él). Desde

Appianus (qui ex eo fere haurit) ostendit. Et omnino pro magnis illis exiguum est. quid in milites singulos? ait, *quinquaginta* HS. Ii essent, *duodecim denarii et semis*. Abiice haec omnia, et indignum est in Plinio tolerari aut legi. Primo numero legendum sit ex Plutarcho, id est ex vero, *Reipublicae datum vicies mille talentum*. Hoc ex coniectura: in aliis libri adiuvant, adaugent. Nam scripti habent: *Quaestoribus, qui oras maris defendissent, datum mille talentum: militibus singulis sena millia sestertiorum*. In quibus mirum est, et iuvant, sic concorditer consentire cum Graecanica summa illud ultimum, de *senis millibus* HS. Nam ii sunt, ipsae *centum quinquaginta drachmae*. At prius illud de Quaestoribus, non rectum, nec potest: exorbitat. Strabo, *data decem talenta*: quae sunt, *sex millia* Philippum: et error est ex notis ortus, denaria millenariaque: quae nimis saepe alternarunt. Examinanti haec apud Plinium, et cum nostris ac ratione conferenti, vera erunt: aut siquis aliunde firmiora, doceat, innitemur.]]

Liber II Caput IX = nota 9:
Etsi non ad usum tales.) Sicut et in torque aureo, quem *centum pondo Divo Augusto Galli dederunt*, ut est in Quinctiliano. Haec in speciem tantum: imo plerumque nudo nomine, Pecunia ipsa data.

Liber II Caput IX = nota 10:
Hoc praetextu rapinas extorsionesque usurpatas.) Ita et Plinius igitur in Traiani laudibus ponit, *non spoliis provinciarum, et extorto sociis auro, sed hostilibus armis, captorumque regum catenis triumphum gravem*. Nec aliud ab hoc coronario auro intellegit.

[[Liber II Caput IX = nota 11:
Millenis auri.) Vox ea *millenis* redundare hic videtur: aut mox intellegendum *trigintaquinque millibus* HS. Sed ego prius eligam.]]

[[Liber II Caput X = nota 12:
Esto vel centies tantum summa ordinaria.) Neque enim puto solum *Decies* fuisse, quod exprimit Dio Cassius in Fragmento, de Macrino Imp[eratore]. Scribit eum, Aufidium Frontonem, cum Africam Proconsul sortitus esset, in urbe retinuisse: τό γε μὴν ἱκνούμενον γέρας καὶ οἴκοι μένοντι ἀυτῷ τὰς πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας δοθῆναι εἰσηγήσατο: *nihilominus praemium adiunctum, etsi domi manenti, vigintiquinque myriadas drachmarum, dari iussit*. Id est Latinorum *Decies*, et nobis XXV millia Philippicum. Sed in universum et annuum sumptum Proconsulis, parum sit, siquis considerat: fuit dumtaxat γέρας, ut loquitur, sive *praemium operae* super sumptus; et est quod Tacitus in Agricola, *Salarium Proconsuli dari solitum*, in simili narratione appellat.]]

25-27 [[Liber...eligam.]] 1605] deest 1598, 1599 **29-38** [[Liber...appellat.]] 1605] deest 1598, 1599

15-16 Quint. *Inst*. 6.3.79 **21-22** Plin. J. *Pan*. 17.1 **32-34** DC 79.22.5 **38** Tac. *Agr*. 42

luego, la cifra es exigua teniendo en cuenta las grandes cantidades de las que hablamos. ¿Cuánto se dio a cada soldado? Dice que *cincuenta* HS. Son *doce denarios y medio*. Deja a un lado todas esas cifras, es indigno aceptarlas y atribuírselas a Plinio. El primer número debe ser leído en función de Plutarco, esto es, de la pura verdad: *al Estado se le entregaron veinte mil talentos*. Lo propongo por conjetura, aunque otros libros la apoyan si no la aumentan. Pues presentan el siguiente texto: *A los cuestores que defienden las costas se les entregó mil talentos, a cada soldado seis mil sestercios.* Cosa extraordinaria, que apoya la conjetura, es la gran coincidencia en estos libros de aquella última suma con la griega, me refiero a los *seis mil* HS. Pues equivalen exactamente a las *ciento cincuenta dracmas.* Aunque la primera de los cuestores no es correcta, ni puede serlo por excesiva. Yo escribo que *se dieron diez talentos*: que son *seis mil* filípicos, de modo que el error haya surgido de las abreviaturas de diez y mil, que demasiado frecuentemente se confunden. Quienes analicen estas cuestiones en Plinio sometiéndolas a la lógica y a nuestras opiniones, alcanzarán la verdad, aunque estimulamos a que si alguien llega a conclusiones más firmes las de a conocer.

9.- *No se destinaban a ningún uso cotidiano*.) Que es lo mismo que ocurre con el torque de oro que *con un peso de cien libras los galos dieron al divino Augusto*, según el texto de Quintiliano. Esto era lo único que se pagaba en especie, pues normalmente, al margen de la palabra, era dinero lo que propiamente se pagaba.

10.- *Bajo ese pretexto se cometían pillajes y extorsiones*.) Del mismo modo, también Plinio en las alabanzas a Trajano dice que *el triunfo no estuvo cargado de espolios de provincias, o de oro robado a aliados, sino de armas de enemigos y de las cadenas de reyes prisioneros*. Se refiere precisamente al oro coronario.

11.- *De millares de oro*.) El término 'millenis' parece sobrar en este texto, aunque también es posible que haya que entender *treinta y cinco mil* HS. Pero yo me inclino por lo primero.

12.- *Sean los diez millones tan sólo de la suma ordinaria*.) Por ello, no creo que fuera tan sólo de *un millón* según lo expresa Dion Casio en un fragmento a propósito del emperador Macrino. Escribe que retuvo en la ciudad a Aufidio Frontón aunque le había tocado el cargo de procónsul de África, τό γε μὴν ἱκνούμενον γέρας καὶ οἴκοι μένοντι ἀυτῷ τὰς πέντε καὶ εἴκοσι μυριάδας δοθῆναι εἰσηγήσατο: *pero mandó que se le pagara, a pesar de quedarse en casa, una prima añadida de nada menos que doscientas cincuenta mil dracmas*. Que son el *millón* de los latinos y nuestros *25 mil* filípicos. Pero es poco si se considera el presupuesto global y anual de un procónsul. Se trató del γέρας, según se dice o de la *prima de honor*, que se sumaba al presupuesto, y es lo mismo que, en un contexto parecido, Tácito llama *el salario habitual asignado al procónsul* en el «Agrícola».

[[Liber II Caput X = nota 13:
Parum est certa.) Aliquid ad quatiendam hanc lectionem fecerit, quod in Plutarcho est: *Caesarem, post Africanam victoriam in concione se venditasse, quod tam latam regionem subegisset, quae penderet vectigal annuum ducenta millia medimnum Atticorum frumenti, porro olei tricies centena millia librarum*. Longe a nostro modo sumus, si non amplius: neque ista fecerint, nisi Romano more *duodecies centena millia modiorum*. An Augustus adeo produxit? an non de tota Africa Caesar hoc dixit? Iure ambigas, ob modum olei, qui sequitur. quem talem tantumque solis *Leptitanis* impositum Hirtius scribit, in extremo De bello Africo: *Leptitanos, tricies centenis millibus ponderis olei in annos singulos mulctat*. Et vero iamdiu ante Africa vectigalis, nec nisi Numidiam Caesar addidit. Cogitetur. et fortasse aliquis in Hirtio rescribat, *ter centenis millibus*. Quidquid est de summa Africae vel Aegypti; tamen certo etiam aliae provinciae subvenerunt, et maximam illas partem, non assem totum confecisse censendum est. Sed et Fiscum emisse crebro frumentum, Tacitus et Plinius, dicent.]]

[[Liber III Caput II = nota 14:
Alibi peccatum.) In Q[uinto] Curtio notabiliter, hisipsis numeris, lib[ro] VIII. *At tibi* XXX *millia mulorum captivum aurum vehunt*: quod Hermolaus in concione obiicit Alexandro. Sed immanis auri summa surgat: et omnino ∞ ∞ ∞ id est, tria millia scribendum. Demosthenes quidem pro magno refert, quod regi Persarum *mille ducenti cameli* pecuniam veherent.]]

[[Liber III Caput III = nota 15:
Paullatim Italia paene deserta est.) Vel Lucanum audi:

> *At nunc semirutis pendent quod moenia tectis,*
> *Rarus et antiquis habitator in urbibus errat,*
> *Horrida quod dumis, multosque inarata per annos*
> *Hesperia est, desuntque manus poscentibus arvis.*

Idem Livius: *partem Italiae ergastula a solitudine vindicare*. Sed et Dionysius pleraque opida olim frequentia, suo aevo lapsa aut vacua fatetur. Caussa profecto ipsa est, quam dixi, quod Roma omnia ad se traxit et abduxit. Itaque (considera) vicina urbi loca maxime in hac caussa reperies, longinqua pleniora.]]

1-14 [[Liber... , discent.]] 1605] deest 1598, 1599 **16-21** [[Liber...veherent.]] 1605] deest 1598, 1599 **23-32** [[Liber...pleniora.]] 1599, 1605] deest 1598

3-5 Plu. *Caes*. 55.1 **9-10** Caes. *B. Afric*. 97.3 [ed. Klotz: XXX *centenis milibus pondo olei*] Plin. J. *Pan*. 29.5 **17-18** Curt. 8.7.11 **26-29** Lucan. 1 vv. 24+27-29
31 Liv. 6.12.5 [ed. Weissenborn: *servitia Romana ab solitudine vindicant*]
31-32 DH 1.21 (Larisa); DH 1.66.2, DH 3.31.4 (Alba Longa); DH 4.53.1 (Gabios)

13.- *Es poco segura*.) Un texto de Plutarco viene a restarle cierto crédito a esta lectura: *César, después de la victoria de África alardeó en un discurso a la tropa de haber sometido una región tan amplia, cuyo vectigal anual era de doscientos mil medimnos áticos de trigo, además de tres millones de libras de aceite*. Lejos quedamos pues de nuestra propuesta, de hecho nos pasa de largo. No es posible llegar a estos números si no es contando según la manera romana *un millón doscientos mil modios*. ¿Es posible que Augusto lo aumentara aún más o que César se refiera al conjunto de África? Con todo derecho dudas si observas la cantidad de aceite que le sigue, pues Hircio escribió al final del «De bello africo» que esa misma cantidad había sido impuesta únicamente a las tierras de los leptitanos: *Multa a los leptitanos con tres millones de libras de aceite anuales*. De hecho César había establecido mucho antes el vectigal de África, incluida Numidia. Medítese. Quizá habrá quien corrija el texto de Hircio como *trescientas mil*. Sea cual fuere la suma de África o Egipto, debe reconocerse que las otras provincias colaboraban, y que aunque era sobre las primeras que recaía la mayor parte, no tenían que pagar toda la cuenta solas. Además, según dicen Tácito y Plinio, el fisco también compraba frecuentemente trigo.

14.- *Error en otros autores*.) De forma notable en Quinto Curcio, con la misma cifra, en el libro VIII: *Te traen el oro conquistado 30 mil mulas*, según le reprocha Hermolao a Alejandro en un discurso a la tropa. Siendo así surgiría una suma de oro desmesurada y, desde luego, hay que corregirlo con ∞ ∞ ∞, esto es, tres mil. En efecto, Demóstenes refiere como cosa extraordinaria que al rey de los persas le llevaran el dinero *mil doscientos camellos*.

15.- *Italia quedó poco a poco prácticamente desierta*.) Atiende si no a este texto de Lucano:

> *Hoy, las murallas se deshacen derruidas sobre los tejados,*
> *es raro el habitante que camina por las antiguas ciudades,*
> *Hórrida como las dunas, inculta desde largo tiempo*
> *es como está Hesperia, faltan las manos que quieran cultivarla.*

Livio dice lo mismo: *Los barracones de esclavos evitan que parte de Italia sea un desierto*. También Dionisio confiesa que la mayor parte de las ciudades que antiguamente estaban más habitadas, en su tiempo habían decaído o estaban abandonadas. Siempre la causa era la misma que ya expliqué, a saber, que Roma lo atraía todo hacia sí. Por lo demás (considéralo), te darás cuenta de que los lugares cercanos a la ciudad son los más afectados por estas circunstancias, mientras los alejados siguen estando habitados.

[[Liber III. Cap. VIII = nota 16:
Alii solia maluerunt reddere.) In Graeco est καθέδρας, ut vides: quod magis est ut Sellas reddas. Sellae autem in Frigidariis maxime, ex Sidonio: *Hinc Frigidaria dilatantur ita ut ministeriorum sese non impediente famulatu, tot possint recipere Sellas, quot Solii sigma personas*. Quae lectio mihi recta est, etsi alii mutant. Nam ita hic *Sigma solii*, ut postea idem, *Solii capacis hemicyclum*. Quod plane dat intellegi formam Soliarem: et fallor, aut in ruinis Thermarum hodieque vestigia et ἰχνογραφίαι sic apparent. Si tamen aliter, parum est: hoc addo, *Solia*, a Graecis solere reddi ἐμβατὰς vel ἐμβάστεις: quod in ea lavandi caussa descenderent. Nec aliud initio fuere, quam lignea quaedam vasa sive alvei, nostris quoque moribus noti: quod genus Augustus (in Suetonio) *Hispanico verbo Duretas* appellabat, atque ipse utebatur. Eiusdem tamen aevo alia reperta, in ipsa terra effossa, et magnifice structa, in quibus fas esset, sedere, stare, natare. Inventio tributa, nisi fallor, Maecenati a Dioni Cassio, πρῶτος χολυμβήτοραν θερμοῦ ὕδατος ἐν τῇ πόλει κατεσκεύασε: *Primus Solium* (sive *Natatorium*) *aquae calidae in urbe struxit*. Plane huc pertinet, et notandum est. Solia autem haec *capacia* fuere, ut Sidonii verbum erat; et Martialis ostendit, plures simul solitos lavari. Quid, quod *Oceani solium* postea, magni maris nomine et quasi imagine dictum? Itaque nullo modo probabile, tot illa *millena Solia* in Thermis unis fuisse.]]

[[Liber IV Caput XI = nota 17:
Ego vero nescio.) 1. Vides ambigere me, non asserere; nec temeritatis in talibus damnes. Prudens inquisitio locum saepe aperit repulsae vel obscurae veritati. Videbar tamen satis stabiliisse, natum eum in Britannia non esse: sed iamnunc vir impense doctus, et gnarus rerum veterum, amicus noster, argumentis subtilissimae inquisitionis me quoque, fatendum est, concussit. Tamen recollegi me, inspexi, et videor antiquare posse, sine pertinaciae culpa. Ipse atque alii iudices sunto.

2. Ait primo, *Historicos omnes, qui de natali solo Constantini scripserunt, una voce natum in Britannia asserere, praeter duos Graeculos Nicephorum et Cedrenum.*) Hoc ego non dederim, ut alii omnes. Imo ecce obduco Godefridum Viterbiensem {Vixit ante annos quadringentos, et quod excurrit}, cuius Chronicon ita habet: *Hanc Helenam* (matrem Constantini) *quidam ex patria Trevirorum oriundam faciunt, alius de regno Persarum, ubi Constantius ad tributa colligenda missus, eam legitur contigisse*. Ecce, dubitat de *Treviris*: sed magis ad *legationem Persicam*, et ergo ad nos, inclinat. Vbi autem de *Britannis*? Quin et *Actae Sylvestri Papae*, quae in Symeone Metaphraste, istam Helenam aperte faciunt *Bithynam*: *Cum*, inquiunt, *in Bithynia versaretur, unde orta erat*. Nonne et hoc a nobis? Atqui Britannici scriptores aliter, et iis *magis fides habenda, qui loco ipsi propiores.*) Hoc vix dicam. Quid si de Homeri patria lis certetur, et Ietae suum asserant, idque indigenarum testimonio; idem Chii, aut Colophonii: eoipso

---

1-18 [[Liber...fuisse.]] 1599, 1605] deest 1598 **20-*9*** [[Liber...disce.]]1605] deest 1598, 1599

3-5 ≅Sid. Ep. 2.2.5 [ed. Loyen: *recipere sellas quot solet sigma personas*]
11 Suet. *Aug*. 82.2 **13-14** DC 55.7.6 **23-24** ILE 04 08 28C **36-37** ILE 04 08 28C

16.- *Otros han preferido traducirlo por bañeras*.) En griego, como ves, se lee καθέδρας, que hay que traducir preferiblemente por silla. Estas sillas se encontraban principalmente en los baños de agua fría, según Sidonio: *Desde este punto se abren los baños de agua fría, de un tamaño tal que a no ser que lo estorbe la multitud del personal servil, puede acoger tantas sillas como personas la bañera en forma de sigma*. Lectura correcta desde mi punto de vista aunque haya quien la modifique. Pues en este pasaje *la bañera en forma de sigma*, significa lo mismo que después *hemiciclo con capacidad para una bañera*. La forma de bañera permite comprender cabalmente el concepto, y mucho me equivoco o actualmente pueden contemplarse en las ruinas de las termas vestigios y huellas. No obstante, si hay que entenderlo de otro modo, poco importa, añado que los griegos suelen traducir bañeras por ἐμβατὰς o ἐμβάστεις, porque se metían en ellas para lavarse. En su origen no eran otra cosa si no algo parecido a recipientes o cubetas de madera, que también conocemos por nuestros hábitos. A este instrumento (según Suetonio) Augusto le daba el *nombre español de 'dureta'*, y él mismo lo usaba. De su misma época, en cambio, se han encontrado de otro tipo, cabadas en el suelo y magníficamente construidas en las que era posible sentarse, ponerse de pie y nadar. Invención atribuida, si no me equivoco, por Dion Casio a Mecenas: πρῶτος, dice, χολυμβήτοραν θερμοῦ ὕδατος ἐν τῇ πόλει κατεσκεύασε: *Fue el primero que construyó en la ciudad una bañera* (o *piscina*) *de agua caliente*. Texto que viene perfectamente al caso, y es digno de apuntarse. Estas bañeras eran bastante *espaciosas*, según la cita de Sidonio, también Marcial muestra que normalmente se lavaban varios a la vez. ¿Por qué, si no, iba a recibir más tarde el nombre de *bañera oceánica*, que es el término con el que se define y representa un gran mar? Por lo tanto no es en modo alguno probable que sólo en unas termas hubiera aquellos *millares de bañeras*.

17.- *Yo verdaderamente lo desconocía*.) 1. Me ves dudar y no afirmar nada para que en tales asuntos no me critiques por temerario. La investigación prudente abre el camino por lo general a una verdad que es oscura y recóndita. No obstante, creo suficientemente demostrado que no nació en Britania, aunque todavía hoy en día un caballero de esforzada sabiduría y ducho en las cosas antiguas, amigo mío, debo confesarlo, también a mí turba con los argumentos de su sutilísima investigación. A pesar de ello, cuando me recobro, investigo y veo que es posible refutarlo sin tener que ser acusado de terco por ello. Que él y otros como él sean los que me juzguen.

2. Dice, en primer lugar: *Todos los historiadores que escribieron acerca del lugar de nacimiento de Constantino, afirman al unísono que nació en Britania, salvo dos griegos sin importancia, Nicéforo y Cedreno*.) Yo no se lo acepto, ni tampoco todos los historiadores de los que él habla. Es más, hete aquí que le aduzco a Godofredo de Viterbo {vivió *hace unos cuatrocientos años*, o poco después}, en cuyo «Cronicón» se lee lo siguiente: *Hay quien hace que esta Elena* (la madre de Constantino) *sea oriunda de la patria de los tréviros, o del reino de los persas, se lee que allí fue donde Constancio entabló relación con ella cuando fue enviado a recaudar impuestos.* Helo ahí, dudando a propósito de *los tréviros* e inclinándose más por *la embajada persa*, y por lo tanto también por nuestra opción. ¿Dónde se refiere a *las Britanias*? Es más, los «Hechos del Papa Silvestre», que se encuentran en Simeón Metafrasto, hacen abiertamente a esta Elena *bitinia*: *Al llegar*, dicen, *a Bitinia donde ella había nacido*. ¿No coincide también esto con nuestro parecer? A pesar de ello, los autores británicos piensan diferentemente, y en ellos *se debe tener más confianza, pues ellos mismos están más cerca del lugar*.) Únicamente voy a decir una cosa al respecto. Si se discute sobre

nempe refellantur, quia a domo testes citant. Gloria patriae quaeri per hanc assertionem, et ideo illuc proniores censeantur. Et qui tamen hi testes sunt? *Henricus Huntigdoniensis, Guilielmus Malmesburiensis, Ioannes Sarisburiensis, Galfridus Manumetensis*: quorum antiquissimus ante quingentos annos non vixit. Dicitur tamen et *vita Helenae Anglo-saxonice scripta, ante sexcentos amplius annos ita adfirmare:*) quam non vidi equidem, et esto: quis vulgarium librorum fabellas nescit? Iisdem igitur de *Bruto Troiano* credam, et *Pandraso Graecorum rege*, et quae alia inscite comminiscuntur? Quod si tam vetus et fida haec opinio, quid ita Bedas ille, Britanniae scriptorum egregius, hoc historiae suae insertum non ivit? Atqui occasio erat, ubi de Constantino sic scribit {Lib[ro] I cap[ite] VIII}: *Constantius Constantinum filium, ex concubina Helena creatum, Imperatorem Galliarum reliquit. Scribit autem Eutropius, quod Constantinus in Britannia creatus Imperator, patri in regnum successit*. Vbi hic aliquid, natum in Britannia esse? *creatum Imp*[*eratorem*] tantum dicit. Et pensitandum hoc est de Beda. qui certe Britannus, et aevi vetus, et patrii amoris honorisque non item incuriosus aut expers. Quid, quod nec in tota Britannia monumentum aliquod aut vestigium affectus sui, ut in patriam, Constantinus edidit, aut reliquit? At fecit in Bithynia, ut in Textu meo scripsi. Et hoc pensitandum.

3. Sed enim, ait vir doctissimus, Nicephoro eo minus fidei esse debet, *quia et in modo geniturae aniliter ineptit, et temporis ratione aberrat.*) Videamus, ait patrem Constantium, *Claudii ex filio nepotem*. Falso, fateor: et Pollio melius haec exsequitur, qui e fratre Claudii derivat. Quod *nepos* igitur, non errat: at non ex filio, quod incuriose addit. Item ait, *pallium regium Helenae donasse, post concubitum*. Quid autem privato cum pallio regio? inquit. Respondeo, *paludamentum* intelligi, vel et *praetextam vestem*, quae tunc in usu honestiorum. Dicit et, *in Gallia Constantinum Caesarem a patre creatum*: atqui in Britannia fuit. Imo de Gallia, etiam Bedas satis clare dicit: et videtur inibi iamante designatus a patre, sed *Caesar* dumtaxat fuisse. Aurelius sane Victor *eodem tempore designatum Caesarem* scribit, *quo Severus et Maximinus*: quod mensibus aliquot fuit ante Constantii mortem, et priusquam in Britanniam Constantinus veniret. Facit et Panegyricus scriptor: *Cum tibi pater imperium reliquisset, Caesaris appellatione contentus, exspectare maluisti*: illa, quam iamante habebas. Etiam e Zonara adstruas, in Gallia Constantinum tunc fuisse, et Galerium ad ipsum venisse. Sed quorsum ista? nihil ad natale solum faciunt: et siquid aberrat in talibus Nicephorus, alii in aliis, et varius circa illud aevum dissensus.

4. At rursum scribit etiam Nicephorus, *legatione Persica genitum Constantinum, et patrem ex ea reversum, mox Caesarem creatum.*) Quae si vera, *viginti* dumtaxat annorum fuerit Constantinus, cum Imperium cepit: quem tamen vel *triginta* constat fuisse. Non abnuo in ea re errorem, nisi de alia legatione priori sensit: quod sane potuit. Et vero si haec evertunt de patria, quid Britannicis scriptoribus fiet, quos nulla ratio aut

---

5 ILE 04 08 28C **18-19** ILE 04 08 28C **20-21** HA *Claud*. 13.2
29-30 *Pan. Lat*. 7.5.3

la patria de Homero, los de Ieta dicen que es de allí y ello con el testimonio de los del lugar; lo mismo hacen los de Quíos o Colofón: por lo tanto, en esto, se les puede desmentir por citar testigos locales. Creen que con esta afirmación consiguen gloria para su patria y, por ello, se inclinan por ella. ¿Y cuáles son estos testigos? *Enrique de Huntigdon, Guillermo de Malmesbury, Juan de Salisbury, Galfredo de Monmouth*, el más antiguo de los cuales no estaba vivo hace quinientos años. Se dice, no obstante, también que *la* «Vida de Helena» *escrita en inglés hace más de seiscientos años lo afirma*.), cosa que, a decir verdad, no he podido confirmar, pero aunque así sea, ¿a quién se le escapan las fábulas de esos libros tan difundidos? ¿Debería dar crédito a *Bruto el troyano*, a *Pandraso rey de los griegos* que aparecen en ellos o a otros muchos que se fabrican torpemente. Si esta opinión es tan antigua y fidedigna, ¿por qué Beda, egregio entre los escritores de Britania, no se complació en incluirla en su historia? Tuvo desde luego ocasión de hacerlo cuando a propósito de Constancio escribió lo siguiente {en el libro I, capítulo VIII}: *Constancio engendró de la concubina Elena a su hijo Constantino, y lo hizo emperador de las Galias. Escribe también Eutropio que Constantino fue investido emperador en Britania y que sucedió a su padre en el reino*. ¿Dónde se dice algo referente a que nació en Britania? Sólo dice que *fue investido emperador*. Y estas palabras de Beda merecen consideración. Fue ciertamente británico y de época antigua, y no descuidaba el amor, ni desconocía los honores de su patria. ¿Cómo se explica que Constantino no impulsara ni dejara en toda Britania ni un monumento ni un vestigio de su afecto, como sería lo propio de ser su patria? Sí lo hizo en Bitinia, según escribí en mi texto. También esto merece consideración.

3. Pero, también es cierto, prosigue el doctísimo caballero, que hay que depositar poca confianza en aquel Nicéforo *porque dice tonterías propias de viejas sobre el nacimiento, y anda equivocado en las fechas*.) Comprobémoslo. Dice que su padre Constancio era *nieto de Claudio por parte de un hijo*. Falso, lo reconozco, y en este punto es mejor seguir a Polión que lo hace descendiente del hermano de Claudio. Por lo tanto, no se equivoca en lo de que fuera '*nepos*', pero no lo era por parte del hijo como añade erróneamente. Dice también que *después de yacer con ella le entregó a Helena el manto regio*. Y dice que, ¿qué significa eso de un manto regio para un particular? Le respondo. Se trata del '*paludamentum'*, la *capa de gala* que entonces usaban las personas nobles. Dice también que *Constantino fue investido César en Galia por su padre*, aunque ocurrió en Britania. Pues bien, hasta Beda dice muy claramente que fue en Galia y parece ser que fue allí donde previamente su padre había tomado la decisión de investirlo, aunque sólo *César*. Aurelio Víctor escribe que desde luego que *se decidió a investirlo César en el mismo momento que Severo y Maximino*, lo cual ocurrió algunos meses antes de la muerte de Constancio y antes de que Constantino llegara a Britania. El autor del «Panegírico» está en esta misma línea: *Cuando tu padre te dejó el Imperio, te contentaste con la apelación de César y preferiste esperar*, con la misma apelación pues, que tenías previamente. También de Zonaras puedes colegir que Constantino estaba entonces en Galia y que Galerio fue allí a reunirse con él. Pero, ¿a dónde nos lleva todo esto? Nada tiene que ver con el lugar de nacimiento, y si Nicéforo anda un poco equivocado en tales asuntos, otros andan en otros y son múltiples las contradicciones sobre aquel tiempo.

4. Por otro lado, Nicéforo escribió que *en la embajada a Persia fue engendrado Constantino y que cuando su padre regresó de ella fue inmediatamente investido César.* Si esto es cierto, Constantino sólo tenía *veinte* años cuando se hizo cargo del Imperio, aunque hay constancia de que tenía entonces *treinta*. No niego que en este punto haya un error a no ser que se refiera a otra embajada anterior, cosa sin duda posible. Pero si

ingenium defendat? Omnes in Britanniam venisse Constantium, et *Coëli* regis filiam Helenam ibi novisse: distincte etiam Galfridus, *undecimo post anno, mortem obiisse, relicto imperio huic Constantino*. Ista qui constant? Enimvero omnes Annales mittunt Constantium in Britanniam, ad turbas ibi ortas sedandas: eae autem dumtaxat fuere intra annos imperii eius: et quomodo tunc Constantinum genuerit? Fuerit igitur ex hoc calculo undecennis Imperator. Vides ineptias, et quidem ἀσυστάτους. At vero eripitur nobis Iulius Firmicus, quem ego ut fundum sententiae adduxeram: et in hoc ingeniosissime (ita res habet) vir ille inquisivit. Demus eripi: quid factius aut certius super Constantino erit? non ego video: neque enim de Britannia aliquid dicit. Sed teneo tamen, et vindico, aut certe conabor, sine litigio, et pudore meo atque amore salvis.

5. Scripsit, inquit, Iulius Firmicus sub Constantio Constantini F[ilio] non sub isto; ergo de illo ea sunt, et non de Constantino. Argumenta. in Praefatione ipse dicit *Mavortium Lollianum*, cui inscribit, *Consulem designatum esse*. Atqui Consul ille fuit sub Constantio, anno Vrbis ∞CVII id est, XVIIº circiter imperii eius anno. Item, meminit Solaris deliquii lib[ro] I cap[ite] II *Optati et Paullini Consulatu*, et loquitur ut de annis transactis: qui tamen Consules fuere quadriennio circiter ante Constantini mortem. Istis respondeo, primum de *Lolliano Co*[*n*]*s*[*ule*] *designato*: non novum olim fuisse, in plures annos designari, et multi Principum ita fecere. Item, Praefationes ultimas olim et nunc scribi: et librum ipsum vetustiorem esse, ac pluribus annis inter manus versatum: quod ipse Firmicus tibi dicet. Haec poteram: sed firmius illud, non censere me eumdem illum *Lollianum* esse, qui sub Constantio Consul fuit. Filius potius eius, aut gentilis alius: et iste noster, etsi designatus, non inivit, vel morte praeventus, vel mutatione Principis (ut saepe) vel alia caussa. Hoc ex ipso altero argumento asseram, ubi de *Optati et Paullini* consulatu. Nam ecce verba sunt: *Sol medio diei fulgida denegat lumina. quod Optati et Paullini Consulatu (ut de recentioribus loquar) futurum, Mathematicorum sagax praedixit intentio*. Sane loquitur, ut de re nova et *recenti*: praeterita quidem, sed non obsoleta. Imo ipsis illis annis ultimis Constantini, haec sunt scipta: et verba Firmici clare dicunt, quae super Constantino olim adduxi. Nam quae ibi sunt in eius laudes, de *tyrannis pulsis*, et plura, palam de ipso scripta: neque negat amicus noster. Sed ille censet parenthesi quadam haec includenda, et reliqua sic legenda: *Constantius scilicet maximus Divi Constantini filius, augustae et venerandae memoriae Principis (qui ad liberandum orbem a tyrannicis immoderationibus* etc: usque ad illa verba, *numquam belli Fortuna decepit) apud Naisum genitus*. Sic inquam, ut alia omnia de Constantio sint, laudes illae de Constantino. Sed quis mos aut ratio est, cum de Principe praesenti et vivo scribas, sic abire in laudes defuncti, et hunc praeterire? Non solet hoc eius aevi adulatio, et vivis magis blandiuntur. Sed quid opus argutiis? nullae eae, apud cordatum quidem, evincent,

---

11-13 Firm. *Math*. 1 *praef*. 8 **24-27** Firm. *Math*. 1.2

con ello se desacredita lo que dice sobre su patria, ¿qué no pasará con los autores británicos, a los cuales no hay combinación ni talento que los defienda? Todos están de acuerdo en que Constancio llegó a Britania donde conoció a Helena hija del rey *Coel*, particularmente Galfredo que dice además que *once años después, le sobrevino la muerte dejando el Imperio a este Constantino*. ¿De dónde sale esta información? Efectivamente todos los «Anales» envían a Constancio a Britania a sofocar las revueltas que allí surgieron, estas estallaron sólo en los años de su imperio, y ¿cómo iba a engendrar entonces a Constantino? Según este cálculo, entonces, habría sido emperador a los once años. Fíjate cuantas majaderías, e incongruencias. No obstante, se nos desmiente a Julio Fírmico que yo he convertido en base de mi opinión, y para hacerlo aquel caballero ha investigado de manera minuciosa (así es la cosa). Aceptemos el desmentido...¿dónde hay otro que sea más verdadero o falso sobre Constantino? Yo no lo encuentro, y desde luego no dice ni una palabra sobre Britania. A pesar de ello, yo lo mantengo, lo reivindico o al menos intentaré hacerlo, pero sin peleas y respetando mi reputación y preferencias.

5. Dice que Julio Fírmico escribió en tiempos de Constancio, el hijo de Constantino, y no en los de este, de modo que cuanto dice se refiere a este y no a Constantino. Sus argumentos son que en el «Prefacio» dice explícitamente que *Mavorcio Loliano* a quien se dirige *había sido designado para cónsul*. Aquel fue cónsul en tiempos de Constancio en el año 1107 de la Ciudad, o sea, aproximadamente en el 17º año de su imperio. También, en el libro I capítulo II, recuerda el eclipse solar total del *consulado de Optato y Paulino*, y habla como de sucesos ocurridos en años pasados, teniendo en cuenta que estos cónsules lo fueron aproximadamente cuatro años antes de la muerte de Constantino. Respondo a estos argumentos en primer lugar refiriéndome a la *designación consular de Loliano*. En la antigüedad no era nuevo ser designado con muchos años de antelación, muchos príncipes lo hicieron. En segundo lugar, antiguamente y también en la actualidad los prefacios son lo último que se escribe, de modo que el propio libro es más antiguo y estaba circulando muchos años antes, como te dice el mismo Fírmico. Ambas circunstancias podrían darse, pero hay otra más segura, y es que creo que Loliano no es el mismo que fue cónsul bajo Constancio. Es más probable que sea su hijo, o algún otro contemporáneo, mientras que este nuestro, aunque designado, no tomó posesión por impedírselo la muerte, el cambio de príncipe (como ocurre con frecuencia) o por otra causa. Estoy por afirmarlo a partir del segundo argumento, aquello del consulado de *Optato y Paulino*, la cita dice textualmente: *Un estudio sutil de los astrólogos predijo que el sol dejaría de brillar a mediodía en el consulado de Optato y Paulino (para hablar de hechos recientes)*. No cabe duda de que está hablando de algo nuevo y *reciente*: algo que ha pasado, pero no hace mucho. Desde luego, esto se escribió en los últimos años de Constantino. Los términos de Fírmico que hace tiempo aduje sobre Constantino lo demuestran fehacientemente. Pues lo que allí se dice como alabanza sobre *la expulsión de los tiranos* y otras cosas más, a todas luces se refieren a él, cosa que ni nuestro amigo podrá negar. Pero él es de la opinión de que ese texto debe cerrarse entre paréntesis y leer el resto del siguiente modo: *Constancio Máximo, hijo del Divino Constantino, Príncipe de augusta y venerable memoria (que para liberar el orbe de tiranos ambiciosos*, etc, hasta aquello de *jamás le defraudó la Fortuna en la guerra) fue concebido en Naiso*. Lo hace de modo que todas las alabanzas de Constantino acaben por referirse a Constancio. Pero, ¿existe razón o costumbre alguna para, en el momento de hablar de un príncipe, presente y vivo, extenderse en loas de uno muerto y dejar a un lado al primero? No eran esas las maneras propias del elogio en la época, cuando lo normal era halagar sobre todo a los vivos. Pero, ¿qué necesidad hay de sutilezas? Ninguna de ellas está por encima de una opinión juiciosa, es

quin quae sequuntur de *filiis eius*, asserant haec omnia Constantino. Verba aperta: *Tu Iupiter, tu Gradive, tu Sol, Constantinum maximum Principem, et eius* INVICTISSIMOS LIBEROS, DOMINOS ET CAESARES NOSTROS, *consensu vestrae moderationis, et Dei summi obsequente iudicio,* PERPETVAQVE EIS IMPERIA *decernente, facite etiam nostris posteris, et posterorum posteris, infinita saecula imperare*. Hoc decretorium est, quocumque nos vertimus: neque Constantius ille liberos habuit, quibus haec aptes. At (reponit vir doctissimus) possunt de *Gallo*, aut *Iuliano* capi, quos Caesares dixit. Non possunt: neque enim liberi eius fuerunt; neque uno tempore habuit, ut conveniat illud, *Dominos et Caesares*: quin Gallo defuncto, adscitus Caesar fuit Iulianus. Caesar, inquam, non filius: nec mos iste adoptandi (nisi fallor) tunc usitatus. Imo Constantius, cum iam Caesarem designasset, in concione publica, apud Ammianum alloquitur, et *Fratrem* appellat. Igitur altera amici nostri evasio: votum et precationem saltem haec esse, ut numina nempe dent tales liberos. Appello ad verba, si huc eunt, iterum iterumque legenda. Vocat *invictissimos*, vocat *Dominos suos*: et clare iam esse, non optari ostendit; perennare, non autem nasci rogat. Ad locum hunc talem, cur non alia aptantur potius, quae volentia sequentur: quam ut hunc trahamus, non pertrahendum? Sed opponitur amplius, in manuscriptis duobus exstare, non *apud Tharsum genitum*; sed, *apud Naisum*. Esto. nec illi codices fortasse optimi; et hoc ipsum quid pro Britannia evincat? Nam quod ad Constantium applicari id censet, ibi genitum, mera coniectura est: neque inquiro, nec ad rem meam facit. Addo magis illud, Iulium eumdem Firmicum, *Constantinum* iterum nominare, ut vivum, in ipsa Praefatione: *Cum tibi totius Orientis gubernacula, Domini atque Imperatoris nostri Constantini Augusti, serena iudicia tradidissent*. Si iam diu obierat, cur non *Divum* appellat, ut in aliis illis verbis *Divi Constantini filium*, pro amici quidem nostri sensu? Nam nos ibi, *Divi Constantii*, vere putamus emendari. At verba tamen sunt, quae *Constantio*, quam *Constantino* propiora, si verum spectes: ista. *A primo aetatis gradu Imperii gubernacula retinens, quae prosperis nactus fuit auspiciis*. Nam Constantinus quomodo a prima aetate, cum non nisi anno *trigesimo* coeperit imperare? at vero Constantius, *octennis* admodum, Caesar designatus fuit. Respondeo, non hoc velle Firmicum: sed natum Imperatoria stirpe, et imperio iamtunc satis destinatum. Plane ut Panegyristes, ad ipsum Costantinum: *Quamvis felicissimus ille dies imperii tui natalis habeatur, iam tamen ab illo generis auctore* (Claudio) *in te Imperii fortuna descendit*. Iterumque: *Non repentinus aliquis favoris eventus te principem fecit: Imperium nascendo meruisti*. Et tertio: *Sacrum istud Palatium non candidatus Imperii, sed designatus intrasti*. Talia plura leges: et me auctore in Firmico hic, *ad quae prosperis natus fuerat auspiciis*.

1-6 Firm. *Math*. 1.14 **22-23** Firm. *Math*. 1 *praef*. 6 **26-27** Firm. *Math*. 1.13
31-32 ≅ *Pan. Lat*. 6.2.3 **33-34** *Pan. Lat*. 6.3.1 **34-35** *Pan. Lat*. 6.4.1

más, cuanto sigue sobre *su hijo*, confirma que todo el texto se refiere a Constantino. Las palabras son claras: *Tú, Júpiter, Marte, Sol, permite que sobre nuestros descendientes y sobre los descendientes de nuestros descendientes gobierne durante siglos infinitos el príncipe Constantino el Grande y sus* HIJOS INVICTÍSIMOS, SEÑORES Y CÉSARES NUESTROS*, con el consenso de vuestro gobierno, y con el juicio favorable del Dios supremo que decreta* QUE SUS IMPERIOS SEAN PERPETUOS. Esto es determinante, en función de cualquier punto de vista que se adopte, pues aquel Constancio no tuvo hijos a los que uno pueda aplicar estas palabras. Pero (a vueltas con lo mismo, el doctísimo caballero), puede referirse a *Galo* o *Juliano* a los que llamó Césares. Pues no, porque ni fueron sus hijos, ni estuvieron con él en el mismo momento, como convendría a aquello de *señores y césares*: es más, fue tras la muerte de Galo cuando Juliano fue adoptado como César. Como César, lo afirmo, y no como hijo: pues (si no me equivoco) entonces no se mantenía la tradición de adoptar. Y por cierto, en el discurso público que realiza Constancio al acabar de designarlo César, que se ve en Amiano, lo llama *hermano*. Entonces encuentra nuestro amigo otro argumento por donde escaparse en el hecho de que el voto y el ruego fuera que por lo menos las divinidades concedieran hijos semejantes. A las palabras me remito, para que digan eso debe forzarse su lectura. Los llama *invictísimos* y *señores suyos*: con lo que demuestra claramente que ya existen y no deseos de ello. Ruega que duren mucho, no que nazcan. En este pasaje, ¿por qué no se ajustan mejor otras lecturas que sí se avienen a ser aceptadas? ¿ya que usamos el texto, porque no abusar también un poco de él? Pero se opone de nuevo con que en dos manuscritos no se dice *engendrado en Tarso*, sino *en Naiso*. Sea, aunque aquellos códices quizá no sean los mejores, pero ¿cómo favorece este argumento a Britania? Pensar que hay que aplicarlo a Constancio y que fue allí donde fue engendrado es una mera conjetura, que no me voy a poner a discutir porque queda al margen de mi interés. Prefiero añadir aquello otro de que el mismo Julio Fírmico se dirige a él en dos ocasiones en el prefacio mismo como a una persona en vida: *Habiéndote, Constantino Augusto, señor y emperador nuestro, entregado serenos pareceres los gobiernos locales de todo oriente*. Si hace tiempo que murió, ¿por qué no lo llama *divino*, como en aquella otra expresión de *hijo del divino Constantino*, según el sentido que le quiere dar nuestro amigo? De hecho nosotros proponemos la enmienda de ese texto por *divino Constancio*. En cambio hay otra cita más propia de *Constancio* que de *Constantino*, si es la verdad lo que buscas. Hela aquí. *Desde la tierna edad mantuvo el timón del gobierno, según los prósperos auspicios bajo los que nació*. ¿Cómo es posible que se refiera a Constantino lo de la tierna edad, si sólo comenzó a gobernar a los *treinta* años? Constancio lo hizo con solo *ocho*, cuando fue designado césar. Respondo que no es esto lo que Fírmico quiere decir sino que había nacido en una estirpe imperial, y que por eso estaba especialmente destinado al imperio. Algo parecido a lo que el panegirista dice al propio Constantino: *Por más que se tenga por felicísimo aquel día natal de tu imperio, la fortuna del Imperio recae sobre ti ya desde el mismo autor de tu linaje* (Claudio). En otra ocasión dice: *A ti no te hizo príncipe ningún repentino azar favorable, al nacer ya merecías el Imperio*. Y por tercera vez: *Entraste en este sagrado palacio no como candidato al Imperio, sino como destinado a él*. Cosas parecidas puedes leer en múltiples ocasiones, como la que yo interpreto en este pasaje de Fírmico de que *había nacido con prósperos auspicios*.

6. Desino, nec serram ultra reciproco: et fateor ingenue in illo aevo, paucitate scriptorum aut incuria, aut etiam imperitia, tenebras et ambagines esse, nulla umquam cura satis ad certum aut liquidum perducendas. Quid autem (philosophari lubet) in talibus magnum facimus? quid mea est inter, ibi an ibi natus sit Constantinus? Virtutes eius, non patriam videamus: et ab illa obscurus, ab his lucem capiat, et eamdem imitatione aliis donet. Hoc voveo, et cum modestia scientiam, et magis sapientiam, habere. Nam omnia cum viderimus, {Sen[eca] epist[ola] LXXXVIII} *unum studium vere liberale est, quod liberum facit, hoc Sapientiae, sublime, forte, magnanimum: cetera pusilla, et puerilia sunt*. Didici, disce.]]

7-9 Sen. *Ep*. 88.2

6. Concluyo, no voy a seguir serrando este leño. Confieso sinceramente que en aquella época se extienden las tinieblas y las ambigüedades, sea por la escasez de autores, por su negligencia o también por su escasa calidad. Ninguna atención es bastante para arrojar certeza y luz sobre ellas. De todos modos (es esta buena ocasión de filosofar) ¿qué aportación hemos realizado en tales asuntos?, ¿qué gano con que Constantino naciera aquí o allí? Hay que observar en él sus virtudes, no su patria, que aunque queda en la penumbra por esta, luz recibe de aquellas, que la misma luz ilumine también a otros. Yo pido sólo poseer ciencia con modestia para tener más sabiduría. Todo se resume en esto {en Séneca, epístola 88}: *Sólo un esfuerzo es verdaderamente noble, porque es el propio de las personas nobles, el que persigue la sabiduría de modo sublime, tenaz y magnánimo. El resto son pequeñeces pueriles*. Yo ya lo sé, ahora te toca a ti aprenderlo.